This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Napoles. Biblioteca nazionale

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM

QUI

IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA

ADSERVANTUR

CATALOGUS

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS

NOTISQUE BIBLIOGRAPHICIS ILLUSTRATUS

LABORE, ET INDUSTRIA F. FRANCISCI DE LICTERIIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS CONVENTUALIS REGII BIBLIOTHECARII.

TOMUS I. A AD K.

STRASBURGER

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.

MDCCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

OPUS, quod tibi sistitur, benigne lector, laboris diuturnitate, et gravitate animum pressisse ipse per te facile intelliges, si quid ad illud absolvendum per nos susceptum fuerit, tantisper expendas. Nosti enim inter praecipuas Borbonici Musei partes Bibliothecam merito adnumerari, et maximam esse librorum, qui in ea continentur, supellectilem. Profecto *Ioannes Andresius*, meritissimus olim eiusdem Bibliothecae Praefectus, opus edidit anno 1816, cui titulus, *Anecdota Graeca, et Latina ex Mss. codicibus Bibliothecae Neapolitanae deprompta:* deinde *Laurentius Iustinianus*, *Bibliothecarius*, qui paucis ab hinc annis e vivis excessit, librum publica luce donavit, qui inscribitur, *Memorie storiche critiche della Real Biblioteca di Napoli.* Ex utroque erui possunt satis amplae Bibliothecae descriptiones, quibus constat, quam ampla voluminum copia ex variis locis in eam confluxerit, et quam ardua res fuerit singula suis locis ponere, et in ordinem, quem Bibliographicum vocant, digerere; ut et facilior evaderet recensio, et nullo negotio libri pro re nata possent ad studiosorum hominum usum reperiri. Non minima autem cura in impensa fuit, ut libri saeculo XV. impressi peculiarem sibi locum vindicarent; ibique pro uniuscuiusque argumento sedem propriam, stabilemque sortirentur. Neque vero alius iis locus magis opportunus occurrit, quam qui inter manuscriptos codices, et recentiores libros medius est: ut enim prima illa

Digitized by Google

typographicae artis specimina inter opera Amanuensium, et Typographorum vinculum quoddam constituere censentur; ita oportebat, ut eum situm occuparent, qui aetatem, conditionemque eorum satis per se significare videretur. Porro incomparabili nostrorum Principum providentia factum est, ut huiusmodi librorum seges mirum quantum excreverit. Farnesianis enim opibus novae adiectae sunt gazae ex pluribus Monasteriis desumptae: nec defuerunt amplae collectiones, quas *Cl. Melchior Delphicus*, et ὁ μακαριτης *Marchio Tacconius* sibi comparaverant; ac postea ad Bibliothecam Borbonicam instruendam, atque ditandam libentissime tradiderunt. His adcesserunt non pauci tum manu exarati, tum typis editi libri, quos Cl. *Eques Arditius* Bibliothecae dono obtulit, et FERDINANDUS Rex cum grati animi sensu adcipere non est dedignatus. Quo factum est, ut ea inter celebratissimas Europae Bibliothecas principem fortasse locum, ob tantam, ac tam selectam librorum sacculo XV. editorum segetem, sibi adrogare non immerito censeatur.

In tanta igitur Codicum copia vel ex hoc primo volumine satis constat, quam plena difficultatis, et molestiarum res fuerit, ipsos primum in congrua serie constituere, ne abnormis intuentes offenderet collocatio; deinde diligenter evolvere, ne latitans aliqua opella cum aliis compacta praetermitteretur; denique post confectum breve repertorium, quo series ad nostrum commodum indicaretur, accurata descriptione donatos, in publicae lucis usuram evulgare? Quo in opere, ubi deerant Auctorum nomina, vel typographicae notae desiderabantur, vel argumenta obscuris, et permutatis verbis in variis editionibus exponebantur; hariolando ad coniecturas confugiendum fuit, ut divinatione conficeretur, quod testatioribus argumentis probari non poterat.

Evolvendi etiam fuerunt plurimi insignium Bibliographorum Catalogi, ii saltem, qui ad manus haberi potuerunt;

Digitized by Google

ut eorum laboribus uti in variis difficultatibus liceret, aut quid illi ignorarint, quid perperam opinati fuerint, quid demum novis argumentis confirmari videbatur, libere proponeretur. Id autem non sine maximo labore, et longo studio exsequi potuimus: ne in errandi discrimine constituti, nubem pro Iunone idemtidem amplecteremur.

Iam vero quod aliorum potius utilitati, quam nostro consuluerimus commodo, vel ex eo luculenter eruitur, quod nulli propemodum usui haec cimelia inservissent, nisi eorum catalogus ad hominum manus perveniret. Nimirum comperta res est, cunctas eius saeculi editiones magni aestimari, summoque studio conquiri, et in bibliothecis recondi; non solum quia earum raritas pretium, splendoremque universae librorum collectioni conciliat, sed etiam quia non minimum fructum inde solent excerpere penitioris eruditionis cultores. Quid enim sunt primae illae editiones, nisi απογραφα ex optimis, ut plurimum, codicibus manu exaratis desumpta, et a viris doctissimis librariorum mendis incomparabili diligentia expurgata? Nonne ipsarum notitia, et inspectio magno emolumento solet esse iis, qui emendatiorem aliquam editionem curare satagunt; et manuscripta vel deperdita, vel detrita, vel longe recondita ob oculos habere non possunt? Quot variantes lectiones, per quas interdum verus, ac genuinus Scriptorum sensus eruitur, ibi passim occurrunt? Eas itaque pernoscere, evolvere, et opportunos ad usus adhibere, non postrema eruditionis pars reputatur; ut indoctus, aut vulgaribus litteris ornatus censeatur, qui earum utilitatem fateri detrectat.

De methodo vero, quam secuti sumus, pauca quaedam praemittenda sunt. Etsi ordo, quem *Materiae* vocant, in collocandis libris, ut monuimus, prae ceteris arriserit; in eorum tamen recensione evulganda, Alphabeticum praeferendum putavimus, ut pote qui omnium expeditissimus ad Auctorum, qui requiruntur, nomina reperienda, Lectoribus evadat. Ce-

Digitized by Google

terum cognomina, nisi recentissimus aliquando usus aliter suaserit, praeposita inveniet Lector; atque ubi illa latitaverint, denominationes, quibus Scriptores apud eruditos gaudent, signavimus. Anonymos libros, sub Operis, sive Tractatus titulo, non abrupto Alphabeti ordine, collocavimus. Auctores, cui plura sunt nomina, vel cognomina, sub uno tantum, suorum librorum titulis adjunguntur; sed non piguit sub ceteris etiam indicationem, quae ad praecipuum nomen Lectorem amandaret, adiicere. Idem quoque observavimus, quoties patria pro cognomine signanda fuit, quia gentilitium cognomen minus notum videbatur. Ubi liber occurrit in alterum idioma versum, nisi commentaria, notae, vel observationes adduntur, Translatoris cognomen raro in Alphabeto adparet; quia ita a ceteris pariter Bibliographis factitatum vidimus, nec absurdum existimavimus. *Missalia*, *Breviaria*, *Lexica*, *Concordantiae*, *Ius* etc. etc. cum multa sint in nostra Bibliotheca, multas quoque catalogi paginas compleant, necesse est. Sicubi plures eiusdem operis editiones occurrunt, chronologicus ordo in iis describendis servatur: sed eas, quae vel nota temporis, vel typographica notitia omnino carebant, ad articuli calcem reiectas invenies. Integros titulos, et conclusiones, uti in singulis editionibus prostant, fideliter exscripsimus; et si quid de nostro addendum censuimus, *cursivo*, quem vocant, charactere usi sumus. Multiplices compendiarias notas, et inusitatas nexuum formas, quae in recentioribus Typographiis desiderantur, frustra requires; iis tantum contentus esto, quas vel Regia Typographica officina habeat, vel quae propius ad pristinos ductus adcedant. Denique raras notulas ad librum describendum, ad auctorem investigandum, ad locum, seu tempus expiscandum, ad raritatem adnotandam, vel ad aliorum Bibliographorum errores refellendos, subiecimus; ne ieiuna recensio parum utilitatis, voluptatisque eruditis lectoribus adferret.

Quod si in re tam salebrosa, et coniecturis plena, ali-

Digitized by Google

cubi erratum est, aut omissum quod addendum erat; Bibliographos in hac palaestra exercitos etiam atque etiam rogamus, quo veniam benigne dent, suasque animadversiones impertiantur; ut alacriori animo ad catalogum absolvendum adcedamus, emendatiusque opus in publicum prodire, ac diutius perdurare valeat. In tanta demum characterum, et numerorum varietate, errores typographici, quos humana parum cavet natura, lectorum etiam diligenti observatione notati, in fine operis conspicientur.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCO PRIMO

UTRIUSQUE REGI SICILIAE

PIO FELICI AUGUSTO.

Accipe, Princeps bonarum artium Restitutor, ea, qua excellis benignitate, hoc quale illud cumque sit, bibliographici studii specimen;

Digitized by Google

quod ad Maiestatis Tuae Solium sponte, ut ita dicam, sua migrare videbatur. Continet enim librorum recensionem, qui in ipso artis typographicae exortu in publicae lucis usuram prodierunt; quosque tum Proavi Tui, Gens scilicet Farnesia, tum CAROLUS *Avus, tum* FERDINANDUS *Pater, tum denique Ipse, eorum sapientiae et virtutum ex asse heres, colligendos, et ad litteratorum utilitatem describendos mandasti. Opus igitur, quod Tuo iussu susceptum, Tuaque munificentia absolutum est, iure meritoque iudicio quoque Tuo subiiciendum, Tuoque nomine decorandum exoptavi. Voti compos effectus Deum Optimum Maximum etiam atque etiam rogo, obtestorque, ut Te, vere Patriae Parentem, cum Augustissima Coniuge, ac tota Regia Sobole, ad Regni felicitatem, ad litterarum patrocinium, atque ad meam tutelam, quam diutissime sospitet.*

Dabam ex Regia Bibliotheca Borbonica Anno Rep. Sal. MDCCCXXIIX. *Kal. Mart.*

Devotus Numini Maiestatique Tuae
F. FRANCISCUS DE LICTERIIS.

Digitized by Google

CATALOGUS
CODICUM SAECULO XV
IMPRESSORUM.

A B

ABALACHI. Introductorium in Astronomiam. *Vide* Albumasaris.

ABANO PETRI DE. Tractatus de Venenis. *In I. pag. incipit Tabula capitum titulo huic subjecta:* TRACTATUS DE VENENIS. A MAGISTRO PETRO DE ABBANO EDITUS. *Desinit haec in folio II. averso; III. autem recto incipit caput primum, sive Prologus ad Romanum quemdam Pontificem. Titulus eidem adponitur:* DE PROLOGO CAPITULUM I. *In fine Tractatus, qui lxxxiii. continet capita, legitur:* DEO GRATIAS. *Adcedit ejusdem appendicula* DE LAPIDE BEGAAR EX PANDECTIS. *Absoluto hoc opusculo sequentia verba subjecit Typographus:*

FINITUM
PADUE ANNO DO
MINI. M.CCCC.LXXIII.
DEO GRATIAS

Sequitur opusculum, cujus titulus eodem charactere sic exprimitur: TRACTATUS MAGISTRI ARNALDI DE VILLA NOVA DE ARTE COGNOSCENDI VENENA CUM QUIS TIMET SIBI EA MINISTRARI. *VII. paginis opusculum constat, VII. vero sectiones, vel capita habet, titulis praedita, sed numeris carentia. In fine legitur:* Explicit libell⁹ d.⁹ uenēis mgr̄i Arnaldi d⁹uilla nova. *Sequens pag. additionem quamdam opusculo* Arnaldi *praesefert, cui subjungitur Tractatus, qui hunc titulum expressum gerit:* INCIPIT TRACTATUS DE EPIDEMIA. ET PESTE DOMINI VALASTI DE TARENTA REGIS FRANCIE PROTHOMEDICI EXCELLENTISSIMI PROLOGUS. *Capitum index adhaeret Prologo, quem excipit Tractatus, XII capita titulis distincta, continens. Ad calcem operis legitur:* Et sic est finis totius tractatus. DEO GRATIAS. In 4.° ..... XII. B. 75.

Sine nomine Typographi. Editio rarissima, et a Bibliographis celebrata. Rotundo charactere nitido usus est Impressor, qui paginas construxit lineis 26. Initiales nonnisi a Chalcographo adpositae occurrunt, quum spatia tantum earum loco adessent. Signaturae, custodes, et foliorum numeri prorsus desiderantur. Pontifex Romanus, cui *Petrus de Abano* opusculum *de Venenis* inscripsit, littera *N* designatus, hactenus incertus est. *Volta pag. 16.* in opere *Saggio Storico-Critico sulla typografia Mantuana, Honorium IV.* fuisse adfirmat: at *Caietanus Marinus degli Archiatri Pontificii. Vol. I. pag. 30.* tradit, a recentioribus nomen *Honorii IV.* intrusum fuisse.

—— Alia editio. *Incipit Tabula a I. pag., et hujusmodi subjacet inscriptioni:* Tractat⁹ Pe. d⁹ Abano de remediis veneno4. *Absolvitur in II. folio averso, illamque excipit Prologus. Ad calcem additionis* de lapide Begaar e *legitur:* Finiunt Pe. de Abano remedia ueneno4. In 4.° ..... XIII. A. 41.

Digitized by Google

Sine notis typographicis. *Audiffredus pag. 193.* exemplar describit hujus editionis, quod cum opere *Benedicti de Nursia Romae* excuso anno 1475 *de conservatione Sanitatis* secundo loco conjungitur; et reipsa conjungi debet, ut ex epistola nuncupatoria *Io: Philippi de Lignamine* ad *Sixtum IV.* priori opusculo praefixa, patet, cujus verba sunt: *Volui tamen hoc tempore, jussique Benedicti Nursini libellum de natura rerum et valetudine conservanda, ac etiam Petri de Apono de venenis, qui nuper in manus meas incidit, imprimi; ac nomini tuo dicavi, ut quotiens ab occupationibus ec. ec.* Quae Epistola occupat paginas IX. Utrique operi sua specialis praeposita est tabula, et utrique ad calcem adjectum est Registrum, et nota typographica, uti decet *Audiffredus* citato loco. Nostrum autem exemplar defectum habet hujusmodi ultimi folii. Extat in hac nostra Bibliotheca *Nursiae* opusculum, laudatae lignamineae editionis anni 1475 ut videre est suo loco; atque ex similitudine typorum, papyri, et totius impressionis oeconomia manifestum est *Abani* opusculum partem esse operis *Benedicti Nursiae a Philippo de Lignamine Romae* impressi anno 1475.

—— Alia editio. *Initio I. pag. legitur:* Incipit ꝑlogus in libellum excellentissimi medici mgr̄i Petri de Abbano. Anno dn̄i. i. 4. 8. 7. *Post appendiculam* de lapide Begaar, *adcedunt* Tractatus magistri Arnaldi de villanova de arte cognoscendi venena cū quis timet sibi ea ministrare, *et* tractat⁹ de epidemia et peste domini Valasti de tarēta regis francie ꝑthomedici excellentissimi. *In calce hujus haec habentur:* Et sic imponit⁹ finis tractatui de vennenis (sic) peritissimi medici magistri Petri de abbano et Arnaldi de villa nova ꝑstātissimi phisici vna cū tractatu ꝑutile de epidimia famosissimi medico4 oīm suo tp̄e mgr̄i Valasti de tarēta p. (Paduae) ꝑ matheū cerdois de unidischgrecz. Anno dn̄i. i. 4. 8. 7. die i8 decēbris. Secuntur (sic) capitula tractatus de venenis. In 4.° XII. B. 50.

—— Alia editio, *cui praeit* Conciliator differentiarum. *In I. operis pag. praedicta verba leguntur; in postica facie ejusdem folii occurrit breve monitum ad lectorem, cujus titulus:* Franciscus argilagnes de Valentia artium et medicinae doctor lectoris (sic) SA. P. D. *In fronte I. columnae II. folii legitur:* Conciliator differentiarum philosophorum: et precipue medicorum clarissimi viri Petri de Abano Patavini feliciter incipit. Prologus. *In fine* Differentiarum *extat Tabula, qua absoluta, adcedit* Tractatus de Venenis. *Sequitur Opusculum* Petri de Cariis de Monte Silice de terminatione venenorum, *quo Tractatus* de Venenis *suppletur; nam* Petrus de Abano *quaestionem* de terminatione venenorum *solvere promiserat, morte vero, aliave ratione praepeditus, id numquam praestitit.* Petrus de Cariis *opusculum suum inscribit brevi praefatiuncula cuidam* Vitali Lando militi splendidissimo. *Ad calcem operis haec habentur:* Petri Aponensis libro Conciliatoris divini. Et ejusdem de venenis finis deo duce ī̄positus est a Boneto Locatello Bergomense Nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti Modoetiensis impensa: cum hoc novissimo annexo de rigore nonagesimesecunde differentie qui ut correctior redderetur: ex libris alias ī̄pressis: et postmodū correctis: a medicis p̄stātissimis magna adhibita diligentia extractus ē. Venetiis Idibus martijs i496. dn̄o Augustino Barbadico Principe felicissimo regente FINIS. *In folio averso occurrit* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum, quod adfert* Orlandius *pag. 232. num. 42.* In folio parvo. IX. E. 29.

—— Expositio in Problemata Aristotelis. *Praecedit Index, cujus titulus:* Tabula maxime Proficua in problematibus Aristotelis. In qua per par intelligitur piarticula (sic) cum suo numero. Et per pro intelligit⁹ Problema cum suo numero. *Indice absoluto fol. 111. adcedit Epistola Editoris, sic inscripta.* Prēclaris doctoribus viris litteratis nec non scolaribus acutissimis Stephanus Illarius Artium et Medicine doctor Mantuanus salutem plurimam dicit et si quid est melius afficit.

Digitized by Google

Huic Epistolae subnectitur alia capitum Tabula. In calce voluminis. Explicit expositio succincta problematum Aristo. quam Petrus edidit Paduanus ea nullo prius ītērp̄tante incepta q̄dem Parisius et laudabiliter padue t'inata ān̄o legis xpiano4 13io. Cū laude dei altissimi cui⁹ nomen sit p̄ secula benedictū Amen. Et Impressa Mantue sub divo Marchione Ludovico Mantue secūdo. p̄ me Paulum Iohannis de puzpach. Almanum Magontinensis dyocesis sub anno Iubilei M.°cccc.°lxxv.° Cujus utilitas erit omni creature in universo orbe que apponet huic operi studium sūma cum diligentia. In folio maximo..... XII. I. 24.

—— Alia editio. *Praeit, ut in praecedenti* Tabula; *et post folium vacuum, operis prooemium incipit fol. V., huic titulo subditum:* Expositio preclarissimi atq3 eximii artium ac medicine doctoris Petri de Ebano Patavini in lib.° problematum Aristo. quam Petrus edidit Paduanus: ea nullo prius interpretante: incepta quidem Parisius: et laudabiliter Padue terminata arte hac (sic) impensa Ioannis herbort Alemani: qui non solum summam curam adhibet ut sint hec sua suave quoq3 sine vicio: verum ut laude sint etiam elaborata. M.cccc.lxxxij die xxv.° Februarii. Registrum *in seguenti pag. occurrit.* In folio. VIII. C. 8.

—— Correctiones et expositiones in Dioscoridem. *Extant in marginibus textus* Dioscoridis *latine versi. Vide* Dioscoridis.

In hisce duobus operibus *Petrus de Abano* sub nomine *Petri Paduensis* occurrit: quod autem *Petrus Paduensis* idem sit, ac *Petrus de Abano* satis constat ex opere *Conciliatoris*, superius recensito, et ex *Bibl. Bot. Haller Tom. I. pag. 224.* et *Tom. II. pag. 627.*

—— Additiones Operibus Mesue. *Extant cum textu* Mesue, *et aliorum Auctorum additionibus. Vide* Mesue.

—— Versio Hippocratis de Medicorum Astrologia. *Extat impressa cum* Repertorio Pronosticon. *Vide* Hippocratis.

Abbano Petri. *Vide* Abano.

Abbreviatura recessuum capitularium patrum ordinis S. Benedicti. *Vide* Trithemii Ioannis.

Abdilazi. *Vide* Alchabitii.

Abinsceni. *Vide* Avicennae.

Abhomeron filii Abenzoar. *Vide* Avenzoar.

Abiosi Ioannis Baptistae. DIVINUS Tractatus Terrestrium et Celestium Trutina artem exhibens: ut elementorum alterationes praecognoscantur: et eorum portenta et sublimē Verorum philosophorum medicinam pandens: et multorum annorum vaticinia regumq3 negotia: et mundi conquassationem: et novi prophetae adventum. *Haec leguntur in fronte I. pag.; in postica facie occurrit* Index capitum, *quo absoluto circa medium folii II. recti, adcedit* Augustini Begani Veronensis pro disertissimo Mathematicarum professore ac artium et medicinae doctore celeberrimo Ioān̄e Abioso neapolis Regni ex balneolo: carmen. *Opus incipit a titulo in summitate folii III. excuso:* Ioannes Batista (sic) Abiosus Neapolis regni ex Balneolo artium et medicinae doctor: Divinarumq3 mathematicarum p̄fessor praesentem tractatum trutinam terrestrium et celestium scientiarum speculatoribus dirigit. *Ad calcem legitur* Pontici Tarvisani poetae Carmen; *deinde haec nota typographica:* Completū Tarvisii p̄ p̄itissimū artiū et medicinae doctorē accutissimū (sic) astroogiae (sic) et mathematicae professorē Ioān̄ē Baptistā Abiosū Neapolis Regni ex balneolo originē ducētem Anno Chri-

Digitized by Google

sti. Mcccclxxxxviii. die. V. februarii. In 4.°..... VIII. B. 65.

Sine nomine Typographi. Non Tarvisina, at est fostasse editio Veneta. Vide *Maittairum pag. 677.*

—— Dñi Ioānis baptiste Abiosi Regni Neapolis ex Balneolo artiū et medicine doctoris: et mathematicarum professoris: ad discipulos suos Responsio. *Is titulus legitur in principio Epistolae, quae extat excusa sub eodem signaturarum ordine, eodemque charactere cum opusculo* Augustini Begani. *Ad calcem ejusdem haec habentur verba:* Cōpletū opus Tarvisij per astronomie discipulos. D. Ioannis Abiosi arcium et medicine doctoris, astrologieq3 ꝑfessoris cū sua responsione ad eos: die vltima Ianuarij 1499. Laus deo. In 4.°..... XII. B. 31.

Sine Typographi nomine.

Aboali Abinsceni. *Vide* Avicennae.

Abolai Alhasceni f. *Vide* Avicennae.

Abraham Iudaei. De luminaribus, et diebus criticis. *Vide* Venere Abrahaea.

Abstemii Laurentii. Fabulae. *In I. pag. legitur:* Fabulae per latinissimum uirum laurentium Abstemium nuper composite (sic). = Fabulae ex graeco in latinum per laurentium Vallam uirum clarissimum uersae.

Ontinam (sic) sese posset spectare latinum
Nobis qui grecae ꝛ (sic) tradidit ista prior.
Diceret is credas hinc graeca thalia ualeto
Cultius haec quoniam musa latina canit.

In adversa pag. praemissa est Dominici palladii sorani pollioni uadio Sacerdoti uenerando *Epistola. Hanc excipiunt duae praefationes* Abstemii, *quarum prima titulum gerit:* LAURENTIUS ABSTEMIUS OCTAVIANO VBALDINO COMITI MERCATELLI. S. P. D. *In calce:* Esopi fabularum. XXX. (XXXIII.) tradutinis (*sic, pro traductionis*) Finis. Impressum Venetiis per magistrum Ioannem De Cereto De Tridino. Anno domini. M.CCCC.XCY. die vero. iii. Augusti. In 4.°..... XII. B. 58.

—— Alia editio. *In calce:* Impressum Venetiis per Ioannem de Cereto de Tridino: Anno domini. M CCCC XCIX. die. i. Iunii. In 4.°..... XII. B. 23.

—— Libri duo de quibusdam locis obscuris in libro Ovidii in Ibin hactenus male interpretatis. *Praecedit* Laurentii Abstemii ad Guidum Vbaldum magnanimum ac inclitum Heroa: Vrbini ducem dominum suum colendū praefatio in opus de obscuris erroribus. *In calce opusculi haec tantum Typographus notavit:* Venetiis per Bernardinum Benalium. In 4.°..... IX. B. 67.

Sine nota chronologica. *Denis* in *Supplemento pag. 281* memorat praesentem editionem excusam characteribus rotundis, nitidissimisque, absque foliorum numeris, ac custodibus; quippe tantummodo signaturae adparent. Initiales litterae parvis elementis sunt indicatae in spatiis satis amplis, et lineae modo 28, modo 29, et aliquando 30 in paginis reperiuntur; constatque opusculum foliis 24.

Abubecher, *seu* Rhasis. Liber IX ad Almansorem. *Vide* Almansoris. *Vide* R. Moysis.

Abulchasis Benaberazerin. Liber Servitoris, Interprete Abrahamo Iudaeo. *Extat impress. cum textu* Mesue. *Vide* Mesue.

A C

Acciaioli Donati. Expositio in libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum. *In I. pag. haec leguntur:* DONATI. ACCIAIOLI. FLORENTINI. PROOE-

Digitized by Google

MIUM. IN EXPOSITIONEM. LIBRI. ETHICORUM. ARISTOTELIS. AD CLARISSIMUM. VIRUM COSMAM MEDICEM. *Prooemio subiungitur Praefatio, quam sequitur opus hoc titulo expresso praeditum:* DONATI. ACCIAIOLI. FLORENTINI. EXPOSITIO. SUPER. LIBROS. ETHICORUM. ARISTOTELIS. IN NOVAM TRADUCTIONEM. ARGIROPYLI. BIZANTII. *Integrum opus absolvitur in I. pagina penultimi folii hisce verbis:* Finis Laus Deo. *Postica facies ejusdem folii haec exhibet:* DONATI ACCIAIOLI. FLORENTINI. EXPOSITIO. SUPER. LIBROS. ETHICORUM. ARISTOTELIS. IN NOVAM TRADUCTIONEM JOHANNIS ARGYROPYLI BIZANTII. FINIT. FOELICITER. IMPRESSUM FLORENTIAE APUD SANCTUM JACOBUM DE RIPOLI MCCCCLXXVIII. In folio.....VIII. E. 31.

—— Vitae Alcibiadis, Annibalis, Scipionis Africani, *et* Demetrii *ex* Plutarcho *in latinum traductae. Extant in editione* Vitarum Plutarchi *variorum Interpretum. Vide* Plutarchi.

—— Versio italica Florentinae historiae Leonardi Bruni Aretini *cum prooemio* Donati Acciajoli. *Vide* Aretini.

—— *Cum* Historia Poggii Florentini. *Vide* Poggii. *Vide* Aretini.

Acciarii Michaelis Utianensis. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat cum operibus* Angeli Politiani, *in lib. XII.* Epistolarum. *Vide* Politiani.

Acciarini Tydei. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in lib. VII.* Epistolarum Politiani. *Vide* Politiani.

Accoltis de Aretio Francisci de. Consilia, *seu* Responsa Juris. *In I. folio* Incipit tabula sive repertorium ad omnia queq3que in consiliis istis prescripta sunt. Edita per me Guittonem de octavianis de aretio utriusq3 iuris doctorem pisis iuscanonicum ordinarie de mane legentem. Ac ejusdem domini Francisci sororis filium. *Absoluta Tabula in folio X. a sequenti opus incipit, titulo praefixo:* Magnifici equitis Romani ac clarissimi utriusq3 iuris monarce domini Francisci de accoltis de Aretio q3 castigatissima iuris responsa feliciter incipiunt. *Volumen terminatur hac subscriptione:* Expliciunt elegantissima consilia Magnifici equitis Romani: ac iurisconsulto4 etate nostra principis Domini Francisci de accoltis de Aretio. Pisis impressa. Anno Do. M.° CCCC.° LXXXII.° die vero xiij. mensis Martii. Laus Deo. *In folio sequenti occurrit* Registrum hujus libri. In folio majori ..... VI. C. 13.

Sine nomine Typographi.

—— Versio latina Epistolarum Phalaridis, Malatestae Novello Principi Prooemio inscripta, *quo Auctor* Phalaridi *inustam crudelitatis notam eliminare conatur. Vide* Phalaridis.

—— *Eadem versio a* Barptolomaeo Fontio *italice interpretata, cum Prooemio ejusdem* Fontii ad Franciscum Baroncinium. *Vide* Phalaridis.

—— Versio latina Epistolarum Diogenis, *cum* Epistola Nuncupatoria *ad* Pium II. *Vide* Diogenis.

—— Epistola Nuncupatoria ad Pium II. *praefixa opusculo* de mirabilibus et balneis Puteolorum, *quod* Io. Elysius *scripsit. Vide* Elysii.

Accursii. Glossae in Institutiones Justiniani Imperatoris — Glossae in Codicem Justinianeum — Glossae in Digestum Vetus — Glossae in Digestum No-

Digitized by Google

vum — Glossae in volumen Constitutionum novellarum autenticarum Justiniani — Glossae in Infortiatum. *Vide* Justiniani.

Acerbi Thomae. Sermo, *sive* Oratio funebris in obitum cujusvis Equitis aurati habenda. *Extat cum* sermonibus funebribus Gregorii Brittannici. *Vide* Brittannici.

Achillini Alexandri Bononiensis. De orbibus libri quattuor. *Haec extant verba majoribus gallo-francis litteris excusa in medio folii I. In calce II. columnae ultimi folii legitur:* Explicit liber de orbibus. Ab excellēti artium et medicine doctore Alexandro achillino Bononiensi Philosophiam publice et ordinarie docente. Anno domini. Mcccclxxxxviii. Septīa Augusti. Editus et īpressus Bonōie īpēsis Benedicti hectoris Bononiēsis. Illustrissimo Joanne Secūdo Bentivolo Reipu. Bononiēsis habenas foeliciter moderante. *In adversa pag. occurrit* Tabula dubiorum, *et in folio sequenti extat* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum, quod apud* Orlandium *n. 9. designatur.* In folio..... VIII. D. 29.

—— De intelligentiis quolibeta. in quib⁹ quid Cōmenta. et Aristotiles senserint et in quo a veritate devient continentur. *In I. folio recto haec extant verba, et in adversa facie legitur* Tabula Quaestionum. *In fine voluminis circa initium II. columnae ultimi folii, Typographus notavit:* Expliciunt quolibeta de intelligentiis ab excellēti artium et medicine doctore Alexandro de achilinis (sic). Bononie methaphysicam publice docēte. Anno domini. Mcccclxxxxiiii. Kalendis iuniis. In capitulo generali minorum edita. Et impressa Bononie impensis Benedicti Hectoris Bononiensis. Illustrissimo Io. Scdō Bentivolo reipu. Bononiensis habenas feliciter moderante. *Adcedit* Registrum, *et Typographi signum.* In folio. VII. A. 39.

—— De Universalibus. *Extat cum opusculis* Aristotelis, *et Aliorum. Vide* Aristotelis de Secretis Secretorum.

Acronis. Commentaria in Horatium, *et* vita Horatii, *operibus praefixa. Extant cum* Horatii *textu. Vide* Horatii.

Acta scitu dignissima docteq3 cōcinnata Constantiensis concilii celebratissimi. *Verba relata majusculis typis gallo-francis in I. pag. folii I. leguntur. His subjectum est* Jacobi Locher philomusi poete et Oratoris Laureati: Ordinarii poetice studii Ingolstadēsis decatosticon ad Lectores. *Adversam pag. occupat Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe:* Conradus Sūmerhart sacre theologie pfessor: in studio Tubingēsi ordinarius. Clarissimo ac nobili viro Hieronymo de Croaria iuris utrisq3 doctori Ingolstadensis studii ordinario p̄stantissimo S. P. D. *Folium II. continet* Jacobi Locher *ad* Hieronymum de Croaria, *et epistolam eiusdem* Croariae *ad* Carmen admonitorium, Summerhart, *et* Locher *In folio III. incipiunt*: Cōcreta et acta Cōcilii Cōstā, *In adversa ultimi folii pag. legitur* Philomusi Elogium ad Constantiam, *cui subnexum habetur:* Acta et decreta generalis c̄cilij Constañ. diligent⁹ elaborata et impssa in imperiali oppido Hagenow p̱ industriū Henricum Gran inibi incolam. Expēsis p̱vidi viri Johīs Rynman. Finiunt feliciter Anno salutis nostre millesimo q̄ngentesimo. die xj mensis aprilis. in 4.°..... VI. B. 19.

A D

Adonidis Horti, *Graece. Vide* Cornucopiae.

Adrianus Carthusiensis. Liber de remediis utriusque fortunae. *Vide* Petrarche.

Digitized by Google

A E

Aegidii Episcopi Sabiniensis. Liber Constitutionum Marchiae. *Vide* Marchiae.

Aegidii Romani Columnae. Theoremata de corpore Christi, *quae incipiunt sub hoc titulo :* Fundatissimi ac preclarissimi doctoris domini Egidii Romāi Biturícensis Archiepiscopi ordinis fratrū heremitarum Sancti Augustini Theoremata de corpore Xpī incipiunt. *Ad operis calcem legitur :* Anno gratiae 1481. XV. Septēbris hoc opus feliciter bonōie iīp̄essū est īpensis diligētiqȝ cura sacre theologie Magistri iohānis de ripis ↄventus sancti iacobi de Bonōia p̄oris: Et venerabilis lectoris fratris simonis de ungaria ordinis divi augustini. Opere vō et ingenio: M. Baltassaris de hyruberia. In folio..... III. F. 4.

—— De regimine principum. *Praecedit Epistola dedicatoria Editoris sub epigraphe :* Georgio miseratione divina Archiepiscopo Ulixponeñ. Sacrosancte. Ro. ecclesie tituli sanctorum Petri et Marcellini presbytero Cardinali Reverendissimo ac benemerito. Oliverius Servius Tholentinas. S. P. D., *quam sequitur Tabula capitum, quae ad folium IV. adversum usque procedit. In quinto igitur operis initium est ab hoc titulo I. columnae praefixo :* Incipit liber de regimine principū editus a fratre Egidio romano ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini. Liber primus. *Opere absoluto in I. columna ultimi folii adversi, haec adsunt legenda :* Explicit liber de regimine principum editus a fratre Egidio Romano ordinis fratr̄ū heremita4 scī Augustini. *In II. columna :* Impressum Rome per inclitū viru magistrū Stephanū plannck de patavia Anno domini Millesimo. ccccIxxxij. Die nona Mensis Maij. *Sequitur* Registrum. In folio parvo XII. E. 21.

—— Super primo libro Sententiarum. *Nihil in I. folio occurrit, in III. pagina Tabula incipit huic titulo subjecta :* Incipiunt articuli questionum operis super primo sententiarum editi a fratre Egidio de Roma ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini. *Operi sequentia verba praefixa leguntur rubro colore expressa :* Preclarissimi viri religiosi sacre theologie doctoris fratris Egidii romani: Archip̄sulis Biturícensis: Ordinis frat: heremita: sancti Augustini: super primo: sententia: opus incipit. *Ad calcem :* Primus liber sñiarum Egidii de Ro. ordīs heremitarū divi Aug. sacre theo. doct. excellentissimi a Rn.° sacre theo.° professore māgro Anselmo de monte falcono ejusdē ordinis Gñale dig^m^ diligētī cura ac sollicitudine emēdatus felicit. terminat. Iīp̄essus Venetiis per Peregrinum de Pasqualib^s^ de Bononia anno domini. M. ccccIxxxxij. die xiiii. mensis aprilis. *His adcedit* Registrum hujus operis, *deinde Typographi signum, scilicet figura rectangularis, in qua circulus adparet secundum horizontem sectus, cui ex inferiori parte cuspis adjecta est; semicirculum superiorem hasta perpendicularis, in duplicem crucem ultra peripheriam desinens, in duas partes dividit; littera* P *hinc, et illinc inscribitur; inferior vero pars striata, curvis lineis instar radiorum ex imo globi puncto proficiscentium, eumque amplectentium: in summitate vero ita quaelibet linea proximae occurrit, ut in unam curvam coalescat. Haec alba in campo nigro habentur.* In folio parvo. III. J. 11.

—— Super secundo libro Sententiarum. *I. folium* Jacobi Grasolarii Veneti ad Franciscum de Pellatis utriusqȝ iuris doctorem *Epistola occupat. Sequentia IV. folia quaestionum titulos continent. In folio VI. legitur :* Excellentissimi sacre theologie doctoris dñi Egidii Romani archip̄sulis Biturícēsis: ordīs fratrū

Digitized by Google

heremitarum divi Augustini: super secundo libro Sētētiarum: opus preclarissimū incipit. *Ad calcem operis:* Egidij Romani Bituricensis ecclesie archipsulis super secundo Sententiarum opus dignissimum Lucas Venetus Dominici F. librarie artis pitissimus: summa cura et diligentia Venetiis impressit. Anno salutis. M. cccc. lxxxij iiij. Nonas Maij: Joanne Mocenico inclyto Venetiarū prīcipe ducante. *In folii ultimi pag. chartarum* Registrum *implet.* In folio. III. J. 14.

—— Expositio in libros Aristotelis de Anima. Tabula intitulationum difficultatum *operi praefixa absolvitur in folio II. In folio III. opus incipit a titulo*: fidi interpretis aristotelis egidii romani heremitarum ordinis in libros de anima expō. *Huic subiicitur nuncupatoria epistola, cujus initium:* eX romanorum spectabili ac illustri prosapia oriundo sibi quamplurimum dilecto domino Jacobo domini Joannis gagethani (sic) rothomageñ canonico. frater egidius romanus etc. etc. *Sequitur deinde Expositio, ad cujus calcem legitur:* Explicit subtillissima (sic) expositio libro4 de aīa Aristotelis a sūmo īterprete Egidio romano ordinis heremita4 fr̄e edita: ex sua spōte fidō exēplari rursusq3 reiterata opa diligentissime castigato excerpta. Impssa vō Papie per solertē vi4. d. Christopho4 de Canibus rogatu et īpēsa diligētis viri Hieronimi (sic) de durātibus año 149i. die 26 mēsis Julii ad Laudem eterni dei eiusq3 gloriosissime matris virginis marie. In folio..... VIII. F. 27.

—— Quaestiones Metaphysicales Clarissimi Doctoris Egidii Ordinis, S. Augustini. *Haec verba in I. pag. leguntur: in II. adest Epistola nuncupatoria cum epigraphe:* Optimo Sacrarum litterarum maximoq3 Theologo magistro Gratiano fulginati: nec non Totius alme religionis Augustiniane vicario generali apostolico frater Joannes Baptista Tolentinas Heremita bachalarius indignus salutem plurimam: *Epistola absoluta haec alia sequuntur:* frater Joannes Baptista Tholentinas Bachalarius heremita versus ad lectores.

Ecce tibi egydius: claro delapsus olympo:
Ecce heremitane religionis honos,
Solus aristotelis solvat: qui enigmata textus:
Solus in offenso: qui pede carpat iter.
Hunc eme nam tanto: potes esse interprete tutus
Auctor ab invicta nam egyde nomen habet.

In III. pag. opus incipit, ad cujus calcem legitur. Questionibus super nonnullos libros methaphysice Aristo stragerite (sic) clarissimi ac excellentissimi Doctoris Egidii ex sancti Augustini ordine nuper impressis. Venetiis per Petrum de quarengis Bergomensem Anno salutis. 1499. die 23. Decembris. Registrum *his subjungitur, eique tabella xylographica imaginem* S. Gabrielis Archangeli *exhibens.* Tabula *ultimam pag. impressam occupat.* In folio..... VIII. D. 31.

—— Commentaria in VII. libros Aristotelis Physicorum, *In I. pag. haec leguntur verba, In II. nuncupatoria occurrit Epistola cum epigraphe:* f. Egidius viterbiēsis Eremitanus sancti Augustini. Clarissimo Theologo Magistro gratiano fulginati ordinis sancti Augustini procuratori Solertissimo. S. *His subnectuntur* f. Egidij viterbiēsis Eremite vsus ad lectorem, *quorum primi*

Eterne studiū laudis: et inseri:
Qui phama (sic) ethereos inter amas deos:

Prologi initium adest in pag. III, qui in duas dividitur partes, et huic prae-

Digitized by Google

est titulus : Clarissimi sacre Theologie doctoris ac philosophie interpretis dñi Egidii Romani almi ordinis Heremitarum sancti Augustini. *Opus alium titulum habet, quem refero :* fidelissimi Aristo interpretis Egidii Romani almi ordinis Heremitarum super octo libros phisici (sic) auditus cōmentaria. *Ad calcem haec legi possunt :* Preclarissimi sūmqꝫ phī. f. Edi. Ro. ordīs Eremitarum divi Augustini ī octo phīcorum libros interpᵗatō fidelissima explicit. Impᵗssa ī almo gimnasio patavino īpensis ac diligentia solertissimi viri Hyeronimi durantis īpressoris accuratissimi ān salutis. M. cccc. lxxxxiij. die xv. mēˢ. octobris ad laudem eterni dei eiusqꝫ gloriosissime matris uirginis marie. *Sequitur Privilegium Reipubl. Venetae ad Typographum, et in sequenti pag.* f. Egidii viterbiensis versus ad lectorem *occurrunt, sive sex disticha, deinde Tabula, ac operis Registrum.* In fol. majori..... VIII. F. I.

—— De materia celi qstio feliciter incipit. *Is titulus in summitate I. columnae I. folii occurrit. Absoluto hoc tractatu, adcedit ejusdem* De intellectu possibili ɔtra Averoim questio aurea. *In calce hujus legitur typographica nota :* Explicit Egidii Romani Eremite de intellectu possibili questio Aurea cōtra Averoym. Impressa Paduc per Hieronimum de durantis. Anno Dñi M. cccc. lxxxxiij. die xxv. Septēbris ad laudem eterni dei eiusqꝫ gloriosissime Matris virginis Marie. Amen. In folio..... VII. A. 37.

—— Errores Philosophorum. *Opus incipit nullo praevio titulo, aut aliqua inscriptione* : (Q) Uoniam uno inɔvenienti dato multa sequuntur etc. etc. *Opusculum absolvitur V. folio adverso, ubi legitur in calce :* Expliciūt errores phōꝫ aristotilis auerrays. Avicenne Algazelis. Alkindi Rabimoysi collecte (sic) a fratre Egidio ordinis sctī augustini. Impssū wienne Anno d. m. cccclxxii. In 4.°..... VIII. B. 41.

Hanc editionem *Denis in Supplem. pag. 143.* memorat, adserens legendum esse in supradicta subscriptione *lxxxii*, quia quatuor alia opuscula, quibuscum ligata erat, hanc anni notam gerebant, et illis ut ovum ovo persimilis est. Quidquid sit de *Denisii* conjectione, certum est hanc editionem esse rarissimam, et paucis Bibliographis innotuisse. Ipsa enim excusa est charactere gallo-franco minutissimo, sine litteris initialibus, custodibus, et paginarum numeris. Sed prima duo folia signaturas habent; totumque opusculum V. absolvitur foliis.

—— Commentaria in libros Analecticorum Aristotelis. *Opus incipit ab Epistola Auctoris in I. columna folii I. impressa :* Venerabili uiro ex anglorum spectabili ꝑsapia oriūdo domīo Stephano de maulay. frater Egidius romanus ordīs heremitarū sācti Augustini. Salutem in eo qui ē fons sapientie et intellectus. *In calce II. columnae ultimi folii recti haec Typographus notavit :* Preclarissimi phī ac fūdatissimi logici Egidii Romani cōmento in libꝫ posterioꝫ analectico4 Aristotelis deo favente maximo finis impositus est : per Joannem iacobum de puteo feltrensem extraordinariam (sic) phīe in florentissimo gīnasio patavino legentem. et Petrum de nardis de sācto angelo ingenti diligentia emēdato. impresa (sic). Vō et ingenio Petri maufer normani rothomagēsis civis Patavi impresso : Anno dei optimi M.° cccc.° lxxviii.° die. xxvi° februarii.

Siquis ab instanti circo defendere se se
Aegida uel cupiat pallados armigerae :
Hirsuta qui pelle tegor me uendicet. et sic
Romanum Aegidii noverit ingenium
Ramusius Armī Catai S.

Digitized by Google

In folio ..... VIII. G. J.

—— Expositio supra libros elenchorum Aristotelis, *In pag. I. legitur:* Expositio domini Egidii romani supra libros elenchorum Aristotelis. Questio defensiva opinionis de medio demonstrationis eiusdem. *In II. pag. adest Epistola nuncupatoria, cum hac epigraphe:* Reverendissimo domino domino Joāni Stefano de Ferreriis Apostolico Protonotario ac episcopo Vercellensi Electo dignissimo theologie ac philosophie Parisius profitenti frater Augustinus de meschiatis de bugella salutem plurimam. *Epistolae nuncupatoriae subiunguntur sex disticha* Nicolai Telluccii *ad eundem, et in III. pag. Prologus incipit, hoc titulo praeditus:* Expositio Egidii Romani super libros elenchorum Aristotelis: una cū questione defensiva opinionis de medio demonstrationis eiusdem. *Ad calcem expositionis* Aegidii *et quaestionis* F. Augustini *occurrit* Tabula, *qua absoluta haec leguntur verba:* Et sic est finis tabulae pm̄i et secundi libri elenchorum de aureis dubiis: collectis per Venerādum fratrem Augustinum de Meschiatis de bugella. Lectorem in conventu Padue ordinis heremitarū ad laudem dei et gloriose Marie virginis. Venetiis mandato et expensis Nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti civis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomēsem. 8.° Idus februarii. 1496. Nicolaus Telluccius de sancto Miniate Ad Lectorem.

Huc huc ītrepidi iuvenes: has currite ad undas
His date mellifluis colla terenda iugis
Hic est Aonidū fons: quem cecinere poete
Hic sapide: hic dulces: mente bibunt aque.

Registrum *deinceps occurrit, ac Typographi signum.* In folio.... VII. A. 30.

Aeliani. De instruendis Aciebus. *Extat impress. cum* Sexto Julio Frontino, Flavio Vegetio, *et* Modesto. *Vide* Scriptores rei Militaris.

Aeliani Claudii. Epistolae Rusticanae XX. *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum ..... VII. G. 36.

Aelii Dionysii. De indeclinabilibus verbis, *graece. Vide* Thesaurus Cornucopiae.

Aelii Donati Grammatici. *Vide* Grammatici Veteres.

Aelii Spartiani. *Vide* Spartiani.

Aemilii Probi. *Vide* Cornelii Nepotis.

Aeneae Silvii. *Vide* Piccolominei.

Aeneae Sophistae. Epistolae XXV, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XII. G. 36.

Aequicoli Marii Olivetani. De passione domini oratio. *Haec inscriptio extat in I. pag. charactere gallo-franco majusculo excusa. Aversa duas exhibet epistolas, quarum una sic inscribitur:* Ad illustrissimum dominum meum. D. Ludovicū Mariam Sfor. Anglum. Ducem Mediolani. Invictissimum: Julius Caesar: episcopus Cantelmus. *Altera,* Marius aequicolus: olivetanus. R. D. Julio caesari: Cantelmo episcopo. S. D. *In III. pag. extat titulus orationi praefixus.* Marii aequicoli olivetani. De passione domī Oratio Dicta Mediolani. iiij. Calen̄. Aprilis M. J. D. *Ad calcem folii VI. aversi legitur tantum:* FINIS. In 4.° *Vide* Orationes variae..... XII. A. 81.

Latuit haec editio *Saxium*, nec non et ceteros Bibliographos. Excusa est charactere gallo-franco rudiusculo, qui lineas 38 implet in paginis integris. Signaturae videntur; numeri vero chartarum, et foliorum desiderantur.

Digitized by Google

Aeschinis. Epistolae XII. *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— Oratio contra Ctesiphontem de Demosthenis coronatione, *et* Epistola ad S. P. Q. Atheniensium, *interprete* Leonardo Bruno Arretino. *Extant cum* Ciceronis *libris* de Oratore. *Vide* Ciceronis.

—— *Ejusdem operis versio* Marsilii Ficini. *Extat cum* Jamblicho, *et aliis auctoribus ab eodem* Marsilio *traductis. Vide* Jamblichi.

Aesopi Fabulae *graece, cum Praefatione latina, quae in I. occurrit pag. cujus epigraphe:* Gabriel Bracius Brasichellensis bonarū artium cultoribus S. *Post* Brasichellensis *epistolam, vita adest* Aesopi, *auctore* Marco Planude, *quam fabulae num. CXLVIIII. excipiunt, romano numero, ut plurimum distinctae. Ad calcem fabularum legitur:* Si quis ad decem annos haec in terris felicissimi. S. veneti, aut imprimere ausus erit, aut alibi impressa, Venalia habere, ex privilegio multabitur. *Deinde*, Bartholomaei pelusii Justinopolitani, Gabrielis bracii Brasichellensis, Joannis Bissoli, et Benedicti Mangii Carpensium sumptibus impressa. In 4.°..... VII. A. 16.

Editio sine loci, et Typographi indicio, sed in Veneta ditione impressa, ut ex privilegio eruitur. Ex Praefatione, vel Epistola operi praefixa, discimus *Phalaridis Epistolas*, aeque ac *Apollonii*, et *Bruti* ipso *Gabriele* curante lucem aspexisse. *Maittairus Tom. I. pag. 747. Annal. Typogr.* adscrit epistolas *Phalaridis*, *Apollonii*, et *Bruti* fuisse excusas anno 1498, et hoc ipso anno fortasse *Aesopi Fabulas.* Latina versio *Bartholomaei Justinopolitani*, seorsim vero, alioque volumine contenta, graeco textui iungenda in eadem epistola memoratur: idcirco mirari non subit, quod nonnulli Bibliographi editionem *Brasichellensis graeco-latinam* adpellarint, quamvis in hoc nostro exemplari, latinae versionis desideretur volumen; nisi graeco-latina editio a nostra diversa sit. Volumen sex plagularum fasciculis constat, cum signaturis, graecis characteribus, et numeris romanis expressis; numeri vero foliorum desunt, custodes haud raro adparent; et pro initialibus litteris parvas Typographus impressit.

—— Fabulae *selectae graece, et latine ex interpretatione* Rynuccii Tettali, *editae a* Bono Accursio, *cujus Epistola nuncupatoria adparet in I. folio averso, sic inscripta*: Bonus Accursius Pisanus doctissimo ac sapientissimo ducali Quaestori Johanni francisco Turriano salutem plurimam dicit. *Ad calcem fabularum:* Regii Impressum per Dionysium bertochum Anno salutis MCCCCLXXXXVII. In 4.°..... X. A. 3.

—— *Latine.* LAURENTII VALLENSIS IN. XXX. FABULARUM ESOPI E GRECO IN LATINUM SERmonem ad clarissimum virum Renaldū fonaledae praefatio. *Is titulus occurrit in summitate I. pag. In fine fabularum:* Esopi fabularum. XXX. tradutinis (sic). Finis Impressum Venetiis per Magistrum Joannem de Cereto De Tridino. Anno domini. M. CCCC. XCY. die vero. iii. Augusti. *Extat excusus cum fabulis* Abstemii. In 4.°..... XII. B. 58.

—— Alia editio, *praecedenti persimilis:* Impressum Venetiis per Joannem de Cereto de Tridino: Anno domini M. CCCC. XCIX. die. i. Junii.
In 4.°... .... XII. B. 23.

—— *Latine, et Italice, cum* Vita Aesopi. *I. folium occupat Epistola inscripta a* Francisco del Tuppo Neapolitano allo Illustrissimo Honorato de Aragonia Gaitano. Conte de Fundi. Collaterale dello Serenissimo Re Don Ferando. Re de Sicilia Prothonotario et Logothetha benemerito Felicitate. *In pag.*

Digitized by Google

II. folii PROHEMIUM *occurrit, quo absoluto eadem pag.* LIBISTICI FABULATORIS ESOPI VITA FELICITER INCIPIT. *Tituli ad vitam, vel fabulas pertinentes, capitalibus litteris exprimuntur, Vita in sectiones dividitur, et cuilibet italica versio subjungitur. Tres pag. vacuae* Aesopi *vitam sequuntur, dein prima pag. fabulas continens insignis est xylographico ornatu. Fabulas praecedit prologus, sub titulo* PROTHESIS COMPARATIVA. FABULA I. *cujus initium* UT IUUET ET PROSIT CONATUR PAGINA PRAESENS. *Cuivis fabulae haec italica prorsa subduntur:* Apologus, *seu versio fabulae,* Allegoria, Tropologia, Confirmatio cum exemplo *ex antiqua, vel recenti historia deprompto, et alia hujusmodi: non ita tamen, ut semper eodem ordine, titulo, ac numero, fabulis expositiones adhaereant; sed modo* Anagoge *reperitur pro* Allegoria, *modo ambae conjunguntur, aliaeque insuper varietates occurrunt, quas hic referre non vacat. Ad calcem totius operis legitur* EPILOGUS, *ex quo colligitur volumen a* Tuppo *dicatum fuisse* Caietano Aragonio *Deinde Typographus notavit:* FRANCISCJ TUPPI PARTHENOPEI UTRIUSQUE JURIS disertissimi studiosissimiq3 in vitam Esopi fabulatoris Laepidissimi philosophiq3 clarissimi traductio materno sermone fidelissima: et in eius fabulas allegoriae cum exemplis antiquis modernisq3 finiunt foeliciter. Impressae Neapoli sub Ferdinando Illustrissimo Sapientissimo atq3 Justissimo in Siciliae Regno triumphatore. Sub Anno Domini M. CCCC. LXXXV. Die XIII. Mensis Februarii. FINIS DEO GRATIAS. *In I. pag. ultimi folii occurrit* TABULA IN FABULAS ESOPI, *et in II.* Registrum. In folio..... ..... XI. C. 19.

Editio rarissima, et apud Bibliographos quantivis meriti. Typus pulcherrimus, ac elegans, quem aliqui dicunt esse *Matthiae Moravi*, aliqui *Sixti Riessingerii*, quia idem ac *Boccacii Philocalo anni 1478.* Folia non in columnas, sed in paginas dividuntur, et in qualibet earum lineae 39 numerantur. Initiales majores florentes ligno incisae sunt: Fabulae insuper, pariter ligno exculptae, Vitam Aesopi, ac ejus gesta exprimentes volumen ornant: quae vero fabulis praefiguntur, earumdem argumenta oculis subiiciuntur. Caret signaturis, numeris, et custodibus; et nihil in ligatura, neque conservatione libri tantae apud nos celebritatis, optari potest, quod non suppeditet hoc nostrum exemplar. Quamplurimi Bibliographi huiusmodi editionem magnifice celebrant, praesertim *De Burius Tom. II. Bibliographie Instructive* n. *3570.* ubi sic scripsit: *L'edition des Fables d'Esope imprimée à Naples en 1483, est celle dont on fait le plus de cas, et qui se trouve le plus difficilement. Elle a d'ailleurs l'avantage d'être ornée de figures singulieres, gravées en bois, et d'être remplie d'allegories particulieres, qui concernent la Cour de Rome, que l'Auteur avoit en vue de dépeindre, à ce que l'on prétend, à la faveur de ces allégories.* Hinc Auctoris allusiones contra Romanam Curiam, et contra Monachos praebuerunt fortasse ansam, et occasionem tantae raritatis.

—— *Ejusdem* Fabulae *versibus elegis expressae, cum italica paraphrasi* Accii Zuchi *rhythmis ligata. Tabula xylographica I. pag. occupat, quae* Aesopum *sedentem, discipulis stipatum exhibet. In aversa* Prohemium *adest, duobus rhythmis (Italic. Sonetti) expressum, cui praefigitur titulus:* Accij Zuchi summa campanee veronēsis viri eruditissimi in Aesopi Fabulas interpretatio per rhythmos in libellum zucharinum inscriptum cōtexta foeliciter incipit. *In sequenti folio incipit opus a prologo* Ut iuvet et prosit conatur: pāgina praesens etc. etc. *cujus paraphrasis duobus rhythmis comprehenditur, quorum primus nuncupatur* Sonetto materiale *alter vero* Sonetto morale. *Eodem modo quaelibet fabula explicatur, et latinum textum tabula xylographica, argumen-*

Digitized by Google

tum fabulae oculis repraesentans, sed parum eleganter, praecedit. Fabulis absolutis subduntur italica carmina, quorum tituli: Cancionetta - Canzon morale - Ave Maria fatta per lo anteditto accio. *In calce* Impressum venetiis per Manfredum de monteferato. de sustrevo M. cccc. 93. a di 17. Agosto. *In sequenti pag. ultimi folii occurrit* Tavola de le predite (sic) Fabule. *Sub alio signaturarum ordine adcedit* Aesopi vita. *In I. pag. extat eadem xylographica tabula, quam in principio voluminis observavimus, et alia quamplurima reperiuntur, quae Aesopi res gestas repraesentant. Epistola nuncupatoria* Francisci Tuppi Neapolitani *praefigitur operi, et cetera, quae in praecedenti editione continentur. Ad calcem voluminis typographica nota legitur hoc pacto:* Impressum Venetiis per Manfredū de montefarato (sic) desustrevo de bonellis. Mcccc.lxxxxiij. die viii. Novēbris. regnante domino Augustino Barbadico inclyta (sic) Venetarum principe. In 4.°..... ..... X. B. 24.

A G

Agraetii. De Orthographia, et proprietate, et differentia Sermonis. *Extat cum veteribus* Grammaticis, *et cum* Diomede. *Vide* Grammatici Veteres, *et* Diomedis.

Agriculturae Scriptores. *Vide* Scriptores Rei rusticae.

A I

Aiciiach Joannis Angeli de. Astrolabium planum in tabulis Ascendens cōtinens qualibet hora atq3 mīto. Equationes domorum celi. Morā nati in utero matris cum quodā tractatu nativitatū utili ac ornato. Nec nō horas inequales pro quolibet climate mundi. *Verba ista in I. folii pag. majusculis litteris, haud vero capitalibus, leguntur. In aversa conspiciuntur Civitates in VIII. climatibus sitae, ac XII. signorum coeli figurae, ligno exculptae. In I. folii II. pagina habetur Typographi Epistola, sic inscripta;* Erhardus ratdolt Augusten impressor Alberto rheni palatino: superiorisq3 ac inferioris bavariae duci potentissimo illustrissimoq3 foelicitatem. *In sequenti pag. Prooemium quoddam adest; exinde opus incipit, quo absoluto, Registrum occurrit, et deinceps eodem charactere, quo prima excusa est pag., legitur:* Opus Astrolabii plani in tabulis: a Joāne Angelo artium liberalium magistro a novo elaboratū: explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augustēsis viri solertis: eximia industria: et mira imprimendi arte: qua nuper veneciis: nunc Auguste vindelicorum excellet nominatissimus. Vigesimo septimo Kalendas Novembris. M. CCCC. LXXXVIII, *deinde* Laus Deo. In 4.°..... VIII. A. 31.

Aillyaco. *Vide* Alliaco.

Aigre Joannis de. Expositio in Priscianum Grammaticum, *cum textu* Prisciani. *Vide* Prisciani.

Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

Alberici de Rosate. *Vide* Rosate.

Alberti de Saxonia. *Vide* Saxonia.

Alberti Leonis Baptistae. De Re aedificatoria. *I. folii I. pag. vacua est. In aversa legitur* Angeli Politiani *Epistola dedicatoria ad* Laurentium Medicem.

Digitized by Google

In III. pag. litteris capitalibus opus incipit a titulo : LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA. INCIPIT LEGE FELICITER. *Iisdem characteribus exprimitur cujuslibet libri titulus, decem namque libris constat opus, ad cujus calcem sequentia habentur*

LAUS DEO HONOR ET GLORIA
LEONIS BAPTISTAE
ALBERTI FLOREN
TINI FINI VIRI CLA
rissimii (sic) de re
Aedificatoria opus elegantissi
mū et qnāmaxime (sic) utile Flo
rentiae accuratissime impres
sum opera Magistri Nicolai
Laurentii Alamani : Anno sa
lutis Millesimo octuagesimo
quinto : Kalendas Januarias.

Typographus omisit quadringentesimo, *et in sequenti pag. expressit encomium quoddam operis, versu hexametro conscriptum, et huic titulo subjectum.* Baptista siculus in auctoris ꝑsona. Ad Lectorem. *In aversa pag., quae ultima est,* REGISTRUM *legitur.* In folio..... XII. E. 23.

Editio haec praeclarissima a Bibliographis omnium prima, ac rarissima laudatur, quae merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Opus impressum est charactere romano, ac pereleganti papyro nitidissima, amplis marginibus instructa. Paginas litteris signavit Typographus, ac parvas litteras initiales adjecit. Custodes, et paginarum numeri desiderantur. Distinctionis notae occurrunt punctum, colon, comma, et interrogationis signum. Paginae lineis 34. constant, et totum opus foliis 204. continetur.

ALBERTI MAGNI. Compendium Theologicae veritatis. *Titulus in summitate I. columnae sic legitur :* In nomīe sancte et individue trinitatis. Incipit prologus super Compendium theologice veritatis. *In calce operis :* Explicit cōpendium theologice veritatis cōpilatū per Albertum magnū. īpressūmqꝫ venetiis per māgrum xpōforū arnoldū alamanū. 1476. Die 5. aprilis Serenissimo duce Andrea Vēdramino regnante. In 4.°..... XIII. B. 3.

—— Alia editio, *quae praecedentem quodammodo imitatur. Ad calcem haec legenda oculis subiiciuntur :* Explicit compendium theologice veritatis cōpilatum per Albertum magnū impressumqꝫ Venetiis. Per Gregorium Dalmatinum et Jacobum Brittannicum Brixianum. M. CCCC. LXXXIII. die primo aprilis : Serenissimo duce Joanne mocenico regnante. FINIS. In 4.°..... II. B. 6.

—— Tractatus de adhaerendo soli Deo. *Initio libri haec habentur :* Incipit liber alberti Magni de ad herendo (sic) Deo et ultima et superna ꝑfectione hominis ad deum quātū possibile ē. *Deinde sequitur capitulum, cujus initium :* Cogitanti mihi aliquid. *Capitulum XVI, ac ultimum* de Providentia *in aversa folii pag., linea 32. finitur, cui subjectum legitur :* Finis Tractatulus Magni Alberti. In folio. *Extat cum sermonibus* S. Jo. Chrysostomi..... XIII. E. 9.

Editionem hanc rarissimam circa annum 1475. ex typis prodiisse *Conradi Fyneri Esslingae*, docent *Zapf pag. 175. Braun I. par. pag. 76.* et *Denis pag. 538.* Liber impressus est charactere gallofranco minusculo, novemque foliis absolvitur. Charta est alba, ac firma, sed minus polita. Singulae paginae 38 exhibent lineas. Desunt signaturae, custodes, et foliorum numeri, et initiales a Miniculatore suppletae sunt rubro colore.

Digitized by Google

—— De Sacrosanto eucharistiae sacramento sermones. *In I. pag. incipit* Prologus, *cui praefigitur titulus:* Venerabilis dñi Alberti magni Ratisponensis ep̄i de sacrosanto eukaristie sacramento sermones exquisitissimi Incipit feliciter. *In calce folii 52. recti legitur:* Expliciunt sermones de sacramēto corporis et sāguinis domini. *Sequuntur* Notula et doctrina multū utilis, *quae terminantur eodem folio averso.* Tabula hujus operis brevis et multū utilis *adcedit, quae II. paginas, et 13 lineas sequentis folii occupat.* In folio *Extat compactus liber cum* Monte Rocherio. XIII. E. 12.

Absque ulla nota typographica. *Panzer Tom. I. pag. 194.* describit praesentem editionem, quam inter rarissimas enumerandam iudicamus, ob praecedentium Bibliographorum silentium. Character, licet semi-gallo-francus, est tamen nitidus, et elegans; et ad *Bernardum Richel* Typographum *Basileensem* pertinere proculdubio adserimus, ex aliarum editionum ejusdem Typographi comparatione. Lineae 40 in pagina quavis integra extant; initiales nullae, sed a Miniculario suppletae sunt rubro colore. Nec foliorum numeros, nec custodes, vel signaturas marginibus aptavit Impressor; et foliis 54 totum opus absolvitur.

—— Liber de laudib⁹ glōsissime dei genitricis marie semper Virginis famosissimi sacre pagine interp̄tis dñi alberti magni de langingen radispaneñ. ep̄i necnō p̄dicato4 ordīs p̱fessoris celeberrimi incipit feliciter. *Is titulus praefixus est Prologo, qui terminatur in I. folii II. pag. In postica ejusdem folii facie* Incipit tabula capl⁹orū p̄ntis op̄is *II. excusa columnis, quae VI. occupat pag. Opus incipit folio VI. et in fine folii CCXXXIX. legitur:* Explicit tractatus de laudibus gloriosissime dei genitricis marie semp̱ Virginis famosissimi sacre pagine interpretis dñi alberti mg̃ni de langingē radispaneñ (sic) episcopi necnon predicato4 profcssoris celeberrimi. In folio..... XIII. E. 2.

Sine typographicis indiciis anni, loci, et Typographi; eodem tamen charactere gallo-franco opus excusum est, quo utebantur *Fredericus Biel, et Michael Wensler Basileae*, pro imprimendis *Boethio*, et *Epistolis Gasparini Pergamensis.* Paginae habent 34 lineas, et ultima 22. absque numeris, custodibus, et signaturis; initialesque, quae deerant in spatiis, a Miniculatore adpositae sunt rubro colore. Hujusmodi rarissimae editionis mentionem fecerunt *Laire P. I. pag. 78.* et *Panzer Tom. I. pag. 195.*

—— De arte bene moriendi. *Titulus in summitate I. pag. sic legitur:* FRATRIS. Alberti magni ordinis p̄dicatorū quōdam Episcopi Ratisponensis: In nomine sancte et Individue trinitatis Amen: Incipit prohemium de arte bene moriendi. *In folio XXVI. averso post lineas 9. legitur* LAUS DEO. *Dein spatio interjecto:* Impressus libellus per Arnaldum de Bruxella Neapoli Die X. Maii. Anno domini. M. CCCC. LXXVI. In 4.°..... XI. B. 15.

Editionem hanc ignotam Bibliographis citavit primum noster *Giustiniano* in suo opere *pag. 49.* Nullus ante oculos versatur custos, aut plagularum numerus, aut signatura mihi editionem considerantl, quum penitus illos neglexerit Typotheta, qui characterem rotundum elegit ad paginas lineis 24 explendas. Initiales quoque desunt, nec a Miniculatore aliquo suppletae sunt in spatiis extantibus.

—— De arte intelligēdi. Docendi. et predicandi. res spirituales et invisibiles p̱ res corporales et visibiles et econverso pulcra et utilissima. *Haec verba habentur in summitate I. pag. folii II. et in postica facie folii I. visitur Elenchus XVII. capitum, quibus omnis liber absolvitur. Opus terminatur in folio XVII. recto, hisce verbis.* DEO GRATIAS. In folio minori.... VI. E. 31.

Inter opuscula, quae *Alberti Magni* nomen praeseferunt, hoc e rarissimis est, et haec tantummodo extat editio, quam primum citavit *Michael Maittairus Tom. I. Annal. Typographic. pag. 531.* dein eam memorarunt *Seemiller pag. 129. Freytag Adpr. Tom. I. pag. 566. Denis pag. 485. Zapf. pag. 134.* Sine ulla typographica nota in lucem exiit, characteribusque gallofrancis admodum inconcinnis expressa est, qui lineas 39 occupant in paginis integris. Si conjecturae

Digitized by Google

locus est, eam ex officina *Joannis Zaineri*, *Ulmensis* evulgatam esse crediderimus, circa annum *1480.* Habemus librum, qui inscribitur *Scala Coeli*, auctore *Joanne Juniore*, quem infra describemus, et cum quo praesens opusculum extat compactum, qui eodem anno, ex dicta typographia in lucem prolatus fuit, ut eruitur ex nota typographica in calce ejusdem impressa. Non ovum ovo similius esse poterit, quam alter liber alteri est. Magnitudo, crassities chartae, una eademque, characteres iidem, eadem scribendi compendia, eadem imprimendi oeconomia, scilicet sine initialibus, signaturis, custodibus, numerisque foliorum, et ut paucis omnia complectamur, omnia in utroque libro conspirant.

—— Prima pars summe de 4.° coequevis (sic) una cum secunda ejus que est de homine. *In fine I. partis legitur!* Explicit liber Prime Partis Sūme Dñi Alberti Magni de Quatuor coequevis. Venetiis Impressum par Simonem de Luere Impensis domini Andree Torrecani de Asula. 19.° Mensis Decembris. 1498.° feliciter. *Adcedit* Registrum. *Post folium vacuum* Incipit liber secunde partis summe, *in cujus calce haec alia typographica nota habetur*: Explicit Secunda Pars Summe Alberti Magni Ratispaneñ. (sic) Epi̇ De homine. Venetiis Impssa Impeñsis Dñi Andree Torresani de Asula: arte Vō Simonis de Luere. xvj.° februarij. 1498. feliciter. Registrum hujus secunde partis *adcedit*, *et in ultimo folio Extat* Tabula questionum libri de homine Alberti Magni Ratispaneñ. episcopi. In folio..... VIII. C. 10.

—— Opera ad logicam pertinentia. *In principe voluminis pag. characteribus gallo-francis pinguibus haec expressa leguntur*: Ista sunt Opera Alberti Magni ad logicam pertinentia. De quinque universalib⁹ liber unus = De decē predicamentis liber unus = De sex principiis liber unus = De interpretatione libri duo = De sylogismo simpliciter. i prio4 analytico4 libri duo = De Demonstratione. i posterio4 analitico4 libri duo = Topico4 libri octo = De sophisticis elenchis libri duo. *Sequitur Monitum Typographorum charactere romano descriptum de excellentia hujusmodi operis, et de privilegio a Veneto Senatu obtento circa ipsius impressionem. In aversa folii pag.* Tabula *incipit, quae 11. pag., et partem alterius occupat, qua absoluta, in seqùenti pag. opus incipit hoc titulo praeditum:* Nicolaus Judecus ad Laurentium bragadenū francisci F. Patricium venetum. Quid apud Aristotelem significet verbum vtrumlibet. *Tres fere pag. occupat, quas sequitur* Alberti *opus cum titulo rubro colore a Typographo expresso:* Incipit divi Alberti Magni logica diligētissime recognita. videlicet: Liber de predicabilibus: De predicamentis: De sex principiis: Perihermenias: Liber Priorum Analyticorum: Liber Posteriorum Analyticorom: Liber Topicorum: et Liber Elenchorum. *Ad calcem integri operis*: Explicit liber secūdus Elencho4: et cum hoc omnia opera excellentissimi philosophi Alberti Magni super tota logica Aristolis (sic): feliciter Impressa per Johannē et Gregoriū de Gregoriis fratres solertissimos impressores: Die 27. Septembris. 1494. Laus Deo. *In aversa pag. adest* Registrum operis, *et Typographi signum, scilicet quadrangularis figura, quae litteram X magnam inscriptam habet, cujus e medio surgit crux duplex, quae metitur altitudinem litterae, et usque ad rectanguli verticem protrahitur; litterae Z G. hinc, et illinc expressae habentur.* In folio..... VIII. E. 42.

—— Aureus Liber Methaphisice (sic) Divi Alberti Magni epi̇ ratisponensis Divisus in libros. xiij. *Is titulus occurrit in I. folio charactere gallo-franco pingui excusus, cui subnectitur Typographorum Monitum, uti in aliis ejusdem Auctoris operibus ab ipsis impressis. In aversa pag.* Incipit Tabula totius operis,

Digitized by Google

quae VI. alias pag. comprehendit. Opus initium sumit in folio V. a titulo rubro colore impresso: Incipit liber metaphisice primus qui totus est de stabilitate hujus scientie et stabilitate principio4 que sunt cause. Cujus primus tractatus est de stabilitate hujus scientie et nobilitate. *Opus terminatur circa initium II. columnae ultimi folii recti, et notitia typographica hoc pacto exprimitur:* Impressum Venetiis p̄ Johannem et Gregorium de gregoriis fratres anno salutis. Mccccxciiij. die xviij. decembris. Laus Deo. *Subscriptioni subnectuntur* Registrum operis, *et Typographorum signum.* In folio..... VIII. F. 41.

—— De Anima libri tres = De intellectu et intelligibili libri duo. *Haec charactere gallo-franco pingui leguntur in I. voluminis pag., cui subjectum est aliud Monitum Typographorum, ut in opere praecedenti observavimus. In postica facie* Incipit tabula totius operis, *quae III. occupat pag. In summitate I. columnae folii III. opus incipit a titulo:* Clarissimi phī Alberti magni: almi pdicato4 ordinis epī Ratispoñ. liber de aīa prim⁹ incipit: cui tractatus primus est de mod9 quo cognoscenda est anima. *In calce voluminis:* Expliciūt Sententie libri de Anima: et de Intellectu et intelligibili excellentissimi phī Alberti magni epī Ratispoñ. Ordinis Predicato4. Impresse Venetiis per Johānē et Gregoriū. De gregoriis fratres. Anno salutis i494. Die. vij. Novembris. Registrum hujus operis *subiectum est, et in aversa facie Typographi Symbolum.....* In folio. VIII. C. 19.

—— De natura, ac immortalitate animae cum commentario. *In I. pag. sequentia verba occurrunt:* Liber Alberti magni doctoris preclarissimi ordinis predicatorum. De natura ac immortalitate anime cum commento compendioso. *In III. incipit introductio quaedam sine titulo, ad cujus calcem legitur:* Incipit liber de natura et origine anime Alberti magni de lagingen episcopi ratisponēsis Tractatus primus de natura anime in corpore. Capitulum primū de trib⁹ propositionib⁹ super quas fundat: inquisitio de aīe generatōe et que inquiri debeant de anima. *Opus sequitur conclusio, fortasse Expositoris, absque titulo: deinde,* Epitaphium dependens ad sepulcrū venerabilis domini Alberti magni quondam Ratispoñ. ecclesie episcopi in choro fratrum predicatorum colonie

Fenix doctorum: paris expers: philosophorum
Princeps: verborum vas fundens dogma sacrorum.
Hic jacet Albertus preclarus in orbe disertus
Pre cunctis certus assertor in arte repertus.
Major platone: vix inferior Salomone
Quem tu Christe bone doctorum junge corone
Annis bis denis minus actis mille trecenis
Christi nascentis de corporis exit habenis
Quinta post festum Martini luce molestum
Ore petendo Deum transivit agens jubileum.

Hosce versus sequentia verba excipiunt:
Gentilium litterarum interpretis clarissimi Alberti magni de origine et immortalitate anime humane liber cum compēdioso commento salvo semper judicio aliorum melius sentientium castigatus: philosophicis punctis tanq3 ditissimis exuberans ferculis ut abundet qd⁹ perfectus comedat: abūdet etiam quod parvulus sugat. Ibi est em̄ simul et lacteus post⁹ quo tenera studentium nutriatur infantia: ibi et solidus cibus quo robusta perfecto4 iuuentus philosophie acci-

Digitized by Google

piat incrementa. Ibi est qd omni etati congruat : ibi quod omni pfessioni cōveniat. Impressus impensa Gaspar Hochfeder civis Nurenbergens. quinto die calendas mēsis Julij. Anno incarnationis verbi intelligibilis divini Millesimo quadringentesimononagesimotercio finit feliciter. In 4.° ..... VII. B. 13.

—— Philosophia naturalis, et in libb. Physicorum, Methaurorū, et de anima. *Volumini praepositus est Index capitum V. lib. ex quibus opus constat; qui Index III. occupat pag. seu II. foliola, quorum I. rectum vacat. In summitate I. pag. folii tertii occurrit titulus:* Illustrissimi philosophi et theologi: domini Alberti magni cōpēdiosum: insigne: ac putile opus Philosophie naturalis feliciter Icipit. *Ad calcem* Philosophiae Alberti *subjuncta sunt II. excerpta ex opere* Aegidii Romani de Regimine Principum, *quibus absolutis typographica nota extat hoc pacto:* Illustrissimi philosophi et theologi: domini Alberti magni cōpēdiosum: insigne: putile opus Philosophiae naturalis: felicit. Explicit: Brixiae Impaessum (sic) p Praesbyterum Baptistam de Farfengo: Anno Domini. M. cccc. lxxxx. Die vero Decimo mēsis Septembris. *Huic subscriptioni subnexum est Typographi signum, et in hoc eodem folio verso, oscitantia Impressoris. In nostro exemplari repetita fuit integra pag. V. lib., quae est IX quaternionis bb. et continet finem capit. XXI: quod quomodo accidere potuerit, non facile intellexerim.* In 4.° VIII. B. 6.

—— Alia editio. *I. folium rectum exhibet figuram, seu potius varias figuras symbolicas, rectangulo inclusas, quarum praecipua, quae medium locum tenet, naturam repraesentat, coeli ambitu inclusam; extra quem alia habentur minora symbola, quae, ni fallor, ad Sapientis dictum* Omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti, *referuntur. In hujus figurae perimetro sententiae quaedam inscriptae sunt: et in ejus fastigio legitur titulus:* Phīa d. Alberti M. *Praeter hanc praecipuam, generalemque figuram, aliae tres in operis corpore occurrunt. Expleta* philosophia Alberti Magni, *sequuntur excerpta* Aegidii Romani de Regimine Principum, *quibus additur nota typographica:* Brixiae Impraessum (sic) p D. Praesbyterū Baptistam de Farfagno: Anno domini M. ccccIxxxxiii. Die. xiii. mensis. Junii. *Post notitiam typographicam incipit* Tabula hujus operis. In 4.° ..... VII. B.

—— De coelo et mundo. *I. folium charactere destituitur, in II. hic operi praefigitur titulus:* Incipit liber primus de celo et mūdo Alberti magni philosophi clarissimi. *Ad calcem legitur* FINIS, *deinde,* Expliciunt hic dicta subtilissima Divi Alberti cognomento magni Ratisponensis epi ex ordine predicatorum assumpti: emendata per me fratrem Jeronium mitanum monopolitanum ordinis ejusdem Impressum Venetiis per Joannem de forlivio: et Gregorium fratres. Anno domini. M. cccc. lxxxx. die xviii. Novembris. *In sequenti columna* Registrum adparet, *cui subjungitur Typographi signum, et in II. pag. sequentibus* Index capitum *occurrit.* In folio..... VIII. D. 28.

—— Commentum physicorum. *In I. pag. I. folii charactere gallofranco pingui extat titulus:* Divi Alberti Magni phisico4 sive de phisico auditu libri octo. *Sequitur Monitum Typographorum charactere romano excusum, ut in aliis operibus hujus Auctoris.* Tabula totius operis *incipit a folio II., et terminatur circa initium I. columnae folii IV. aversi. In folio V.* Incipit liber phisico4 sive auditus phisici Alberti magni etc. etc. *Circa medium II. columnae ultimi folii legitur:* Explicit commentum Doctoris excellentissimi Alberti magni ordinis

Digitized by Google

predicatoru in libros phʒico4. Impressum Venetiis per Joānem de forlivio et Gregorium fratres. Anno dñi. M. cccc. xciiij. die vltimo Januarii. *Adcedunt* Registrū Operis, *et Typographorum signum.* In folio..... IX. G. 19.

—— Liber dè generatione et corruptione. Cujus tractatus primus est de generatione et corruptione in cōmuni simpliciter dictis. *Is titulus occurrit in summitate I. columnae folii I. In calce ultimae columnae folii XXIII extat:* Impressum Venetiis per Joānem et Gregoriū de Gregorijs fratres. Anno dñi M. cccc. lxxxxv. die decima Junii. *Sequitur* Registrum hujus operis, *et in aversa pag. incipit* Tabula, *quae protrahitur ad initium usque ultimi folii aversi, et dein visitur Typographorum signum.* In folio..... IX. G. 29.

—— Libri IV. Meteororum. *Titulus in summitate I. columnae folii II.* (*nam primum vacuum est*) *ita excuditur :* Liber methaurorum alberti magni ordinis predicato4 germanorū decoris nostro evo philosophie facile felicissime incipit *In opere figurae, seu circuli opportune textui inseruntur. Opere absoluto adcedunt* Tabula lib. Methaurorum Alberti magni, *et* Registrum; *quibus Typographus addidit :* Expliciunt libri quatuor Methaurorum Alberti magni excellentissimi sacre Theologie doctoris nec non phʒie principis ordinis predicatorum impressi ꝑ Renaldum (sic) de Novimagio theotonicum. Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. mensis Maij. die xxiiij. In folio..... VIII. D. 18.

Sine loci indicatione.

—— De Mineralibus libri IV. *Titulus praefixus in principio I. columnae folii I. ita legitur:* Alberti Magni philospho4 maximi de mineralibus liber primus incipit. *Ad calcem :* Impressum Venetijs per Ioannem et Gregorium de Gregoriis fratres. Anno dñi. M. cccc. lxxxxv. die xxij Iunij. *Sequitur* Registrum. *Ultimum folium occupant* Tabula, *et Typographorum signum.* In folio. IX. G. 19.

—— Libri XXVI. de Animalibus. *I. folium litteris destituitur, nec ullum prologum, vel introductionem opus habet; hinc in II. folio* Incipit liber animalium primus de comuni diversitate animalium. Tractatus primus de Cōmuni diversitate in membris et vita et est digressio declarans modum et ordinem doctrine. *Ad calcem legitur:* Hoc presens Alberti magni de rerum proprietatibus opus impressum per egregium virum dominū Simonem Nicolai de luca hujus laboratorii dñm Rome anno domini millesīo cccc. lxxviii. pont. Sixti anno vii. die vero secūda mensis aprilis. Finis Alberti magni de aīalibus. *In aversa folii pag. incipit librorum et capitum Index, dein nominum animalium; uterque absolvitur VI. fol. cum dimid.* Registrum *tandem reperitur.* In folio..... XII. G. 14.

—— Liber aggregationis seu liber secreto4 Alberti magni de virtutibʒ herba4 lapidum et aīalium quorundam. Liber primus de viribus quarundam herbarum. *Hic titulus extat impressus in summitate I. columnae I. folii. Absoluto opusculo, sequuntur* Ejusdem Alberti magni de Mirabilibus mūdi, *et* de Secretis naturae. *Ad calcemi II. columnae ultimi folii recti legitur:* Impressum quidē est hoc opusculum per Magistrū Johānem de Annūciata de Augusta. Laus deo pararoseq3 virgini Marie. nec nō toti curie celesti triumphanti. Anno salutis. M. cccc. lxxviij. In 4.°..... XII. B. 40.

Sine loci indicatione. In catalogo *Biblioth. Pinellianae, Tom. I. pag. 301.* praesens editio *Augustae* tribuitur, sed non recte; nam uti animadvertunt *Denisius, pag. 88.* et *Audiffredus in Specimine Historico-Critico Edit. Italic. Saec. XV. pag. 32.* laudatus Typographus *Bononiae* artem exercuit suam.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedenti editione. Terminatur I. opusculum folio XI. averso, linea I. columnae II. Ibidem brevi spatio interjecto:* Libellus Alberti magni de mirabilibus mundi. Incipit. *In aversa folii XXIII. pag., post duas lineas II. columnae* Albertus Magnus de secretis nature: feliciter explicit. *Ultimum folium brevis regula ad sciendum ortum lunae occupat, qua absoluta in I. columna aversae pag., legitur tantummodo:* Finis. Laus omnipotenti deo. AMEN. Registrum *subnectitur.* In 4.°.....VIII. B. 7.

Bibliographis Plurimis, quos adii, ignota fuit praesens editio, quod raritatis ejusdem non inficiandum argumentum est; et licet notitiis typographicis destituta; ad saeculum tamen XV. procul dubio pertinet. Typus enim hujus libelli, quamvis rotundus, est tamen rudiusculus; charta firma, sed non satis alba. Scapi quatuor numerantur in 4., paginae in duabus columnis, quarum quaelibet lineas 38 comprehendit; numeri foliorum desiderantur; custodes, et signaturae litteris, romanisque numeris expressae habentur. Initiales nonnullae parvis elementis quadrato inclusae, visuntur; aliquando penitus omissae sunt.

—— De Mirabilibus Mundi. *Praeit* TABULA ALBERTI MAGNI *IV. fol. contenta, in cujus fine legitur* EINIS (sic) *In summitate folii V.* INCIPIT. OPUS ALBER TI. (sic) MAGNI. DE MIR ABILIBUS (sic) MUNDI. LEGE. FOELICITER. *Opusculum absolvitur folio XXXIV. recto circa medium, et haec tantum verba extant impressa:* ALBER TI. MAGNI. DE. SECRETIS. NATURAE. LIBER. EXPLICIT. FOELICITER TELOS. In 8.°.... XII. B. 78.

Sine ulla vel Typographi, vel loci, vel anni nota. Editio rarissima, quam conatu fere frustraneo quaesivi in Bibliographis praecipuis, quos ad manus habeo. Typi rotundi sunt, ac elegantes, et primo intuitu videntur *Matthiae Moravi*; ast peculiaris structura aliquarum litterarum, scilicet *h, m, n, o, p*, contrarium suadet. Suspicor tamen eam esse Neapoli excusam, sed nihil certi adfirmare audeo. Charta satis firma, alba, et levigata, et lineae 24 in paginis occurrunt. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desiderantur; neque initiales, quas omiserat Typographus, suppletae sunt in spatiis, excepta prima, quam caeruleo colore adpinxit miniculator.

—— De secretis mulierum. *Incipit opus absolute a Prooemio, cujus priora verba:* (a) D lucidiorem notitiam sequentium. *In fine haec solummodo notantur:* Explicit liber Alberti magni de secretis mulierum. 1478. Vicesima quarta die mensis Junii. In 4.° minori..... VIII. B. 22.

Sine loci, et Typographi indicatione extat praesens editio, quam quamplurimi Bibliographi ignorarunt. Constat hoc opusculum foliis 66, et impressum est charactere gallo-franco majusculo, et minusculo, primo textus, secundo explicatio. Desunt custodes, signaturae, paginarum numeri, et initiales litterae.

—— Physica pauperum. *I. pag. exhibet titulum in fronte:* Opus preclarissimuum phīa Alberti nuncupatum phisica pauperum. *In fine haec legi:* Decimaquarta Septembris. M. cccc. lxxxii. Barchinone per Petrum posa p̄biterum completa fuit phisica pauperum. Deo gratias. Amen. In 4.°..... XII. D. 42.

Editio haec libris omnium rarissimis a nobis adnumeratur; latuit enim Bibliographos fere omnes, et, quod mirum est, ipsum *Caballerum*. Plagulae hujus voluminis nullum foliorum numerum, aut custodem exhibent; signaturae tamen in extremitate inferioris marginis adparent. Paginae integrae constant lineis 24 gallo-franci pinguis characteris. Initiales parvis elementis sunt expressae; prima vero omnino omissa fuit. Adnotationes Mss. marginales et interlineales, charactere plerumque minuto, sunt frequentes in toto volumine.

—— Della vita costumi e conservazione della sanità dellomo. *In folio I. averso extat Epistola italica Excusoris sub inscriptione:* Franciscus Tuppi. LL. Studens. Clarissimo Berardino Gerardino Amerino militi. Regenti vicariam. Salutem. *In folio II. occurrit Tabula duabus columnis excusa, quae X. folia, et unam occupat pag., cujus initium:* INCOMENZA EL LIBRO chiamato della uita costumi natura et om̄e altra cosa pertinēte tanto alla conservatione della sa-

Digitized by Google

nita dellomo. quanto alle cause et cose humane. Cōposto per Alberto Magno filosofo excellentissimo. Lege feliciter. *Opus incipit absolute, absque ullo prooemio a verbis :* PER CHE EL SOPERCHIO NELE COSE che noi viveino. *In calce ultimi folii recti legitur :* FINIS LAUS DEO AMEN. Neapolim impssum sub aureo seculo et augusta pace Serenissimi Ferdinandi Regis Clementissimi. Ope ac impensa Magnifici dñi Bernardini de gerardinis de Amelia militis comitis palatini ac Regentis magnam curiam vicarie. Divi Regis Ferdinandi consiliarii fidi. Ultimo Augusti. Anno salutis. M. CCCC. LXXVIII. In folio.....XI. A. 6.

Editio admodum rara, uti testatur silentium Bibliographorum.

Albumasaris. Introductorium in Astronomiam. *In I. pag. folii I. extant verba:* Introductorium in astronomiam Albumasaris abalachi octo continens libros partiales. *Haec sequitur praefatio Editoris, quem* Gemeiner *adpellat* Jacobum Angelum Astrologiae Doctorem. *Prologum excipit* Introductorium, *in quo coelestia signa, et initiales florentes ligno incisae passim occurrunt in toto volumine, in cujus calce sequentia leguntur :* Opus introductorii in astronomiā albumazaris abalachi explicit feliciter Erhardi ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc auguste vindelicorum excellit noīatissimus. 7. Idus Februarii. 1489. In 4.°..XII. D. 37.

Hujusmodi editionis *Zapfius* in *Annal. Typogr. August. pag. 88.* et *Gemeiner in den Nachrichten pag. 182.* mentionem faciunt, eamque summopere commendant.

—— De magnis conjunctionibus. *Pag. I. haec habet :* Albumasar de magnis coniunctionibus : annorum revolutionibus : ac eorum profectionibus : octo continens tractatus. *III. pag. exhibet titulum :* Hic est liber individuorum superiorum in sūma de significationibus super accidentia que efficiunt in mundo : de presentia eorū respectu adscendentium inceptionum coniunctionalium et aliorum Et sunt octo tractatus Editus a Japhar astrologo qui dictus est Albumasar : ad laudem dei gloriosi. *Signa coelestia, et initiales florentes xylographicae in volumine occurrunt. In penultima pag. opus absolvitur, eique subiiciuntur verba :* opus albumazaris de magnis coīunctionib⁹ explicit feliciter : magistri ioannis angeli viri peritissimi diligēti correctione : Erhardiq3 ratdolt viri solertis eximia industria : et mira imprimendi arte : qua nuper Venetiis : nunc auguste vindelicorum excellit nōiatissim⁹ pridie Kal. Aprilis. 1489. In 4.°.....VIII. B. 60.

—— Flores Albumasaris. *Sic in I. pag. legitur : in III. vero,* Incipit tractatus Albumasaris florum Astrologie, *qui sectionibus ac titulis distinguitur, in quibus tam initiales litterae, quam figurae astrologicae ligno incisae adparent. In fine sequentia habentur :* Opus florum Albumasaris explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augustensis viri solertis eximia industria : et mira imprimendi arte : qua nuper Venetiis : nūc Auguste vindelicorum excellit nominatissim⁹. XIIII. Kal. Decēbris M. CCCC. LXXXIII. In 4.°.....VIII. B. 19.

Editio praesens *a Clement. Tom. I. pag. 136.* et a *Baur* rarissima adpellatur.

Alchabitii Arabici Introductorium ad scientiam judicialem Astronomiae. *Is titulus occurrit in III. pag., nam I. folium est vacuum. In penult. pag. opus absolvitur, eique subiungitur :* Haec sūt univsa q̄3 ceciderūt nobis ex partib⁹ Introduxim⁹ quoq3 has partes novissimas. et si est in eis narratio debil. ne dimitteremus aliquid quod posset esse introductorium ad magisterium judiciorum astrorum quin proferamus illud. Perfectus est introductorius liber adilacet idest servi dei qui dicitur alchabici. ad magisterium judiciorum astrorum cum

Digitized by Google

laude omnipotentis dei. EMENDATUM. PER. EXIMIUM. ARTIUM. ET. MEDICINE. DOCTOREM. D. M. MATHEUM. MORETUM. DE. BRIXIA. BONONIAE. LEGENTEM. ANNO DOMINI. MCCCCLXXIII. FINIS. In 4.° XII. D. 27.

Praesens editio Bibliographis parum innotuit; quod certe raritatis ejusdem argumentum est.

—— Libellus ysagogic⁹ abdilazi. i. servi dei. q̄ dr̄. alchabit⁹. ad magisteriū iudicio4 astro4: īterpret⁹. a ioān̄e hispalēsi: incipit. *Is titulus rubro colore excusus legitur in fronte I. pag. His verbis subnectitur quadrangularis tabella ligno insculpta, in cujus medio legitur:* Figura celi generalis magisterij astrologie. *Signa Zodiaci, et alia verba in eadem tabula extant, omnia ad astrologiam pertinentia. Sequitur Prologus Auctoris sine ullo titulo, deinde opus, quod absolvitur folio XXXII. sed nostro exemplari deest in fine unum folium, in cujus calce extat in aliis perfectis nota typographica, quam discimus ex descriptione tradita a* Maittairo *pag. 437. et a* Zapf. *II. pag. 256.* Erhardus ratdolt Augustensis eumdem perpolite emendatissimumque impressit. XVII. Calen. Febr. Anno Salut. M. cccc.lxxxii. Venetiis. In 4.°. VIII. B. 59.

—— Alia editio. *Princeps pag. omnino vacua, in aversa sphaera occurrit, in III. legitur:* LIBELLUS YSAGOGICUS ABDILAZI. IDEST SERVI GLORIOSI DEI: QUI DICITUR ALCHABITIUS AD MAGISTERIUM IUDITIORUM ASTRORUM: INTERPRETATUS A IOANNE HISPALENSI. SCRIPTUMQUE IN EUNDEM A IOANNE SAXONIE EDITUM UTILI SERIE CONNEXUM INCIPIUNT. *His verbis Auctoris prologus sine titulo subjungitur, deinde opus, ad cujus calcem reperitur* Tabula amicitiae et inimicitiae. *Adcedit* Cōmentum Iohannis de Saxonia super textu Alchabicii. *Huic titulo introductio prolixa subnectitur, exinde commentarium charactere gallo franco, seorsim excusum a libello Alchabitii, qui charactere rotundo impressus est. Ad calcem totius operis in penultima pag., legenda haec oculis subiecit Typographus:* Finit̄ scriptum sup Alchabitiū ordinatū p Iohannē de saxonia in villa parisiēsi anno. 1331.° Correctum p artiū et medicine doctorem dominū Bartholomeum de Alten de nusia. Impressum arte ac diligentia Erhardi ratdolt de Augusta Imperante Iohanne Mocenico Venetiarū duce. Anno salutifere incarnationis. 1485. Venetiis. In 4.°..... VIII. B. 60.

Alcinoi Disciplinarum Platonis Epitoma, Episcopo Tropiense interprete. *Extat impress. cum Operibus* Apuleii. *Vide* Apuleii.

Alciphronis. Epistolae piscatoriae, amatoriae, *et* parasiticae *xliv. graece. Extant impressae in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum. XVII. G. 36.

Ales Alexandri de. Commentarium in III. lib. sententiarum. *Opus incipit absque praevia notitia, sive inscriptione, quo absoluto, Typographi cura haec expressa fuere circa medium ultimae pag.:* Hic finis prebet⁹ operis solēnis dn̄i Alexandri de Ales ordinis minorū Theologi famosissimi super tertium sententia4: quod poptime emēdatum: Venetiis impressionē habuit impensis Iohannis de Colonia sociiq3 ejus Iohannis manthen de Gheretzem Anno a natali christiano. M.° CCCC.° LXXV.° *Post folium vacuum incipit* Tabula questionum hui⁹ libri, *VIII. foliis contenta, simul cum* Registro. In folio... XIII. C. 5.

—— Summa Theologiae *in IV. partes distributa. In Pag. I. partis I. legitur:* Prima pars Alex. de ales. *In duobus sequentibus foliis extat* Generalis discursus in summam Alexādri de ales, *cui* Index *I. partis accedit VII foliorum. Post vacuum folium, opus incipit hac ei praefixa inscriptione:* Doctoris irrefra-

Digitized by Google

gabilis Alexandri de ales anglici: ordinis minorū: qui primus Magistri sententias ꝑ questiones digessit: Prima pars sūme theologice incipit. *Circa medium II. col. ultimi folii recti legitur:* Finis prime partis. Per Ioānemantonium de birretis ac Franciscum gyrardenghum. Papie. M. cccc. lxxxix. Die. xj. Iulii.

In secunda parte extat in I. pag. titulus, ut in praecedenti, et in folio II. incipit Tabula tractatuum, *XIII. foliis contenta. In ultimo folio recto legitur:* Secūde ꝑtis Sūme Alex. de ales adest finis. Papie per egre. Ioānēantonium de birretis et Franciscū gyrardēghum Socios fuit īpressa. Labente anno dñi. i489. die. xx. octobris.

In tertia parte post titulum in medio I. pag., incipit in II. folio Index *XIII. pag. Ad calcem voluminis:* Tertia pars Sūme Alex. de ales. Papie per egre. Ioānēantonium de birretis et Franciscum gyrardenghum impressa. Anno Domini. i489. Die. xxiij. Octobris.

In quarta parte post titulum in I. folio, et Tabulam, quae terminatur in I. columna folii X. aversi, occurrit in II. columna Typographi signum, scilicet quadrangulum rubrum, cujus in inferiori parte extant litterae albae I. A. B. *et ex vertice litterae* A *surgit crux alba. Ad calcem voluminis:* Quarta pars Sūme Alex. de ales: maximo hic labore ꝑfecta ē. Papie ꝑ egr. Ioannēantonium de birretis et Franciscum gyrardēghum impssa. Mcccclxxxix. Die. xxiij. Decemb. In 4.° Tom. 4.° ..... IV. A. 7. 10.

—— Postilla aurea in Psalmos, *sive in eosdem Commentaria cum textu* Psalterii. *Vide* Biblia.

Alethis Regis Corinthi. Epistola ad Curtium. *Extat inter Epistolas sub nomine* q. Curtii. *Vide* Curtii.

Alexandri Magni. Epistola ad Aristotelem, *graece. Extat in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

—— Epistola de mirabilibus Indiae ad Aristotelem, *latine. Extat cum opusculis* Aristotelis, *et aliorum. Vide* Aristotelis de secretis secretorum.

—— Epistola ad Manlium, *latine. Extat inter epistolas sub nomine* q. Curtii. *Vide* Curtii.

—— *Ejusdem* Alexandri magni historia. *Vide* Historia.

Alexandri PP. vi. Regulae Cancellariae Apostolicae. *Vide* Regulae Cancellariae.

—— *Ejusdem* Breve ad Ioannem Picum Mirandulanum. *Extat cum* Heptalo *ejusdem* Pici. *Vide* Pici.

Alexandrinorum Epistola ad Mahummedem II. Laudivio Interprete. *Extat inter epistolas* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Alexandro Antonii de. Super secundo lib. Codicis. *Titulus in prima columna folii primi praeest operi his verbis:* REPORTATA CLARISSIMI UTRIUSQUE IURIS INTERPRETIS DOMINI ANTONII DE ALEXANDRO SUPER. II. C. IN FLORENTI STUDIO PARTENOPEO SUB AUREO SECULO ET AUGUSTA PACE FERDINANDI SICILIE IERUSALEM ET UNGARIE REGIS INVICTISSIMI ANNO M.CCCC.LXXII. *Opus incipit absolute nulla praefatione, aut exordio praeposito. Ad calcem secundae columnae penultimi folii aversi extat typographica nota, quae terminatur in principio primae columnae ultimi folii recti: Primo legitur charactere gallo-franco pingui, et majusculo,* Sixtus Riessinger. *Deinde eodem*

Digitized by Google

typo, quo volumen impressum cernitur: Finis huius utilissime lecture ordinarie Codic.ꝰ IUSTINIANI ALMANI IN florenti studio Neapolitano impresse per exptissimum ac clarum Sixtum Riessinger Almanum qui inter sua adversa floret uiret atq3 claret Nec perfidos malivolos ac uersutos existimat maiora ꝑficiet ad gloriam eterni Dei Et felicitatem Ferdinandi Regis Patrie Et licet non miniis appareat ornata Attamen claret decisionibus et singularibus iurium civilis et poli (sic) ut lector studendo doctissimus perfici poterit mendisq3 caret nam summis uigiliis et laboribus fideliter correcta est per Franciscum Tuppi Partenopēsem tanti clarissimi utriusq3 iuris Interpretis Antonii de alexandro legum perule (sic) inter trecentos studentes minimus Qui una cū Fido sodali Sixto hāc preclaram et lucidam lecturā d' ꝑpriis sumptibus sumpserūt Finieruntq3 XXI. die mensis Februarii Anni M. CCCC. LXXIIII. Feliciter.

A M E N

Huic subscriptioni subnexum est Registrum, quod terminatur in II. ejusdem pag. columna. In folio majori ..... XI. D. 17.

Longe rarissimam esse hanc editionem demonstrat silentium Bibliographorum, et quod mirum, ipsius *Giustiniani*, qui in *Saggio Storico - Critico sulla Typographia del Regno di Napoli*, (saltem in prima hujus operis editione, nam secunda adhuc incomperta est) recenset libros omnes excusos a laudato *Sixto*, et nec verbum unum de praesenti opere. Character idem est, quo laudatus Typographus usus est in aliis editionibus, ac gemina columna distinctus, quae lineis 56 impletur. Licet margines amplissimi sint, nullum tamen foliorum numerum, signaturam, aut custodem Typotheta adposuit; et pro initialibus spatia reliquit, quas Miuicularius forsan exprimere debuisset.

Alfragani. Compilatio astronomica. *In I. pag. pingui charactere gallo-franco legitur:* Brevis ac perutilis cōpilatio Alfagrani astronomo4 peritissimi totum id continens quod ad rudimenta astronomica est opportunum. *In postica pag. icon* Alfragrani *visitur, litteris hinc et illinc* Alfra ganus *impressis, quas icon dividit, cui schemata astronomica circa ipsius caput imminent. Prope* Alfraganum *alia extat figura, cujus nomen legitur in inferiori parte, nempe* Heremita, *quem* Goetz T. II. pag. 307. *docet esse* Gerardum Cremonensem. *In summitate secundi folii recti occurrit titulus:* Hic liber est divisus in triginta differentiis, *et hinc sequitur Index differentiarum. Opus incipit a folio tertio, quo absoluto in ultimo folio averso, sequentia verba legi possunt:* Explicit Alfraganus. Opus preclarissimū consumatissimūq3 introductoriū in astronomiam explicit quod peritissimus Astronomorum Alfragranus edidit. Et heremitarum hujus temporis decus: ac celeberrimus phisicus: mathematicusq3 probatissimus mira diligentia ac magno cum labore emendavit. Impressum Ferrarie arte et impensa Andree galli viri impressorie artis peritissimi. Anno incarnationis verbi. 1493. die vero tertia septēbris. In 4.°..... VIII. B. 65.

Alighierii. Iacobi. Capitolo, *tristichis rhythmicis expressum, quod* Comoediae Dantis *argumentum continet. Extat ad calcem* Comoediae Dantis. *Vide.* Dantis.

Alliaco Petri de Cardinalis Cameracensis. Concordantia astronomie cum theologia. Concordantia astronomie cum hystorica narratione. Et elucidarium duorum precedentium. *Hujusmodi inscriptio in I. pag. fol. I. legitur majusculis litteris impressa. Aversam pag. implet figura ligno incisa, Theologum ex una parte, et ex altera Astronomum invicem disputantes exhibens. In fol. II.* Vigintiloquium de concordantia astronomice veritatis cum theologia. Domini Petri de aliaco cardinalis cameracen. viginti continens verba feliciter incipit. *Ad calcem totius operis, in II. pag. penultimi fol. sequentia verba expressit Typographus:* Opus concordantie astronomie cum theologia nec non hystorice veritatis narratione expli-

Digitized by Google

cit feliciter. Magistri Ioannis angeli viri peritissimi diligẽti correctione. Erhardiq̃ Ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc Auguste vindelicorum excellit nominatissimus. 4. nonas Ianuarii 1490. *In altera pag.* Erhardi Ratdolt *insignia ligno excusa visuntur, et in summitate paginae distichon legitur*

Erhardi Ratdolt foelicia conspice signa
Testata artificem qua valet ipse manum.

In 4.°..... VIII. B. 62.

Allii Peregrini. Vitae Homeri ex Herodoto, et Plutarcho *latinè traductae, cum praefationibus ad* Laurentium Medicem. *Extant in Operè* Vitarum Plutarchi. *Vide* Plutarchi, *et* Homeri *opera.*

Almansoris. Liber Nonus cum expositione Sillani. *Is titulus charactère gallo-franco legitur in I. pag., et in II.* Registrum *occurrit. In II. fol. opus incipit, quod terminatur in I. columna fol. signati K 3. In II. columna* Incipit tabula capitulio4 (sic) noni libri Almansoris per ordinem cartarum. *Hac expletâ, in aversa pag.* Incipiunt recepte Magistri Petri de Tussignano super nono Almansoris. *Ad calcem ultimi fol. recti legitur:* Excellẽtissimi doctoris dñi Petri de Tussignano Recepte super nono almãsoris. Feliciter finiũt. Impresse Venetiis iussu et ĩpẽsis nobilis viri Octaviani Scoti civis modoetiẽsis. anno Salutis. MCCCCXC. decima die aprilis. *In aversa pag. eodem majusculo typo gallo-franco legitur:* Recepte domini Petri de Tussignano supra nonum Almansoris. In folio IX. G. 3.

—— Iudicia, *seu* Propositiones Platone Tyburtino Interprete. *Extant cum* Ptolemaei centiloquio. *Vide* Ptolemaei, et Hermetis.

Alphonsi Regis Castellae. Tabule Astronomice. *Verba ista in I. fol. pag. I. leguntur. In aversa nil reperitur; in tertia vero occurrit* Exhortatoria in impressionẽ tabularum Astronomicarũ Alfonsi Regis, *cujus inscriptio haec:* Augustinus Moravus Olomucensis Iohanni Lucilio Santritter Heilbronnensi S. P. D. *Data est* Ex Gymnasio Patavino. XVI. Klĩs Iulii. Anno salutis 1491. *Responsio* C. Ioannis Lucilii *sequitur, cujus epigraphe:* C. Iohannes Lucilius Santritter Germanus de Fonte salutis vulgo dictus Heilbronnensis Augustino Moravo Olomucensi. S. P. D. *Epistolae duobus foliis absolvuntur, easque excipiunt* Canones, *quibus praefigitur titulus,* Tabule Tabularum Celestium motuum Divi Alfonsi Regis Romanorum et Castelle Illustrissimi. Nec non stellarum fixarũ longitudines ac latitudines ipsius tempore ad motus veritatẽ mira diligentia reducte: Ac in ipsas primo tabulas Alfonsi canones sive propositiones ordinatissime. Incipiunt felici sidere. *In aversa fol. XXXII. pag.* Expliciunt Canones sive Propositiones in tabulas Alfonsinas. Partim aliorum mere sunt: partim nostri. etc. etc. (Santritterus *loquitur*) *Tunc sequuntur tabulae* Regionum, Climatum, Quantitatis Dierum etc. etc. *quae in aversa fol. 38. pag. terminantur. Istas excipiunt* Alphonsi *tabulae astronomicae decem, X plagularum fasciculis contentae, ad quarum finem sequentia habentur:* Expliciuut Tabule tabularum Astronomice Divi Alfonsi Romanorum et Castelle regis illustrissimi: Opera et arte mirifica viri solertis. Iohãnis Hamman de Landoia dictus (sic) Hertzog. Curaque sua non mediocri: impressiõe complete existunt felicibus astris. Anno a Prima Rerum etherearum circuitione. 8476. Sole in parte. 18. gradiente. Scorpii sub celo Veneto. Anno salutis. 1492. currente Pridie Calẽ Novembr.ş Venetiis. In 4.°..... VIII. A. 24.

Alphonsi I. Regis Sicilie. Epistola, *quae sub nomine* Oraculum ad Re-

Digitized by Google

gem Ferdinandum filium, ex angelica lingua in humanam a Marsilio Ficino traductum. *Extat inter* Ficini Epistolas. *Vide* Ficini.

Alphonsi Artium et Medicinae Doctoris. Descriptio et usus Alexandrini Instrumenti. *In I. fol. recto praeit epistola sic inscripta:* SANCTISSIMO AC CLEMENTISSIMO DOMINO NOSTRO ALEXANDRO. VI. PONTIFICI MAXIMO ALFONSVS ARTIVM MEDICINE DOCTOR. REVERENDISSIMI DOMINI CARDINALIS BORGIA MEDICVS SE HVMILLIME COMMENDAT. *In ultimo folio recto typographica nota occurrit:* Impressum Rome. Anno Domini. MCCCCLXXXXVIII. die vero. xxviii. Madii. FINIS. *In postica ejusdem fol. pag. legitur*, LVMEN COELI. In folio parvo..... VII. A. 49.

Sine Typographi nomine, opus tamen est charactere rotundo, et nitido, et ut optime observat *Audiffredus pag. 348.* forsan exaratum ex typis *Iohannis Besichen.* Ex epistola operi praemissa constat, ejus auctorem fuisse *Alphonsum* quendam, *Io. Borgiae Card.* Medicum, a quo jussus fuerat opus aliquod de scientia *Astronomiae* ad *Alexandrum VI.* scribere; quod et fecit, et Instrumentum a se excogitatum in gratiam *Alexandri* VI. cui opus nuncupatum est, *Alexandrinum* vocavit.

A M

Amando Ioannis de S. Expositio supra Antidotarium Nicolai Salernitani. *Extat impress. cum* Mesue. *Vide* Mesue.

Amasei Hieronymi. VATICINIUM QUO PRAEDICITUR UNIVERSUM ORBEM TERRARUM CHRISTIANAE RELIGIONIS IMPERIUM SUBITURUM. *Haec verba in I. opusculi pag. extant impressa. In sequenti folio Poëmation occurrit, quod initium sumit a titulo* HIERONYMI Amasei Utinensis Bononia oriundi Poetae et Philosophi Poema ad Accursium Maineriū Avenionensem Iureconsultum Clarissimum, et Ludovici Christianissimi Gallorum Regis Apud venetos Oratorem Facundissimum. *Ad calcem ultimi folii aversi:* Finis Deo Gratias Amen. M. CCCCLXXXXVIIII. Die XX. Septembris. In 4.°..... XII. A. 21.

Sine loci, et Typographi indicatione. Memoratur haec editio a *Denisio pag. 458.* et a *Morellio Tom. II. pag. 395.*

Amasidis. Epistola ad Polycratem Sami Principem, *graece. Exstat in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum.

Amazoniorum. Epistola ad Mahummedem II., Laudivio Interprete. *Extat cum Epistolis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Ambrosii S. Episcopi Mediolanensis. Hexameron. *In summitate folii primi recti legitur:* Hexameron Beati Ambrosii Mediolanensis epi. Incipit feliciter. dies Primus. *Opus terminatur circa medium ultimi folii hac typographica nota:* Beati Ambrosij Episcopi mediolanensis opusculum quod hexameron vocitatur; iucunde explicit. Per Iohannem Sschussler imperialis urbis Augu⁹ civem qm̄ diligenter impressum. Anno salutifere incarnationis hiesu salvatoris, Millesimoquadringentesimoseptuagesimo secundo. Circiter ydus maijas xj. In folio..... XIII. E. 8.

Editionem hanc principem, rarissimam, et splendidissimam summopere celebrant *Maittairus pag. 321. Zapf. pag. 16 Seemiller. pag. 49 Straust. pag. 107* etc. etc.

—— Opera quaedam. *Praeit Epistola nuncupatoria, quae incipit a folio primo averso, et desinit in folio quarto, hoc pacto inscripta:* Masellus Venia beneventanus Reverendo in christo patri D. Ambrosio corano theologo acutissimo et celeberrimo eremitariaeque religionis sancti Augustini generali vicario benemerito salutem in domino sempiternam. *In folio V. occurrunt duo epigrammata, quorum primum inscribitur:* Italia perditorum librorum recuperatione gaudens suos olim depopulatores alloquitur. *Secundum:* Masellus Venia ad lectorem. *Hoc*

Digitized by Google

II. expleto, legitur : In hoc divino volumine hacc continentur = Auctoris vita secundum paulinū episcopū nolanū — Hexahemeri libri sex — liber de paradiso — Sermo de ortu Adae — Item sermo de arbore interdicta — Et liber de Cain et Abel. *Opus circa medium folii ultimi aversi hisce verbis terminatur*: DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE CAIN ET ABEL LIBER FINIT. DEO OMNIPOTENTI INFINITAS GRATIAS. In folio..... XIII. E. 3.

Sine nota loci, Typographi, et anni. Editionem hanc rotundo, nitidoque charactere excusam, quae *Antonii Zaroti* esse videtur, ad annum 1477 retulit *Saxius in historia litt. Midiolan. pag. 608.* Quod autem *Mediolani* prodierit hic codex, docet ipse *Masellus* in Epistola nuncupatoria, operi praefixa. Lineae 34 in paginis plenis inveniuntur; margines, exceptis signaturis in ora inferiori, nullo alio impresso signo praediti sunt, et pro initialibus spatia a Typographo relicta habentur.

—— Libri X. Explanationum Evangelii S. Lucae. *I. pag. folii I. vacua est; in aversa sequentia tantum leguntur:* Incipit Expositio seu explanatio sancti Ambrosii episcopi in corpus evangelii sancti luce evangeliste. Et dividit' in decem capitales libros sed nulli eorum singularis prefatio aut prologus Premittitur. Quod autem intitulatur de generatione Sancti Ioannis baptiste hoc est secundum morem antiquorum qui voluminibus ex eorum principiis nomina imponebant sicut et hic primus liber tantum agit de generatione Iohannis reliqua vero non et sic patet ratio tituli. *In folio II.* Incipit liber primus sancti Ambrosii. De Iohannis baptiste generatione, *qui folio XI. pag. I. finitur; aversa ejusdem vacua est. Ad calcem operis sequentia habentur:* Magni ecclesie militantis luminaris. Ambrosij : sup luce evangeliste evangelijs: scripta per Anthonium Sorg incolam opidi Augustensis: ob nature naturantis gloriam huiusq3 exilij ampliorem eruditionem stagneis Karacteribus artificialiter effigiata. Actus purissimi finiunt felicissime : dominice incarnationis. Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Laus entium enti ejusq3 dulcissime matri. In folio. XIII. E. 6.

Editionis hujus mentio invenitur in *Catalogo Bibl. Harleianae Tom. III. pag. 105.* in quo editionibus rarissimis adcensetur. Plures Bibliographi eam memorant, sed sequenti cum titulo: *Ambrosius de Iohannis generatione.* Quod inde venisse videtur, quia forte in exemplaribus, quae illi ante oculos habuerunt, primum folium deerat.

—— De Officiis. *In I. pag.* Incipit liber. S. Ambrosii Mediolanensis. Epī de Officiis Liber primus Incipit. *Ad calcem totius voluminis legitur:* Expliciunt libri Beati Ambrosii Episcopi Mediolanēsis de Officiis. *Deinde occurrunt litterae.* B. R. In folio..... VIII. C. 10.

Hanc splendidissimam editionem, notis typographicis destitutam, charactere elegantissimo romano impressam, qui lineas 30 in paginis integris occupat, *Audiffredus pag. 84.* refert ad annum 1471. atque ex officina *Io. Philippi de Lignamine* proditam, rectissime adfirmat; sicuti ipsemet Typographus meminit in praefatione libri *Pongie lingua Dominici Cavalchae* anno 1472 excusi. Insuper idem *Audiffredus* citato loco suspicatur, nomen operarii, cujus industria *Io. Philippus* libros edidit, litteris B. R. innui. In toto volumine signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur; foliis 88 integrum opus absolvitur, et initiales Miniculator variis coloribus adfabre adpinxit.

—— Alia editio. *Nulla nuncupatoria, aut praefatione praemissa, opus incipit a titulo* SANCTI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE OFFICIIS LIBER PRIMUS. *Ad calcem*: FINIS TERTII LIBRI SANCTI AMBROSII DE OFFICIIS.

Nectar et Ambrosiam coelestia munera quaeris
Hoc Sanctum Ambrosi perspice lector opus.
Arida qui tali compleucrit ora sapore
Non sitiet nullam sentiet ille famem.

Impressus mediolani p Christofo4 Valdarfer Ratisponensem. M. ccccLxxiiii die vii. Ianuarii. In 4.°..... XIII. D. 10.

Digitized by Google

Primus a *Christophoro Valdarfero*, Typographo antea Veneto, *Mediolani* impressus liber. Editio parum obvia.

—— Opuscula, *videlicet*, Vita illius per Paulinum scripta: de officiis: Vita S. Agnetis: Passiones SS. Vitalis, et Agricolae, Prothasii, et Gervasii: de istorum inventione epistola ad Marcellinam Sororem: Oratio in obitu Satyri fratris: de Resurrectione ac Cruce Domini: De bono mortis. *Opere absoluto, recusum quoque est Epigramma supra productum, cujus initium:* Nectar, et Ambrosiam ec. *dein nota typographica hoc pacto expressa:* Sancti Ambrosi archiepiscopi mediolanensis opusculum de obitu Satyri fratris sui: una cum libello de resurrectiõe. Et cruce domini. Et de bono mortis Feliciter explicit. Ml'i Impressum per Magistrũ Vldericũ scinzenzeler teutonicũ opera et impensa domini Philippi Lavagniae civis mediolanensis. Anno dñi. M. cccc. lxxxviii. die vero. xvii. Ianuarii. In 4.°..... I. B. 26.

—— Epistolae, et alia opuscula. *Folium primum continet* Tabulam Epistolarum. *In secundo occurrit nuncupatoria sub inscriptione:* ILLUSTRISSIMO PRINCIPI LUDOVICO MARIAE SFORCIAE VICECOMITI DUCI BARII. PRESBITER STEPHANUS DULCINIUS SCALAE CANONICUS. *In folio III. opus initium sumit a titulo:* IRREFRAGABILIS ET GLORIOSI ECCLESIE (sic) DOCTORIS: ET ARCHIEPISCOPI MEDIOLANENSIS: SANCTI AMBROSII: EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. *Ad calcem ultimi folii recti opus terminatur, et Typographus sequentia addidit verba:* Gloriosi et Irrefragabilis aecclesiae (sic) catholicae doctoris: et Reverendissimi Mediolanẽsis Archiepiscopi: Sãcti Ambrosii de Epistolis. De vocatiõe oĩum gẽtiũ. De aedificatiõe urbis Mediolani. De Ysaac et aĩa: et de fuga saeculi opa foeliciter ĩpressa sũt ĩ ĩclyta Civitate Mediolani. Per Antoniũ Zarotũ parmẽsem. Anno Domini Mcccc. lxxxxi. in calẽdis februarii. *In postica pag.* Registrum hujus operis *habetur.* In folio. II. C. 11.

—— Liber Pastoralis, *et alia opuscula, ut infra. Absoluto opere, subsequitur admonitio ad lectorem his verbis:* Non mirabere lector humanissime si aliqua depravata invenias in primo libro, et secundo de Fide. Id enim defectu exẽplaris fuit. Nam postea emẽdationẽ codicẽ habuimus ex quo hec inferius annotata decerpsimus. *Sequuntur emendationes, dein legitur:* Libri qui in hoc volumĩe continentur. Liber pastoralis = Libri novem ad Gratianũ Impatorem quĩque primi v3 de fide una cũ ep'a gratiani. tres v̄o sequẽtes de spũ scō. ultĩus est de ĩcarnatione verbi = Liber unus de nō metuẽda morte = Liber unus de obitu scĩ satyri frĩs sui = Liber unus de resurrectione corporis — Liber unus de bono mortis — Itẽ de resurrectione et cruce dñi — Expositio super pater noster. Impressum Mediolani opa et impensa Venerabilis dñi presbiteri Andree de Bosiis p̄positi sancte Tecle Magister vere Uldericus scinzenzeler impressit i492. die i6. Iunii. *Adest ejusdem Typographi signum, scilicet quadrangulum parvum erectum, quod circulum continet. Truncus inclinatus duo circuli puncta intrinsecus tangit ad inferiorem partem ejusdem circuli: linea e trunci medio surgit in duplicem crucem extra peripheriam desinens: crucis brachia trunco fere parallela sunt: litterae V.S. circa crucis hastam hinc illinc videntur. Sequitur Epigramma supra notatum.* In 4.° ..... I. B. 2.

Amidani Nicolai. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extant in collectione Epistolarum ejusdem* Aeneae. *Vide* Picolhominei.

Ammannati Iacobi. Epistola ad Angelum Politianum, et Nicolaum Michelotium. *Extat inter* Politiani *Epistol. lib. VIII. Vide* Politiani.

Digitized by Google

AMMIANI MARCELLINI. Historiarum, *sive* rerum gestarum libri XIV—XXVI *ex recognitione* Angeli Sabini. *Praecedit in folio I. ejusdem Angeli Praefatio inscripta* Ad. R. D. Ludovicum donatum Episcopum Bergomensem praefatio. In Ammiano Marcellino. per. A. Sabinum Poe. Lau. *Epistola est duarum fere paginarum. Opus incipit in sequenti folio a titulo* AMMIANI MARCELLINI RERUM GESTARUM LIBER QUARTUS DECIMUS INCIPIT. *Postrema verba libri XXVII. sic habentur ad calcem ultimi folii recti:* ppe Mothonē opidum nos trāseundo cōspeximus diuturna carifatiscentem (sic): *dein*, Ammiani Marcellini Impressio Hystoriographi dignissimi Rome facta ē totius orbis terra4 regine olim et Imperatricis arte maxima et Ingenio per dignissimos Impressores Georgium Sachsel de Reichenhal et Bartholomeū Golsch de Hohenbart clericos Anno dñi M. CCCC. LXXIIII. die vero. VII. Iunii mensis Pontificatu vero Sixti divina providentia Pape QUArti Anno ejus Tertio. In folio..... XII. F. 29.

Ex uno, et triginta libris historiarum, quibus res gestas Romanorum a *Nervae* principatu usque ad annum 378 complexus est *Marcellinus*, solum duodeviginti nos ad pervenere. Priores XIII., a *Nervae* principatu usque ad Constantii tempora, penitus intercidere: sequentes XIII., qui complectuntur historiam annorum 14, seu ab anno 353 ad 366, primum editi sunt *Romae* eodem anno 1474, cura *A. Sabini*: postremi v. *Augustae Vindelicorum 1533*, curante *Angelomaria Accursio*. Haec autem Romana editio, quae prima est, etsi mendosa valde, et lacunis scatens sit, pretio tamen suo non caret, uti testatur *Hadrianus Valesius* in Praefatione ad suam *Marcellini* editionem. *Prima quidem*, inquit, *Marcellini Historiarum editio Romae prodiit anno domini mccccLxxiv., cui praefuit A. Sabinus Poeta Laureatus. Haec editio, utpote nondum exorta Criticorum notione, omnium fidelissima est. Naevos enim exemplaris sui, et lacunas servat omnes.*

AMMONII PARVI HERMIAE. Commentaria in quinque voces Porphyrii, *graece. In summitate I. folii recti praefigitur xylographicum ornamentum rubrum, in quo nomen* Nicolai Blastri, *cujus sumptibus opus impressum fuit. Titulus exprimitur his verbis, pariter rubro colore excusis:* Υπομνημα εις τας πεντε φωνας απο Φωνης Αμμωνιου μικρου του Ἑρμειου. *In ultimo folio recto typographica nota, graece expressa habetur hoc pacto:* Ετετυπωθη δαπανη του ευγενους και δοκιμου ανδρος κυριου Νικολαου Βλαστου του χρητος· ουκ ανευ μεντοι προνομιου. Ετει τῳ απο της Χριστου γεννησεως χιλιοστῳ πεντακοσιοστῳ, σκιῤῥοφοριωνος ενατη Φθινοντος. Επι Αρχοντος Αυγουστινου Βαρβαδικου του μεγαλοπρεπεστατου την βασιλιδα των πολεων ταυτην ευτυχως ηνιοχουντος. In folio..... XII. G. 23.

Editio princeps, cujus elegantiam, raritatemque Bibliographi omnes maxime extollunt.

A N

ANACHARSIDIS. Epistolae IX. *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

ANANIA IOANNIS DE. Tractatus Iubilaei. *In fronte I. folii legitur:* Incipit tractatus Iubilei editus ac compilatus per Reverendᵉ Patrem utriusq3 iurī in orbe monarcham dūm Ioannem de anania archidia. Bononiens. In anno domini. M.CCCC. L. Presidente in apostolatu. dño. N. Papa quinto quem tractatum composuit dum ordinarie Bononie legebat titulum de crimine falsi. *Ad calcem folii VI. aversi opusculum terminatur hisce verbis:* Et hec succinte sint dicta de iubileo per me Iohannem de anania archidiac. Bononieñ. Finis. In 4.°. XIII. B. 14.

Nulla typographica notitia inhaeret huic opusculo, VI foliis impressis constanti. Character rotundus lineas 27 implet in paginis integris. Custodes, foliorum numeri, et signaturae minime cernuntur. Editio Romana, est, et ni fallor, typis *Georgii Laverii* exarata.

ANDREAE ANTONII. Questiones super XII libros metaphisicarum Aristotelis. *Nostrum exemplar defectum habet unius folii in principio, et opus incipit in II. nullo praefixo titulo. Ad calcem sequentia extant verba:* Excellentissimi sacre

Digitized by Google

theologie ꝑfessoris ordinis minorū Antonii andree sup. i2 libros metha. qōnes expliciunt, accuratissime emendate per eximium sacre theologie ꝑfessorē. Thomā de Anglia ordinis eremitarū in civitate patavina legentē. Instantia expēsisq3 M. Nichola petri de Harlem de Hollandia Almani: coadiuuāte. M. Hermanno de Levilapide de Colonia. Quarū īpssio a prīcipio usq3 ad finē extat ꝑacta. Anno domīce incarnationis. i477 die vero i2 May. In clara cītate Vicentina. LAUS DEO. In folio. VIII. E. 37.

—— Alia editio. *Titulus ruber in summitate I. columnae folii II. nam I. deficit:* Altissimi doctoris Antonii andree seraphici ordinis minorum questiones subtilissime sup duodecim libros methaphisice Ar. felicit⁹ incipit. *Ad calcem:* Questionibus subtilissimus (sic) sup duodecim libris Ari. editis ab altissimo doctore Antonio Andrea ordinis mino4 finis feliciter īpositus ē sub anno dñi i48i 24 die decembris opa et arte ꝑvidi viri Antonij destrata d⁹ Cremona. In clarissima civitate venetiarum. *Adcedunt* Tabula, *et* Registrum. In folio. VIII. E. 19.

—— Alia editio. *Nullus titulus occurrit in principio, et opus incipit absolute a verbis.* GIrū celi circuivi sola ecclesiastici xxiiii. *Ad calcem II. columnae ultimi folii aversi legitur:* Expliciunt qōes Antonii Andree ordinis mino4. *Alii duo versiculi sequuntur, qui notitiam typographicam fortasse continebant, sed visuntur pridem ferro abrasi. Alia duo folia desiderantur, quibus Tabula habebatur, quae modo ms. cernitur in aliis suppletis.* In folio... VII. A. 43.

Typus, quo excusum est opus pulcherrimum, licet rotundus, nitidus, et elegans, tamen ad gallo-francum aliquantulum adcedit, et in duas columnas distinctus adparet, quae lineis 44 constant. Charta satis firma, et expolita: in marginibus admodum amplis nullam signaturam, foliorum numerum, aut custodem reperi; ac pro interpunctionis signis puncta visuntur. Pro initialibus spatia reliquit Typographus; Minicularius autem quasdam rubro, vel caeruleo colore pinxit, Bibliographi memorant decem huiusmodi operis editiones, unam Vicentinam, quae prodiit anno 1477; sex venetas, quae annis 1481, 1482, 1487, 1491, 1494, et 1495, octavam Londinensem, quae anno 1480, nonam Parisiensem, quae anno 1495: cui adcedit alia, quae nullam typographicam notam gerit. Cuinam Typographo praesens editio tribuenda sit, non satis exploratum habeo: Characteris structura, et tota typographica oeconomia mihi prorsus novae adparent; licet evolvendis saec. xv. editionibus oculi assueti sint. Suspicor itaque hunc esse primum laborem *Ioannis Lettow*, qui anno 1480 impensis *Guglielmi Wilcock* praesentem librum impressit. Suspicionem meam confirmat typographicae notae abrasio, uti mos fuit penes quosdam, qui nomen loci, et Typographi haeretici e libris abraserunt, sicuti crebro conspicitur in editionibus *Roberti Stephani, Hervagii*, et in aliis quamplurimis, quibus ditatur haec nostra Bibliotheca. Neque dicere fas est hanc editionem esse fortasse illam, quae *Parisiis* excusa est anno 1495; quia ea aetate jam typographia adoleverat perfecte; et praesentis opusculi artificium typographicum attente inspectum clare demonstrat ipsum esse specimen quoddam illius artis, quae adhuc erat in suis incunabulis. Sperabam sane ex Bibliographis, et praesertim ex diversis Catalogis Britannicarum Bibliothecarum, quos adii, lumen aliquod mihi adfuturum; ast insigniores, scilicet *William Herbert, The history of printing in England Scotland, ec. et Thom dibdin, a descriptive catalogue of the books printed in the sifthenth century* desiderantur in hac nostra bibliotheca; alii vero plura referunt; sed nihil ad exactam editionis nostrae notitiam pertinet. Notulae leguntur ad oras paginarum mss. charactere rubro, minuto quidem, sed claro et accurato.

—— Scriptum Antonii Andree in arte veteri et in divisionibus boetii cum questionibus ejusdem. *Haec extant verba majori charactere gallo-franco excusa in prima pagina. Opere absoluto in ultimo folio recto, subsequitur Tabula, ad cujus calcem Typographus notavit:* Expliciūt tituli qōnū toti⁹ logice veteris. Et ꝑoñs totū op⁹ accuratissime emdatū ꝑeximiū artiū et medicīe ꝑfessorē. Ioānē Mariā mapellū vincentinū. Venetiis tertio nonas novēbris. i492. *Subsequitur* Registrum. *In postica pag. cernitur signum* Octaviani Scoti, *ex quo deducitur opus ab ipso impressum.* In folio..... VIII. F. 21.

—— Tria principia secundum doctrinam Scoti. *In folio I. averso occurrit*

Digitized by Google

brevis Epistola nuncupatoria Curatoris operis, cujus epigraphe: Laurentius Ruscius Valentinianus Illustri ac splendidissimo principi domino Nicolao Marie Estensi Adrie pontifici dignissimo. Sal. *Opus incipit in sequenti folio a titulo in summitate primae columnae sic inscripto:* Tria principia clarissimi Doctoris Antonij andree secundū doctrinā doctoris subtilis Scoti. Nec non et expositio Francisci Mayronis doctoris illuminati super octo libros phisico4 valde vtil⁹ et brevis iuxta Ari. Propositiones et demonstrationes et formalitates eisdem. *Opus terminatur hisce verbis:* Expliciunt questiones trium principiorum naturalium Antonii andree. Sequitur tabula dictarum questionum, *quae legitur in postica facie ejusdem folii, sub eodem signaturarum ordine:* Incipit expositio Illuminati doctoris Francisci de mayronis super octo libros Phi. Aristo, *ad cujus calcem typographica nota habetur, sequentibus verbis expressa:* Impressum in inclita Civitate Ferrarie regnante Hercule duce secundo per magistrum Laurentium de rubeis de valentia Anno domini. M. cccc. lxxxx. v. Idus Madij. *Sequitur* Registrum cartarum, *dein signum Typographi de quo* Orlandius n.ro 35. In 4.° ..... VIII. B. 48.

Andreae Ioannis. Novellae super v. libros decretalium. *In fine I. novellae:* Explicit Novella Ioannis Andree sup̄ p̄mo libro decretaliu imp̄ssa Venetiis p̄ Ioannem de forlivio et Gregorium fratres. Anno Dn̄i. M.cccc.lxxxix. die p̄ma maij. *His subjectum est chartarum Registrum, dein Typographi signum alibi notatum. Aliae* Novellae *eamdem habent finalem subscriptionem, exceptis mense, et die.* In folio magno Tom. IV ..... VI. H. 6. 9.

—— Super Sexto. *In fronte I. columnae folii I. is titulus occurrit.* EXIMII ac Monarce doctoris Ioannis Andree. Novelle Opus Foeliciter Incipit. *Ad calcem:* Novelle Io. an. sup Sexto Impresse Rome p̄ honorabilem virum Magistrū Georgium Laur de Herbipoli ANNO. M. CCCC. LXXVI. Die xvij. mēsis Iulii. Pontificatus Sanctissimi in X̄po p̄ris et dn̄i n̄ri Sixti p̄vidētia pape quarti anno eius. v. finiūt felicit. In folio majori ..... VI. D. 31.

Commentaria in *Decretales*, et *Sextum* memorat *Mazzuchellius vol. I. par. II. Script. Italiae pag. 699*; aitque eis ab Auctore *Novellae* nomen impositum fuisse, in memoriam matris, et filiae, quae eo nomine vocabantur.

—— Quaestiones Mercuriales *cum emendationibus* Hieronymi de Castellanis. *Opus incipit absolute, nulla* praefixa *praefatione, aut titulo. Ad calcem II. columnae ultimi folii recti haec extant verba:* Explciunt Mercuriales q̄ones super regulis iuris Iohannis andree utriusque iuris doctoris Famosissimi. Anno salutis. M. cccc. lxxii. *In I. columna aversae pag. occurrit breve monitum* Hieronymi de Castellanis *circa impressionem hujusmodi operis.* In folio majori ..... XII. I. 41.

Sine loci indicatione, ac nomine Typographi. *Audiffredus pag. 47.* tribuit praesentem editionem *Adamo Rot* Romano Typographo, quia eodem charactere, eodemque typographico artificio excusum est opus *Dyni Mugellani de Regulis Iuris*, cum quo extat compactum.

—— Summa de Sponsalibus, et Matrimoniis. *In duas partes dividitur opusculum in I. folio recto expressas, quarum I. continet V. capita, cum inscriptione:* Capitula Tractatuli Io. An. de sponsalibus et matrimoniis; *dein,* secunda pars huius tractatus de matrimonio habet octo cap⁹a, *quibus subjungitur aliud capitulum* de triplici Cognatione. *In eodem folio averso incipit.* Sūma Iohannis Andree de Spōsalibus et matrimoniis. Et primo diffinit sponsalia. *Opusculum terminatur folio VII. averso, et in folio VIII. haec verba leguntur:* Preter ista. xii. que impediunt et dirimunt matrimonium sunt alia duo que impediunt ma-

Digitized by Google

trimonium contrahendum sed non dirimunt iam contractū. s. tempus feria4 et interdictū ecclie. Uñ ỳ.

Ecclesie vetitum necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri permittunt facta teneri.
Finis.

In 4.° parvo..... XIII. A. 28.

Integrum hoc opusculum charactere gallo- franco minusculo *Iohannis Besichen* Romani Typographi excusum adparet, et lineas 33. in paginis integris occupat. Desunt custodes, signaturae, et paginarum numeri. Initiales litterae parvis elementis sunt indicatae.

—— Alia editio. *In aversa pag. folii 1. haec solummodo verba leguntur:* Summa Io. An. de Sponsalibus et Matrimoniis. Et primo diffinit spōsalia. *Ad calcem VIII. folii recti, post versiculos supra notatos legitur:* Finit Summa Io. An. de Spō. et matrimo. In 4.° parvo..... XIII. D. 15.

Sine ulla nota typographica, sed Romana editio videtur. Typus rotundus est, lineaeque 29 in paginis integris occurrunt. Signaturae, custodes, foliorum numeri prorsus omittuntur. Initiales litterae parvis formis sunt expressae.

Andrelini Publii Fausti. Foroliuiēsis Excellentissimi Poete Laureati Amorum Libri quattuor. *Haec extant verba in medio I. pag., charactere semigallo-franco crasso excusa. In postica pag. nuncupatoria occurrit, cujus inscriptio:* Bartholameus (sic) Megalatius Austricus Frācisco ex clara Bulgarorum stirpe civitatis Austriae Civi concordiali. S. D. *In sequenti folio opus incipit a titulo:* Publii Fausti Andrelini Foroliviensis excellentissimi Poetae Laureati. Ad eminentissū Frāciae Cācellariū Guielmū de Rupeforti Amo4 liber primus Incipit. *Absoluto opusculo typographica nota legitur hoc pacto excusa:* IMPRESSUM VENETIIS PER BERNARDINUM VENETUM DE VITALIBUS ANNO DOMINI. M.CCCCC.I. MENSIS IANUARII REGNANTE D. DOMINO LEONARDO LAURETANO DUX (sic) VENETIARUM. *In ultimo folio altera occurrit epistola in laudem praedicti libelli, sic inscripta:* Frater Ioānes Cordiger Alemanus Sacrae Theologiae Professor Almae Vniversitati Parisiensi Salutem. *Terminatur epistola in aversa pag., et ad calcem haec habentur:* Ad lectorem. Habendae sunt gratiae lector candidissime Brunoro bulgaro: Quod in tam divinum opus incideris: Quod si benigno animo suscaeperis (sic): maiora tibi aliquando pollicetur. Vale. In 4.° minori..... XII. A. 53.

Angeli Iacobi. Vita C. Caesaris *ex* Plutarcho *latine versa. Extat cum aliis vitis* Plutarchi *ex variorum interpretatione. Vide* Plutarchi.

—— Versio Cosmographiae Ptolemaei. *Vide* Ptolemaei.

Anglici Ioannis. Commentarium super quaestionibus de universalibus Ioannis Scoti. *Opus incipit absque titulo, et inscriptione a brevi prologe Commentatoris, cujus initium:* Creberrime instantiusque rogatus ec. ec. *Ad calcem secundae columnae folii ultimi recti haec cuilibet legenti patent:* Explicit cōmētū magistri Joannis anglici ordinis minorum super questiōib⁹ de universalibus Doctoris subtilis. V. Joannis Scoti. Impressum venetiis per Ioānem persan Dauuome anno domini. M. CCCC. LXXXIII. *Subnexum est.* Registrum chartarum. In folio. VIII. F. 41.

Fabricius Bibl. med., et infim. lat. qui refert editionem anni 1489, haud novit hanc nostram. *Braun Tom. II. pag. 104.* ex silentio *Maittairii*, qui non solum editionem ignoravit, verum et Typographi nomen, coniicit editionis nostrae raritatem.

Anglici Joannis de Gastisden. Rosa anglica practica medicine a capite ad pedes. *Haec extant verba in I. pag., charactere pingue gallo franco impressa. In*

Digitized by Google

II. folio occurrit nuncupatoria, sub epigraphe: Nicolaus scyllatius siculus magnifico ac p̄stantissimo Ambrosio varisio rosato ducali phisico osiliario sapiētissimo. S. D. *In folio III. habetur Tabula, quae tres occupat paginas, et in folio V. incipit* Practica Joānis anglici physici clarissimi ab opis prestātia Rosa medicine nūcupata. *In II. columna ultimi folii, post V lineas, legitur;*

Explicit ista rosa pre cūctis res preciosa
Plurima si fatur non vilis ob hoc teneatur.
Tot bona sub modicis quis possit promere dictis
Hanc tantum semper venerabimur et sapienter

Emendatum p magistrū Nicolaum scyllaciū siculū messanum artium doctorē in florentissimo papiēsi gīnasio phie extraordinariam legentem. Papie 1492. die 24. Januarii. Joānesantonius birreta īpressioni tradidit. *His subjectum est Typographi signum supra notatum.* In folio..... IX. G. 26.

Anguilberti Theobaldi. *Vide* Mensa philosophica.

Annii Joannis Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Anselmi S. Opera varia. *In I. pag. folii I. legitur:* Opera et tractatus beati Anselmi archiepiscopi cantuarieñ. ordinis sancti Benedicti. *Tria alia folia operis Argumenta* Petri Danhuser, *Epistolam ad* Joannem Loffelhotz, *et istius ad illum, Orationem ad* B. V. Mariam, *atque ejusdem Mores, ex* S. Anselmi *gestis collectos, complectuntur. In folio IV. incipit* Prologus *a titulo:* Anselmi Cantuariorum archipresulis viri tū eloquētia: tum multarum rerum peritia doctissimi: archana de evangelica preparatione contra grecos instituta praefatio: in librum (Cur deus homo) felici augurio piētissime sacrata: inchoat. *Ad calcem operis:* Opera sancti Anselmi que is scp̄sit hoc libro q̄3 salutari sidore clauduntur. Anno xp̄i. M.cccc.lxxxxj. die vero vicesima septima martij. Nurenberge per Caspar hochfeder: opificem mira arte ac diligentia impressa. In folio parvo..... II. E. 17.

Anthologia, *seu* Collectio Graecorum Epigrammatum, *auctore* Maximo Planude Rhetore, *graece, edente* Joanne Lascare Rhyndaceno. *I. pag. vacua est, in aversa alphabetum graecum, et diphthongi propriae, et impropriae occurrunt, quibus subnectitur prooemium graecum argumenta continens.* In 4.° XII. D. 20.

Recte observavit *Deburius, Belles lettres n. 2488.* perpauca reperiri hujus editionis integra exemplaria. In integris enim, post operis finem, qui quaterno *KK IIII.* continetur, alius sequitur foliorum fasciculus minime signatus, qui continet graecum *Jo. Lascaris Rhyndaceni Epigramma*, et Epistolam latinam ad *Petrum Medicem*; quorum utrumque litteris capitalibus, non secus ac opus ipsum, excusum est, cum hac ad calcem subscriptione: *Impressum Florentiae Per Laurentium Francisci de Alopa Venetum. III. Idus Augusti M.cccc.lxxxxiiii.* Hic scapus ille est, qui plerumque deest; sicut deest in tribus exemplaribus extantibus in hac Regia Bibliotheca. Hucusque Bibliographi fere omnes videntur causam ignorasse, ob quam in exemplaribus hujusmodi praestantissimae editionis desunt notata folia; sed ingeniosus *Roscoe in Catalogo* suae privatae Bibliothecae nuper in *Britannia* impresso, rationem reddit mutilationis praedictae, eamque refert *Brunet Tom. I. pag. 68* cujus verba sunt: *Ainsi que l'atteste la souscription de l'épître de Lascaris, ce fut au mois d'août 1494 que l'Anthologie fut publiée à Florence; or, en septembre suivant les Français, sous le commandement de Charles VIII, étant entrés en Italie, Pierre de Medicis, a qui cette épître est adressée, ne tarda pas à être chassé de Florence: alors l'éditeur fut probablement obligé de retrancher de son livre une dedicace qui portait le nom d'un proscrit, et de la vient sans doute que les exemplaires distribués avant cet événement renferment le dernier cahier, tandis que ceux qui ont été vendus après ne l'ont pas. Notre siècle, à coup sûr, fournira plus d'un exemple de pareille mutilation.* Haec princeps, et eximia editio elegantissimis uncialibus characteribus in charta nitidissima impressa est, cum marginibus satis amplis. Lineas 28 in paginis integris reperi, cum signaturis, litteris graecis, et numeris romanis expressis. Numeri earumdem plagularum, et custodes desunt; initiales omisit Typographus, nec Miniculator eas adpinxit.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XII. D. 21.

—— Exemplar tertium..... XII. D. 29.

ANTIQUARII IACOBI. ORATIO PRO POPULO MEDIOL. *Haec verba uncialibus litteris extant excusa in I. pag.; in aversa occurrit epistola, cujus inscriptio:* Franchinus Gaffurius Philippino Bononio Laudēsi: monasterij Bassiani Cōmendatario S. P. D. *Titulus in summitate II. folii sic legitur:* Oīo Jo. Antiquarij proplō Mediolañ. in die triumphi ad Ludo. Regē frāco4 et Ducē Mediol.ˢ invictis. *Ad calcem orationis reperitur* Ejusdem Jo. Antiquarij Dicolos Tetrastrophos. *In ultimo folio recto adjecta est brevis Epistola* B. Raparii Jacobo Cipelio Scriptori Archivij, *additurque* Gestientis Phernis Tripudium. In 4.° X. B. 30.

In *Tripudio Michaelis Pherni Gestiensis* haec verba leguntur: *Impressos* (*Panegyricos*) *Mediolani, cuditis* (sic) *quidem et Romae;* quae verba procul dubio referuntur ad hanc *Antiquarii* Orationem, aliamque, vel alias quasdam *Mediolani* primum, deinde *Romae impressas.* Haec vero editio est charactere gallo-franco rudi, forsan *Stephanus Planck*, foliorum X, cum signaturis tantum.

ANTONII IOANNIS. SERMO HABITUS IN CAPELLA sanctissimi Dñi nostri Pape per JOHANNEM ANTONIUM Epm Alexandrinum unius ex sacri palacii palˢci Auditoribus locumtenentem. In Dñica quinta Quadragesime. que dicitur dñica de passione. In 4.° *Vide Orationes variae*..... IX. A. 58.

Excusa est haec Oratio duabus columnis, et gallo-franco quodam valdeque minuto charactere, *Silberi* fortasse, aut *Plannckii*, et IV. integra occupat folia. Eam memorant *Audiffredus pag. 430; Denis in Supp. pag. 492, et Seemiller Fascic. III. pag. 183.*

S. ANTONINI ARCHIEP. FLORENTINI. Summae Theologiae Pars prima. *In aversa pagina folii I.* Francisci Moneliensis, *qui in* Nicolai Jenson *officina Recognitoris munere fungebatur, in praesens opus Epistola legitur: in hac operis hujus utilitatem celebrat, laudumque encomiis ipsum Typographum extollit. In folii II. fronte haec habentur impressa.* Prima pars Sūme fratris Anthonini de Florentia: ordinis predicatorum et Archiepi Florentini. In qua agitur de anima et de ꝑtinētibus ad ipsam. Incipit proemium (sic) totius operis. *Prooemium sequitur Tabula titulorum: Ad calcem sequens habetur notitia:* Hic finis pme partis summe Anthonini: ordinis ꝑdicato4: archipresulis florentini Sūma cura: et opera castigate atq3 emendate: ex inclyta officina Nicolai Jenson gallici Millesimo q̄drīgētesimo septuagesīo nono. deciasoctavas (sic) calē. Januarjias. Obit idē sacre scripture īterpres Anno leg. gr̄e: Millesimo q̄drīgētesimo q̄nq̄gesimonono. vj. nonas mai. cui.ˢ epithaphiū sepulture hoc ē affixum.

Hic est ille tuus pastor florentia: ꝑ quo
Non cessas mesto spargere rore genas.
Patribus haud priscis pietate Anthonius īpar
Qui scripsit q̄cq̄d littera sacra docet.

Ultimi folii I. pag. Registrum *in tribus columnis comprehendit.* In folio. IV. E. 1.

Si *Denis* fides est adhibenda, haec est secunda editio partis primae *S. Antonini Summae;* primam enim *Norimbergae* ex *Koburgeri* officina, an. 1478 in lucem prodiisse testatur. Superbit tamen praesens editio litteris initialibus deauratis, et variis coloribus depictis, charactere gallo-franco minusculo, ac nitido, chartaeque firmitate, et munditia: ast nullos ostendit custodes, neque paginarum numeros.

—— Pars II. Summae. *In prima pagina titulus prooemio praefigitur:* Clarissimi ac doctissimi viri fratris Anthonini de ordine ꝑdicatoque archiēpi florentini. Sc̄da pars sūme feliciter incipit. *Ad calcem voluminis legitur:* Impressum ē hoc opus Venetiis per franciscum de Hailbrun et Nicolaū de Frankfordia socios. M. cccc. lxxiiij. Laus deo. *Sequitur Tabula titulorum, quae tribus paginis*

Digitized by Google

absolvitur. In folio..... IV. F. 7.

Initiales in hac editione omissae fuerunt; Miniculator vero primam auro et colore elegantissime pinxit, ceteras rubro, vel caeruleo colore tantum supplevit, iisdemque coloribus distinctionis signa quaedam adposuit.

—— Pars III. Summae, *quae in duas partes dividitur. I. folium vacuum est, in III. Tabula incipit, quae in V. pagina absolvitur; tres vacuae postea occurrunt, deinde opus legitur cum Prologo huic subdito titulo:* In nomine sācte ac īdividue tr̄itatis. Incipit prologus tertie partis summe beati Antonini archiepiscopi florēt̄ini ordinis predicatorum: ac omnis scripture expositoris diligentissimi. *Ad calcem I. partis legitur:* Domini Antonini archiepiscopi florentini dignissimi sacre scripture interpretis explicit prima pars sūme sequitur secunda. *Pars II. partis III. omnino cùm I. convenit, exceptis signaturis. I. folium vacuum extat, quatuor deinde sequuntur Tabulam complectentia. Titulus operi praefigitur:* In nōe sc̄e ac īdividue trinitatis incipit secunda pars tt̄ie partis sūme. d. antōini de florentia ac eiusdem civitatis epī reverēdissimi ordīs p̄dicatorum. Et p̄mo de statu religiosorum titulus decimussext⁹ de essētialib⁹ religionis. s. paupertate castitate et obedīa et ceremonialib⁹ eorum et transgressionibus et variis regulis et constitutiōibus eorum c. primum. *In fine legitur:* Explicit tertia pars sume beati Antonini archiepī florentini: ac sacre pagine interpretis eximii: impressa Venetiis industria atq3 īpensa Nicolai Jenson Gallici 1477. In folio..... IV. E. 3.

—— Alia editio. *Princeps pag. titulum operis ita expressum refert, typo gallo-franco majori excusum:* Tertia pars totius summe majoris beati Antonini. *His verbis subjacet tabella xylographica, quae scutulum offert, ornamento circumdatum, cujus medium, inspicienti offert lilium cum litteris* J. P. *quae nomen Bibliopolae indicant; nam verba haec in schedula postea subduntur, scilicet* JEAN PETIT. *In II. folio incipit Prologus, qui terminatur in I. columna folii IV. aversi. In altera columna* Incipit tabula, *IV. aliis foliis contenta. Hac expleta, in sequenti folio* Incipit tertia pars summe beati Antonini archiep̄i florentini ordinis predicato4: in qua agitur de officio cujusq3 hominis etc. etc. *Ad calcem II. columnae folii ccccliiii legitur:* Tertia pars summe inclyti Antonini florentini archiepiscopi sacre pagine interpretis eximij: accuratissime per Magistrum Andream boucard artis impressorie solertissimum examinata ex Parrhisijs finē sumpsit optatum. In 4.°..... II. A. 13.

Inter descriptas a Bibliographis editiones hujus operis, nullam reperi praesentis notitiam: *Andreas Boucard Parisiis* impressit ab an. 1494 ad an. 1500. Character gallo-francus est, duabus columnis impressus; quarum quaevis lineas 56 continet. Initiales litterae xylographicae sunt florentes; et signaturae, custodes, ac foliorum numeri suo loco adparent. Tituli, subscriptiones, et initia capitum uncialibus formis excuduntur, et pro interpunctionis signis, virgulae, et puncta visuntur. Editio excusa videtur saeculo XV. desinente, vel XVI. ineunte.

—— Pars IV. Summae: *In II. pag. folii I. legitur* Francisci Moneliensis in quartam partem venerandi viri Antonini archipresulis florentini epistola: *Sequitur in folio II. Prooemium, cujus ad calcem titulorum, et capitum series occurrit, qua absoluta haec verba reperiuntur:* Obiit ipse Antoninus vir consiliorum clarissimus romanae urbis olim auditor causarum: tunc archipresul florentinus: ordinis predicatorum observantialis professor. Anno dominice incarnationis Millesimo quadringentesimo quinquigesimo nono. in vigilia ascensionis. ij. Maij. miraculis clarens. cujus preconia in dies augentur ex salutari eius doctrina: summatim in epitaphio suo congesta. videlicet. Hic est ille tuus etc. etc. *ut in edit.*

Digitized by Google

P. I. an. 1479 postea legitur: Actum hoc opus venetijs emendatissimum enucleatiusq3 castigatum ex inclyta atq3 famosa officina Nicolai Jenson olimpiadibus dominicis. Et anno Millesimo quadragentesimo octoagesimo decīas q̄rtas calendas majas. *Haec eadem verba ad calcem operis iterum excusa habentur, incipiendo ab* Obiit ipse Anthonius (sic), *usque ad* Calendas maias. *I. pag. ultimi folii continet* Registrum quarte partis Summe. b. antoninii (sic). In folio..... IV. E. 4.

—— Summula Confessionis, *seu* Interrogatorium pro simplicibus confessoribus. *Liber dictus* Defecerunt scrutantes scrutinio. *In I. folio recto* Incipiunt rubrice super tractatu de instructione seu directione simplicium confesso4. Et primo deptāte confessoris in audiēdo confessiones et absolvendo. *Post V. paginas, quae rubricas continent, alia sequitur vacua, dein folio IV.* Incipit tractatus venerabilis pr̄is fr̄is Anthonini archiepiscopi florentini ordinis predicatorum de institutiōe confessorum. Capitulum. DEFECERUNT scrutantes scrutinio etc. etc. *Ad calcem ultimi folii aversi haec impressa sunt:* Explicit sūma cōfessionū seu ītterrogatoriū pro sīplicibus cōfessoribus editū ab Archiepiscopo florentino videlicet fratre Antonino ordīs predicato4. Finita ī mōte r̄gali: āno dn̄i. M. CCCC. LXXII. die. xxiiii. mensis octobris.

Quē genuit quondā germana Antuuerpia potēs
Mathiae Antonius uirtute insignis et arte
Baldasar et socius corderius omnia supra
Vtile opus cunctis finxerunt Antonianam.
Arte nova formae: quae correctissima certe
Ordine cuncta suo nos crimina nostra fateri
Instruit: et lepram inter lepram noscere quanq3
Hoc opus hoc nostram sic continet ecce salutem.

In 4.°..... XIII. A. 2.

Editio rarissima, quamplurimis Bibliographis ignota, apud quos de nullo libro constat anno 1472 in Monte Regali typis edito. Excusa est eleganti charactere romano sine signaturis, foliorum numeris, custodibus, et initialibus, quas Miniculator rubro colore supplevit.

—— Alia editio. *Titulus in* summitate *I. pag. sic legitur:* Incipit prologus sup̄ tractatū de institutiōe seu directiōe simpliciū cōfesso4 editū a venerabili prē frē Antonio (sic) ordīs frat4 p̄dicato4. *Ad calcem operis leguntur hi rhythmi, ex quibus constat* Georgium Laver *impressisse opus in Monasterio* S. Eusebii, *et ejus praeli correctorem pro hoc libro fuisse Religiosum quemdam illius Monasterii.*

Nescio quo plausu ni quo superbiant ausu.
Multi doctorū conscripta sepe bonorum.
Ap. vel de positis suis sub nomine: dictis
Sic temerant plane doctoris nomen. inane
Hec antonina simplex ex lege divina
Non syncopata. Sed nec epenthesi data
Studio correcta diligenti sepeq3 lecta
Per Celestinum nomine. Sed re pulverinum.
Sancto in Eusebio degentem cenobio
Qui me scribebat. Ge. laver nomē habebat:
Rome uersatus tunc. Sed Herbipoli natus.
Anno milleno quater. C. sep. q3 deno
Bis uno iuncto sed mense sub Februo.
Sub quarto Sixto pontifice zeraphico.

Digitized by Google

In 4.°..... XIII. A. 6.

P. Laire in *specimine Historico Typogr. Romanae saec.* XV. *pag.* 182. notat hanc editionem rarissimam esse, eamque in auctionibus auri pondere venumdari; seque exemplum unum 3400 libris Gallicis solutum vidisse. Quis Bibliographiae studiosus, hisce intellectis, non statim desiderio *Neapolim*, vel in *Gallias* proficiscendi se agi sentiat, adeo pretiosi chartacci thesauri videndi gratia? Desunt in hac editione initiales litterae, signaturae, custodes, et paginarum numeri. Typis rotundis, ac perelegantibus, chartaque firma opus est impressum.

—— Alia editio *cum* Tractatu de Restitutionibus. *In I. columna capitalibus litteris haec exprimuntur:* INCIPIT SUMMULA CONFESSIONIS UTILISSIMA IN QUA AGITUR QUOMODO SE HABERE DEBEAT CONFESSOR ERGA PENITENTEM IN CONFESSIONIBUS AUDIENDIS: QUAM EDIDIT REVERENDISSIMUS VIR AC IN CHRISTO PATER D. FRATER ANTONINUS ARCHIEPISCOPUS FLORENTINUS ORDINIS FRATRUM PREDICATORUM. *Ad calcem legitur* FINIS, *deinde:* Explicit Titul⁹ d⁹ restitutionib⁹ fratris Antonini Archiepiscopi Florentini in quo diffuse tractat⁹ de hac materia. *Adcedit Tabula, quae librorum, et capitum titulos, et sectiones innuit. In fine totius operis legitur* FINIS: *Sequuntur subjecti versus;*

Quem legis impressus dum stabit in aere caracter.
Dum non longa dies vel fera fata prement.
Candida perpetue non deerit fama Cremone.
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur.
Cedite chalcographi: millesima vestra figura est.
Archetypas fingit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXIII. NICOLAO TRUNO DUCE VENETIARUM REGNANTE IMPRESSUM FUIT HOC OPUS FOELICITER In folio.....XIII. C. 11.

Hanc editionem *Braun Tom. I. pag. 153.* rarissimam adpellat, quamvis principatum nullo pacto obtineat. Errat tamen eruditissimus Auctor dum Cremonensem editionem esse adfirmat *Bartholomaei Cremonensis*, nomine deceptus.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula. Titulus in fronte I. columnae:* Incipit summula confessionis utilissima: in qua agit⁹ quomodo se habere debeat confessor erga penitentem in confessionibus audiēdis quam edidit reverendissimus vir ac in xp̄o pater dominus frater Antonius archiep̄us Florentinus ordinis fratrum predicato4. *Ad calcem:* Impressum etc. Anno dn̄i millesimo Quadringentesimo Octuagesimo tertio. Die vero. xxiii. Mensis May. Registrum *occurrit in altera columna ejusdem folii recti.* In 4.°.....IV. B. 17.

Sine ulla indicatione loci, et Typographi. *Audiffredus pag. 467.* tribuit praesentem editionem *Euchario Silbero*; excusa namque est charactere gallo-franco parvo, eo nimirum, quo praedictus Typographus anno 1481. impressit *Formularium Procuratorum, et Manipulum Curatorum.* Numeris, signaturis, et custodibus caret; et ex registro, quod ultimo loco in volumine occurrit, liquet ejus plagulas esse 120, praeter quatuor alias quibus continetur index, qui operi praecedit.

—— Alia editio, *una cum* Tract. de Rest. *In fronte primae columnae sic legitur:* Incipit sūmula ofessiōis utilissima: inqua agitur qūo se habere debeat ofessor erga penitentē in ofessionibus audiendis: quam edidit reverendissimus vir ac in Christo pater dn̄s frater Antonius archiepiscop⁹ florē. Ordinis fratrum predicato4. *Ad calcem I. columnae folii LXXXVI. aversi opus terminatur hisce verbis:* Explicit titulus de restitutionib⁹ Fratris Antonini archiepiscopi florentini in quo diffuse tractatur de hac materia. *Tum* Incipit tabula materiarum que in hoc libro continentur, *quae XI. alias columnas occupat. Ultima pag. vacua est.* In 4.°. IV. B. 22.

Plures hujus operis editiones recensent *Quetif Tom. I. Script. Ord. Praedi. pag. 819, et Panzer*

Digitized by Google

Annales Typograph. sine notis typographicis excusas, at ex earum descriptione liquet praesentem eos latuisse, ex quo summa eiusdem raritas adparet. Ipsa namque impressa est charactere semi-gallo-franco ad latinum accedente, qui lineas 46. occupat in columnis integris. Typographus amplos reliquit margines, custodes, et numeros foliorum omisit. Signaturae plagularum fasciculis adhaerent, quae litteris arabicisque notis refertae sunt. Initiales deerant; ast Miniculator eas supplevit variis coloribus. Ni error est, dixerim hanc editionem typis *Baptistae de Sessa Mediolanensis* tribuendam; plurimam enim similitudinem deprehendi in charactere quo excusa est praesens editio, et eo quo laudatus Typographus anno 1489. Venetiis impressit *Proverbia Senecae.*

—— Alia editio. *In folio I. averso habetur* Registrum, *et in II.* Incipit tabula materiarum, *quae tria occupat folia. Titulus in fronte I. columnae folii V. recti legitur, ut in praec. edit. Ad calcem II. columnae folii CVIII. ubi opus terminatur, haec tantummodo extant verba:* Explicit titulus de restitutionibus fratris Antonini archiepiscopi Florētini: in quo diffuse tractatur de hac materia. *Ultima pag. vacua est.* In 4..... II. B. 26.

—— Alia editio, *praecedenti persimilis.* In 4. ..... IV. B. 11.

Allatae duae editiones, notis typographicis destitutae, licet ex una eademque typographia prodierint, primo intuitu nihil inter se differre videntur, quam uno eodemque charactere sint ambae excusae in duabus columnis, sine signaturis, numeris, ac custodibus; lineae columnarum integrarum operis in diversis locis numeratae, inveniuntur 45. Una insuper est papyri qualitas, et quodammodo una eademque typographica oeconomia: tamen in ipsis evolvendis nonnullas diversitates inter eas deprehendi, quae satis evincunt, tametsi ex una typographia, diverso tamen tempore fuisse impressas, et unam ab alia diversam esse; quam diversitatem exscribere, et hic ante oculos legentium sistere, operae pretium duxi.

In prima, foliorum numerus est 108. Ultimi versus tituli, qui Tabulae imminet, sic leguntur:

et quis possit ulꝰ non possit audire confessiones
Capitulum primum
Carta prima

In secunda numerus foliorum est 104. Ultimi versus ejusdem tituli, sic extant:

et quis possit vel nō possit audire ɔfessōes. Capitulū primum carta prima

Opus terminatur hoc diverso modo in utraque editione:

totum est rapina et restitui debēt dantibus ea vel pauperibus erogari. ar. 14. q. 5. c. nō sane
Explicit titulus de restitutionibus fratris Antonini archiepiscopi Florētini: in quo diffuse tractatur de hac materia.

totum ē
rapina et restitui debent dātibꝰ ea vel paupibus erogari. ar. 14. q. 5. c. non sane.
Explicit titulus de restitutionibus fratris Antonini archiepiscopi Florentini in quo diffuse tractatur de hac materia.

Cui vero Typographo adscribendae sint ambae allatae editiones, charactere romano minuto, et nitido impressae, hactenus me latet. Ex silentio tamen plurium Bibliographorum, quos consului, earumdem raritatem satis eruo. In editione primo loco notata, princeps operis littera aurata est, et solerter expicta; in altera secundo loco adposita, etiam initialis littera aurata, et eleganter expicta est, ac ipsa ora fere tota ejusdem primae paginae aeque egregie aurata, ac variis coloribus exornata adparet, et in inferiore ora pictum stemma visitur ignoti domini.

—— *Italice. In I. pag. haec verba occurrunt:* DEFECERUNT VVLGHARE; *in secunda pag. Tabula sine titulo incipit, quae alias septem occupat paginas, deinde opus, quod prooemio subditur cum titulo:* INCOMINCIA UNO TRACTATO chiamto (sic) Interrogatorio composto da Frate Antonio Arcivescovo Fiorentino: Sopra le Confessioni. *In fine haec expressa leguntur.*

IMPRESSA IN FIRENZE PER
FRANCESCO DI DINO
FIORENTINO NEL AN
NO DEL SIGNORE
NOSTRO YHESU
CHRISTO
AMEN.
DE

Digitized by Google

Pagina vacua exinde reperitur, quam sequitur Excommunicationum *brevis tractatus, pariter Italice, qui III. foliis absolvitur.* In 4. ..... IV. B. 15.

Sine nota chronologica. Editio typo rotundo, ac nitido impressa, constans 23 fasciculis plagularum cum signaturis, sed foliorum numeri, et custodes nullo pacto reperiuntur. Lineis 26 paginae integrae refertae sunt; et initiales parvis plerumque litteris designantur. De hac editione mentionem faciunt *Pinelli Tom. IV. pag. 27. Denis pag. 491. Fossius. Tom. I. pag. 112.*

—— Trattato del modo di confessare, *cujus titulus*: Curam illius habe, *Italice. In summitate I. paginae legitur:* Jesus: Maria: dominicus. PROHEMIO. Incomenza uno trattato uulgare o sia confessionale composito per lo Reverendissimo patre Beato frate Antonino de lordine de frati predicatori arziveschovo de fiorenza. Elquale se intitula Medicina de lanima. Et e diviso in cinque parte principale. Ne la prima parte de li dieci comandamenti. Ne la secunda de li septe peccati mortali. Ne la terza de li sacrameti (sic) de la chiesa. Ne la quarta se tracta de le uertu exornate (sic) lanima. Ne la quinta sono poste le excomunication de la leze. Questo libro è necessario ala salute de ogniuno: Ma maxime fo facto per quelli che hanno cura de anime: azioche cognoscano et sapiano gouernarle et insieme cum esse salvarle et no per ignorantia danarle. *Post IV. partem legitur*: FINIS. BONONIE IMPRESSUM ANNO. M. CCCC. LXXII. *Post vacuam pag. incipit* LO TRACTATO DE EXCOMUNICATIONE, *quo absoluto sequuntur duae Orationes Latinae* S. Thomae Aquinatis *dicendae ante et post celebrationem Missae; dein decalogi praecepta*, et CREDO uulgar facto in rima. *Ultimo loco extat* Tavola utile ebreve etc. In 4..... XIII. B. 8.

Sine Typographi nomine; sed, uti animadvertunt *Mittar. pag. 19. Denis pag. 11, et Pinelli Tom. IV. pag. 12.* opus impressum est typis latinis *Balthasaris Azzoguidis*, qui omisit foliorum numeros, et signaturas, et ad finem cujusvis quinternionis vocem impressit perpendiculariter ad marginem, qua incipit sequens pagina.

—— INCIPIT. CONFESSIONALE. IN VVLGARI. SERMONE. EDITUM. PER. VENERABILEM. P. D. ANTONINUM. ARCHIEPISCOPUM. FLORENTIAE. ORDINIS: PRAEDICATORUM. *Relata verba in summitate folii III. leguntur, nam duo praecedentia Tabulam continent, ad cujus calcem haec alia occurrunt*, FINIS SUB: ANNO: DOMINI. M. CCCC. LXXII. DIE. XV: MENSIS: APRELIS: (sic) AI. *Ad operis calcem adjectus est*: SERMONE: CHE: FECE: UN: FRA: IORDANO: IN: PISA: DEL: CORPO: DE: CHRISTO: UNO: GIOVEDI: SANCTO: *Ad calcem sermonis:* EXPLICIT: SERMO: CORPORIS: CHRISTI. In 4. ..... XIII. A. 7.

Absque loci, et Typographi nomine; ast sermo *Fr. Iordani* huic *S. Antonini Confessionalis*, quod incipit *Omnis mortalium cura*, editioni subiunctus, suspicionem iniicere potest, eam *Florentiae* prodiisse; quod haec urbs prae ceteris omnibus Italiae apostolicis tanti viri laboribus illustrata fuerit. Verum quid quid sit de loco ejusdem, nullus puto, erit Bibliographus, qui summo in pretio eam habendam, et ceteris omnibus, quae vel hoc eodem anno, vel paulo post prodierunt, propter adjunctum ejusmodi sermonem, praeferendam non esse iudicet. Totum volumen constat ex 8 quinternionibus, quaternione uno, ac duobus foliis: quae lemmata confessionalis exhibent omisso sermone. Character Romanus est, et grandiusculus, ac pro temporis ratione valde elegans. Desunt signaturae, numeri, custodes, ac registrum. Quid sibi velint Litterae AI, post vocem APRELIS divinare non valeo.

—— Alia editio, *sub titulo* Specchio di conscientia. Omnis mortalium cura. *Titulus in fronte:* IESUS. MARIA. DOMINICUS. iNcomencia Uno Confessionale Vulgare del Reverendissimo padre beato frate Antonio arcivescovo di firenze dellordine de frati predicatori intitulato Specchio di conscientia: el quale è libro degno et utile achi desidera de salvare lanima. *Ad calcem adje-*

Digitized by Google

cta sunt decem decalogi praecepta Italicis rhythmis expressa praemisso disticho.

Hi vita eterna uole acquistare
Li dieci comandamēti de dio debi observare

subjunctoque hoc altero.

Chi questa lege observara vita eterna acquistara: *Sequitur Fidei symbolum Italico sermone redditum, dein habentur duae orationes: I.* S. Thomae Aq., *quam recitare solebat ante Missae celebrationem; altera innominati auctoris, dicenda post Communionem. Hisce omnibus absolutis occurrit Tabula, septem paginis contenta, et ad calcem legitur tantummodo:* Finis Laus deo.

In 4.°..... IV. B. 4.

Editio haec, notis typographicis destituta, praecedente haud dubie nitidior, eadem etiam rarior censenda videtur: deest enim ipsius perfecta et accurata descriptio in omnibus cum generalibus, tum specialibus catalogis, eius cognoscendae causa a me evolutis, et solummodo in Catalogo *Bibl. Pinel. Tom. IV. pag. 27.* deprehendi parum exactam notitiam cujusdam editionis hujus operis, sine notis typographicis, quam *Cl. Morellius* tribuit *Francisco Dino* typographo Florentino: ex similitudine characterum, quibus laudata editio excusa est, eam ad Saec. XV. refert. Totum volumen constat 102. foliis, rotundo, nitidoque charactere impressis, qui lineas 28, implet in paginis integris. Fasciculos plagularum cum litteris arabicisque notis pro signaturis refertos comperi in latis marginibus, numeros vero paginarum, et custodes nullos. Haec editio diversas sectiones ab illa superius notata exhibet, nam pauciores habet. Varietas insuper idiomatis, et expressionum occurrit.

—— Alia editio. In 4.°..... IV. B. 1.

Deest primum folium in hoc nostro exemplari, in quo, sicut in aliis jam supra notatis, verisimiliter descriptus erat operis titulus, cum auctoris nomine. Desideratur insuper ad calcem ultimum folium in quo typographica notitia habebatur. Bononiensem vero esse praesentem editionem, et ex typis *Balthas. Azzoguidis* exaratam, certo certius est; ejusque collatio non tantum cum *Trattato del modo di confessare*, supra descripto, sed et cum aliis ejusdem Typographi editionibus, apertissime ostendit. Post accuratam, et diligentem inquisitionem in evolvendis Bibliographis, et Catalogis quamplurimis didici esse illam impressam anno 1472, quam descripserunt *Haymus*, et *Mazzuchellius*, *Vol. I. par. 2. pag. 868.* Haec vero editio numeris paginarum, et custodibus caret, et pro signaturis instructa est reclamantibus perpendicularibus ad finem cujuslibet quinternionum positis, uti explicatum est in citato *Trattato del modo di confessare.*

—— Alia editio: *Titulus sic legitur.* Iesus Maria Dominicus. In. Comenza Uno cōfessionale Uulgare delbeato Antonino da fiorenza de lordene de (sic) frati predicatori Arzivescovo fiorentino. El qual se intitula. El specchio de consiētia: et e molto degno e utile a chi lo gusta e desidera di salvarsse (sic). Exordio. Li Capituli o sia articoli prīcipali etc. etc. *Opus incipit:* Omnis mortalium cura. *Deest* Tractatus de Excomunicatione *ad cujus calcem descripta erat nota typographica, sed absoluto opere leguntur verba recenti manu conscripta:* Bononie Impressum M. cccc. lxxii. In 8.° majori..... II. B. 48.

Praesens editio, quam omisit *Audiffredus* in *Specimine-historico-Critico Edit. Ital. Saec. XV.* quaeque latuit Bibliographos ceteros, adamussim consonat descriptioni, quam de ea tradit *Wolfgangius Panzer Tom. IV. pag. 242. ex Biblioth. Heilegg.* quapropter nota typographica manu conscripta veritati inhaerescit. Excusa porro ipsa charactere rotundo quidem, non satis nitido, incerti Typographi, sine signaturis, et foliorum numeris, et unaquaeque pag. lineis 66. impletur. Ad finem cujusvis plagulae vox, quae sequentem incipit, ad marginem interiorem perpendiculariter posita est.

A P

Apicii Coelii. De re coquinaria. *In I. pag. haec legenda Typographus notavit:* Apitii Celii de re Coquinaria libri decem = Suetonius Trāquillus De Claris Grāmaticis = Suetonius Trāquillus De Claris Rhetoribus = Coquinariae capita Graeca ab Apitio posita haec sunt: Epimeles: Artoptus: Cepurica: Pandecter: Osprion Trophetes: Polyteles: Tetrapus: Thessala: Halieus; Hanc

Digitized by Google

Plato adulatricem medicinae appellat. *In II. pag. Epistola nuncupatoria occurrit, cujus inscriptio:* Ad eruditissimum virum Bartholomeum Merulam Magnifici Georgii Cornelii gnatorum praeceptorem Blasii lanciloti epistola Subitaria. *In ultimo folio recto, absoluto opere, legitur:* Celii Apitii halicus liber decimus et ultimus. Explicit. *In sequenti pagina duo Epigrammata occurrunt, quorum primum quatuor distichis absolvitur; ejusque titulus est* Antonius mota Ad uulgus. *II. vero,* Ioānes salandus lectori, *et hoc quinque distichis constat; hisque subiungitur* Finis, *dein* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum. In 4.°.... . X. B. 7.

Sine nota chronologica. De *Apicii* editionibus variae sunt Bibliographorum sententiae, quae ut plurimum improbandae videntur. *Freytag in Appar. Tom. I. pag. 97. Fabricius, et Ernestus in Bibl. lat. Tom. II. Cap. XXV.* editionem mediolanensem ann. 1490 per *Blasium Lancilotum* memorant; sed de eius existentia valde dubitari potest; nam *Lancilottum* editorem *Apicii,* non vero impressorem fuisse ex epistola supra citata, et operi praefixa discimus. Praesens editio *Bernardini Veneti* antiquissima judicatur ab *Ernesto*, sed immerito; quum Bernardinus inter novissimos saeculi XV. typographos locum obtineat, et *Orlandius pag. 55* ad ann. 1500 eam referat. Ipsa vero excusa est rotundo typo, qui lineas 30 occupat in paginis integris. Signaturae adparent, foliorum numeri, et custodes desiderantur. Initiales vel majores gallo-francae formae, vel romanae dici possunt, eaeque florentes ligno excusae visuntur.

Apollonii Rhodii. Argonauticon libri IV. *graece, cum scholiis pariter graecis excerptis ex* Lucillo Tarrhaeo, Sophocleio, *et* Theone, *et cum aliis auctoribus. Duae praeponuntur Poëtae vitae, graece: quarum prior totam paginam primam cum dimidio aversae occupat; altera multo brevior residuum paginae, et in fine nominantur Scholiorum auctores. Folio II. opus incipit, comitantibus scholiis graecis, et hic titulus legitur:* ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΡΟΔΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ ΠΡΩΤΟΝ. *Ad calcem:* ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΩΝ. ΤΕΛΟΣ. *Deinde minori charactere, sed capitali, et ejusdem magnitudinis, quo textus* Apollonii *expressus est, legitur:* ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙΑΙ ΕΤΕΙ ΧΙΛΙΟΣΤΩΙ ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΟΣΤΩΙ ΕΝΕΝΕ ΚΟΣΤΩΙ ΕΚΤΩΙ. In 4.°..... XII. D. 14.

Editio haec, princeps, rarissima, et omnium celeberrima, characterum pulchritudine, chartae qualitate, marginum amplitudine summopere excellit. Poëtae textus literis quadratis, seu ut alii dicunt, *majusculis*, vel *capitalibus* excusus est, et lineas 28 occupat in paginis; scholia rotundo, eoque minore charactere adparent. Caret numeris foliorum, custodibus, et registro: signaturae tamen adsunt ab *a* usque ad *x ii.* omnesque fasciculi, quaterni sunt, ultimo excepto, qui est duernus. *Francisco de Alopa Typographo Florentino* Bibliographi omnes tribuunt praesentem editionem.

Appiani Alexandrini. De bellis civilibus Romanorum libri VII. Petro Candido *interprete. Prima pag. fol. I. librorum argumenta continet: in aversa incipit* Ad Gloriosissimum et invictissimum Principem Alfonsum Aragonum et utriusq3 Sicilie Regem in libros civilium Bellorum. S. P. Q. R. P. Candidi prologus. *Prologum, in prima folii II. pag. linea XI. terminatum, excipit* P. Candidi de civilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino traductis in latinum liber primus. *Folio cxl. liber, qui,* Illiricus, *et folii cxliv. aversa pag. linea xxxiv. qui* Celticus *inscribitur, initium sumit, et sequentis folii aversa pag.* Explicit Celtice historie Liber perbrevis. Laus immortali Deo. *His sequens carmen subiectum habetur.*

Hic est alexandrinus appianus
A Candido lingue latine patrono
Romanus, hunc impressit et vindelinus
Quem spira nobilis parens dedalei
Produxit ingeni faceti lepidique

Digitized by Google

Carmen est Raphaelis Zovenzonii Istri Poetae.

M. CCCC. LXXII.

In folio.....XII. F. 4.

Editio haec, quam Bibliographi omnes rarissimam vocant, principem obtinet locum. Ipsa vero refertur a *Labeo Nore. Bibl. pag. 339. qui Romae* fuisse in lucem emissam voluit. *Sed nil dubium est,* ait *Maittairus Tom. IV. pag. 313. quin sit error typographicus, qualibus abundat Labbei catalogus, et pro Romae legi oportet Venetiis.* Constat insuper, *Vindelinum de Spira Venetiis* suam habuisse typographiam; *Romae* autem aut impressisse, aut prelo praefuisse, nullum monumentum in re litteraria ostendit. Opus constat foliis 145, et charactere rotundo, ac admodum nitido impressum est, absque custodibus, signaturis, et paginarum numeris. Chartae albedo; marginumque amplitudo haud parum hanc editionem commendant.

—— Alia editio. *Primum folium occupat Praefatio* P. Candidi, *cujus titulus* Ad divum Alfonsum Aragonum et utriusq3 Sicilie regem in libros civiliū bellorū ex Appiano Alexandrino in latinū traductos Prefatio incipit felicissime. *In folio II. incipiunt capitula, quae* in sequentes libros ex ordine scribuntur. *In fol. III.* P. Candidi de civilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinū traductis liber primus incipit lege feliciter. *Fol. xlii. in fronte legitur:* P. Candidi de civilibus romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinum traductis liber primus feliciter explicit. Incipit eiusdem secundus. Lege felicissime. *In aversa pag. fol. ccr. liber V. de Romanorum bellis civilibus terminatur, quem alii duo sequuntur; primus qui* Illiricus *dicitur, secundus qui* Celticus *adpellatur, qui pag. ccx. finitur. Huic subjectum habetur:* Appiani Alexandrini sophiste Romanorū liber finit qui Celticus inscribitur. Traductio. P. Candidi. Impressum est hoc opus Venetijs per Bernardium pictorem et Erhardum ratdolt de Augusta una cum Petro loslein de Langencen correctore ac socio. Laus Deo.

M. CCCC. LXXVII.

In folio..... XII. H. 58.

Externa hujus editionis facies de prima gloriatur venustate. Characteres sunt romani, et adeo elegantes, ut ex argento fusi videantur. Charta est mundissima, laevigata, ac firma, marginumque amplitudine superbit. Notae marginales ubique occurrunt. Desiderantur custodes, et paginarum numeri. Litterae initiales florentes librorum aeri incisae videntur. Ornamenta primae paginae marginalia, nitide excusa, ac rubro colore expressa non parum adspicientium oculos delectant. Editio haec minus quidem rara est editione Veneta anno 1472 a *Vindelino de Spira* in lucem emissa, quam superius recensuimus; attamen, ut in *Crevennae Catalogue raisonnè Tom. V. pag. 120* legimus, illi praesens ob suum typographicum splendorem praeponenda est. Ita et in aliis catalogis maxime laudatur; sic etiam in *Pinelliano Tom. II. pag. 30. Editio maximae venustatis.*

—— Alia editio. *Praecedit in folio primo recto* P. Candidi Praefatio ad Nicolaum V. *et in postica pagina ejusdem* Prooemium. *Ad calcem operis haec legenda occurrunt:* Diligētis ac ingeniosi Calchographi Peregrini Pasquali exactissima: tum opera: tum cura haec candidi ex Appiāo historico et Sophista traductio Scādiani Camillo Boiardo Comite Impressa est Anno a natali Christi M. CCCCLCXV. (*Corrige Mccccxcv*). IIII. Iduū Ianuarii. *Adcedit* Registrum, *et dein Typographi signum, superius notatum.* In folio..... XIX. G. 29.

Singularis subscriptio, quae extat in calce hujus operis multos induxit Scriptores in errorem circa introductionem Typographiae apud *Scandianum.* Sunt nonnulli, uti *Marchand hist. pag. 67.* qui legunt MCCCCLXXV. Male quidem; nam uti docet *Tiraboschius Bibliot. Modanese Tom. I. pag. 300. Camillus Boiardus* successit anno 1494 patri *Matthaeo Mariae*, auctori Poematis, cui titulus *Orlando Innamorato;* et hic fuit primus liber *Scandiano* excusus anno 1495 opera ipsius *Comitis Camilli*, qui ibidem Typographiam instituit. Quapropter legendum esse videtur 1495 quum hoc eodem, anno sicuti *Tiraboschius* refert citato loco, post impressionem Poematis *Orlando Innamorato fu fatta un' edizione della storia di Appiano Alesandrino.* Caeterum inter hanc editionem, et illam bellorum Civilium ipsius *Appiani*, quae facta fuit *Regii anno 1494*, tanta intercedit similitudo, ut utraque ex eadem officina prodiisse videatur.

Digitized by Google

Apuleii L. Madaurensis. Opera, *cum versione ejusdem* Dialogi Hermetis Trismegisti, *et* Alcinoi. *Prima pagina initium Epistolae nuncupatoriae* Io. Andreae Episc. Aleriensis *ad* Paulum II. *continet, quae in x. absolvitur. Pag. XI. Indicem habet operum totius voluminis. In II. pag. penultimi folii ad calcem operis Alcinoi legitur:* Lucii Apuleii platonici madaurēsis philosophi metamorphoseos liber : ac nōnulla alia opuscula eiusdem: nec non epitoma Alcinoi in disciplinarū Platonis desinunt. Anno salutis. M. CCCC lxix. Paulo ueneto regnante secundo. anno eius qnto. die vero ultima mensis Februarii. Rome in domo Petri de Maximo. In folio..... XII. G. 9.

Editio princeps, et apud Bibliographos celeberrima. Impressa est typo romano pereleganti in charta nitida ac levigata, amplissimis marginibus insignis. Lineas 38 quaelibet continet pagina, et integrum opus constat foliis 176. Graeci characteres opportune videntur; signaturae, custodes, et numeri paginarum desiderantur. Initiales omisit Typographus; sed minicularius auro, aliisque coloribus pinxit. Prima pagina initialem, quae Asinum Aureum in ejus ventre repraesentat, oram superiorem marginis, et internam maeandrico opere pictam exhibet; in ora vero inferiori marginis stemma incognitum adpingitur. Prima haec *Apuleji* editio in *Annal. Maittairii*, in *Catal. Bibl. Harlejanae*, ac in *Bibl. lat. Io. Albert Fabricii* facta dicitur *curante Card. Bessarione*; in eadem vero *Fabricii* Bibl. *melius detecta* etc. etc. *diligentia Io. August. Ernesti, auctoritate* ejusdem Cardinalis: quorum neutrum accuratum esse videtur : tota enim hujus editionis gloria adscribenda est ipsi *Iohanni Andreae: Equidem* (inquit in laudata Epist. ad *Paulum II.*) *scripta a clarissimo Bessarione tum caetera, tum pro Platone, superioribus mensibus perlegens, putavi optimo consilio factum iri, si Platonicos nonnullos, eosque gravitate, et doctrina in primis excellentes, latinorum multis . . . . . ignotos . . . ea qua consuevi opera, ne dicam sollertia, nostris hominibus traderem perlegendos.* Haec porro Praefatio praesentis editionis, testibus *Fabricio*, et *Ernesto*, repetita fuit in sequentibus editionibus; at *Casaubonus* laudat hanc primam utpote *minus corruptam.*

—— Herbarium. *Praeit nuncupatoria Epistola sic inscripta:* REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO. D. IULIANO DE RUVERE RO. SE. EPISCOPO CARDINALI SABINENSI SANCTI PETRI AD VINCULA BENEFACTORI SUO BENIGNISSIMO. IOANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE MILES SICULUS SALUTEM. *Epistola quatuor occupat plagulas, quibus aliae quinque succedunt, quae nomina singularum herbarum continent, quarum figurae ligno insculptae, et coloribus pictae suo loco in volumine cernuntur. Tabulae praefigitur titulus:* TABULA HUIUS LIBRI SECUNDUM ORDINEM. *In folio V.*

INCIPIT
HERBARIUM
APULEI PLATO
NICI AD MAR-
CUM AGRIP-
PAM

Quae verba leguntur in corona querna. Huic subnectitur EXORDIUM IN HERBARIUM. *In ultimo folio averso occurrit* REGISTRUM HUIUS LIBRI, *quo absoluto legitur* Et sic est finis. In 4.°..... ..... XII. A. 45.

Editio est charactere romano *Philippi de Lignamine* satis noto, sine numeris, signaturis, custodibus; et adamussim consonat editioni, quam refert *Audiffredus pag. 381:* ast illa nuncupatoriam gerit ad *Franciscum Gonzagam Cardinalem Mantuanum.* Sit haec nostra anterior, an posterior illa *ab Audiffredo notata*, an una eademque editio cum diversitate Epistolae nuncupatoriae, definire haud valeo.

—— De nota aspirationis, et de diphthongis. *In primo folio averso legitur:* In hoc volumine continentur. Guarinus Veronensis de diphthōgis = Apuleius de nota aspirationis et de diphthongis = Focas de aspiratione = Aetolus et aetolia =

Digitized by Google

In II. fol. signato a. 1. *praemittitur titulus:* APULEII viri doctissimi de aspirationis nota libellus, *qui terminatur in fol. XV. recto. In postica pag. incipit* APULEII DE DIPHTHONGIS *libellus, qui absolvitur fol. XXV. recto. Post tres vacuas paginas sequuntur opuscula* Focae, Guarini etc. etc. *de quibus suo loco. Ad calcem libelli* Apuleii *legitur tantummodo* FINIS In 4.°. IX. B. 75.

Character huiusmodi editionis est romanus vetus, sed elegans, qui 22 lineas implet in paginis integris, in quibus nec numeri plagularum, nec custodes visuntur; sed tantum signaturae litteris, arabicisque notis expressae in amplis marginibus occurrunt. Memoratur praesens editio a *Denisio in Suppl. pag. 579.* et a *Panzerio Tom. IV. pag. 135.*

A Q

Aquilani Ioannis. Sermones Quadragesimales. *In I. pag. typo grandiusculo legitur:* Sermones Quadragesimales venerabilis viri fratris Ioānis Aquilani Ordinis predicatorum de observātia: merito vitiorum lima nuncupati. *In III. pag. nuncupatoria adest epistola, cujus insoriptio:* Frater Benedict⁹ Brixianus: Fratri Danieli vincentino. S. D. *Sequitur brevis Praefatio ad lectorem, postea Tabula Sermonum. In summitate I. columnae fol. V.* Incipiunt sermones aurei quadragesimales Cōpilati p̄ venerabiles patres: fratrem Iohannem aquilānum: et fratrem Danielem Vincētinū: Divini verbi declamatores fructuosos: sacri ordinis predicato4 de observantia. *Ad calcem totius operis legitur:* Explicit quadragesimale quod dicitur lima vitiorum. *dein*, Divino huic operi Angelus Britānicus civis Brixianus optimo favente Deo: eiusq3 genitrice Maria: finem optatum imposuit cujus fidem solertiamq3 principes veneti charipēdentes: ne quis alius opus ipsum infra sex annos imprimat: aut impressum vendat in ditiōe sua: preter ipsius angeli nutum: senatusconsulto pena promulgata caverunt: anno dñi. M. cccc. lxxxxvij. die. xviij. Aprilis. *Symbolum Typographi his subjicitur, scilicet rectangulum nigrum erectum, in quo circulus secundum horizontem sectus continetur, cujus in inferiori parte punctum, in superiori litterae* A. B. *occurrunt, earumque in medio e circuli centro linea surgit ultra circumferentiam in duplicem crucem rectam desinens, cui parva alia crux decussata circa summitatem iungitur.* In 8.°..... I. B. 39.

Immerito *Fossius Tom. I. pag. 140.* reprehendit *Mazzucchellium*, qui docet editionem nostram *sermones Aquilani, et Danielis de Vicentia* continere. Ipse enim *Cl. Fossius* contendit *Sermones Aquilani* tantum ipsi *Danieli Vicentino* fuisse dicatos a *Benedicto Brixiano*, sed aliter judicasset si ante oculos editionem habuisset.

Aquino Thomae De. *Vide* Thomae Aquinatis.

A R

Arati Phoenomena *latine ex versione* Caesaris Germanici *Ad calcem legitur:* Bononie Impressum per me Rugerium et Dominicum Bertochum. Anno Domini. M. cccc lxxiiii. Die vigesima martii. Laus deo Amen. *Extat cum* Manilio. XII. C. 5.

Aretini Leonardi. De bello Italico adversus Gothos. *Opus incipit a praefatione, quae ad* Cardinalem Iulianum Caesarinum *dirigitur, etsi nihil aliud in titulo occurrat nisi:* LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO ADVERSUS GOTHOS. *Ad calcem integri operis legitur:* Hunc libellum Emilianus de Orsinis Fulginas et Iohannes Numeister theutunicus (sic): eiusq3: sotii feliciter impresserunt Fulginei in domo eiusdē Emiliani anno domini Millesimoquadringentesimoseptuagesimo feliciter. In folio..... XII. C. 26.

Editio princeps, parum obvia, cujus initiales auro, coloribusque micant.

Digitized by Google

—— La prima guerra punica. *In summitate primae columnae folii I. incipit* Prologo sopra el libro chiamato dela guerra punica: la quale fuo tra Romani et Carthaginesi composto da lo dignissimo oratore et historiographo messer Leonardo Aretino. Prima in latino: poi in lingua materna: perchè essendo la materia et el stile bellissimo a ogni homo fuosse più grato. *Ad calcem nulla subscriptio.* In folio..... XX. H. II.

Excusa est praesens editio eodem typo, quo *Decades Titi Livii* italice traductae, cum quibus extat etiam compacta; et ad calcem *decadum* haec leguntur verba: *Finiscono le Deche: cioe la p̄ma tertia et quarta de Tito Livio paduano historico dignissimo: impresse in Venetia per Bartholomeo de Alexandria et Andrea de Asula compagni: nel* M CCCCLXXXV. *a di* XIII. *de Augusto.* De hac editione vide, quae scripserunt *Paitonus II. pag. 208.* et *Morellius iv. pag. 147.*

—— Historia Florentina a Donato Acciaiolo *e latino italice traducta. Prooemium Interpretis praecedit cum epigraphe:* PROHEMIO DI DONATO ACCIAIOLI NELLA HISTORIA FIORENTINA TRADOCTA PER Lui In Volgare alli excellentissimi Signori Priori Di Liberta Et Gonfaloniere Di Giustitia del Popolo Fiorentino *Hoc Prooemium aliud excipit Auctoris, cujus titulus.* COMINCIA ELPROHEMIO DELLA HISTORIA FIORENTina Composta da Leonardo Aretino Tradocta Inuulgare da Donato Acciaioli. *Sequuntur deinde libri XII.* Florentinae historiae, *quibus absolutis haec verba reperiuntur:* FINE Delduodecimo et ultimo libro della historia del Popolo Fiorentino composta da Messer Lionardo aretino in latino: et tradocta ī lingua tosca da Donato Acciaioli a di xxvii. dagosto: Mcccclxxiii. Impresso a Vinegia perlo diligente huomo Maestro Iacomo de Rossi di natione Gallo: Nellanno del Mcccclxxvi. di xii. di Febraio: Regnante lo inclyto Principe Messer Piero Mozenico. LAUS IMMORTALI DEO. In folio..... XX. H. 15.

Editio princeps, elegantissima, parum obvia, quam Bibliographi magni faciunt.

—— Aquila volante, *ex latino ab ipso Auctore italice versa. In postica pag. folii I. extat* Tabula capitulorum hujus operis, *et in XVI. pag. desinit, et ad hujus calcem* Alegrecti Lombardi Salensis *quatuor octosticha italica ad lectores occurrunt, et errorum quorumdam emendationes. Prima pag. sequentis folii vacua est; secunda tabulam ligneam eleganter insculptam continet, quae Aquilam expansis alis repraesentat, cujus capiti corona imminet, et supra coronam schedula crispata cernitur, in qua haec leguntur verba:* OPERA INTITULATA LA AQUILA COMPOSTA p̱ MISSERE LEONARDO ARETINO. *Prima operis pag. xylographico ornamento includitur. Opere absoluto legitur* Qui finisse (Laudando la divina Gratia) la excellente et delectabile opera ītitulata laquila composta per lo magnifico et doctissimo homo misser Leonardo Aretino: et da ipso curiosamēte translata da latino in vulgare sermone: ad laude et gloria de quella felice memoria de Iulio Cesare Augusto Imperatore delli potentissimi Romani: Et impressa o vero stampata a Napoli per lo magnifico Ayolfo de Canthono Cithadino de Milano. Alli anni domini. M. cccc. lxxxxii. A di. xxvii. del Mise (sic) de Iunio. dello instante anno de la x. inditione. Laus Deo. *Sequitur* El Registro de questa opera, *et dein Typographi signum, quod* Orlandius *refert N.r 8. sed omisit quod crux duplex, quae circa summitatem est aliam decussatam gerat. Distichon signo subiectum est.*

Stēmata uirtutum sunt haec dignissima laude
Quae possessoris nomina clausa tenent.

Digitized by Google

In folio..... XI. C. 9.

Editio elegantissima, quae initiales xylographicas florentes exhibet; sed nullo pacto custodes, et foliorum numeros. Signaturae exprimuntur litteris, arabicisque notis. Typus rotundus est, et pulcherrimus, et in quavis pagina 39 lineae visuntur.

—— Versio lib. Oeconomicorum Aristotelis, *et commentaria in eosdem. In I. pag. haec expressa leguntur:* LEONARDI ARETINI VIri clarissimi Cōmentarium in lib4 primū Oeconomico4 Aristothelis. ad Cosmū suū Foeliciter incipit. *Ad calcem opusculi:* LEONARDI ARETINI VIRI clarissimi In libros oeconomicorum Aristothelis ad cosmū medicum florentinum commentarium Foeliciter explicit. In 4.° ..... XII. B. 10.

Absque ulla typographica nota. Editio pervetusta charactere romano, eoque eleganti impressa, quam Cl. *Mazzuchellius Scritt. d' Italia vol. II. Par. IV. pag. 2207.* tribuit *Gerardo de Lisa* Typographo Tarvisino, eamque refert ad annum 1471. In marginibus amplissimis haud adparent signaturae custodes, et fol. numeri. Pro initialibus spatia tantum extant, excepta prima littera, quam Calligraphus adposuit. Paginae integrae lineas continent 23, et totum opusculum 24 foliis absolvitur.

Arimino Henrici De. Tractus de quatuor virtutibus Cardinalibus. *Praeit Index materiarum ordine alphabetico dispositus, quem* Thomas Dorniberg *ejusdem compilator tabulam remissoriam in sua praefatione adpellat, et fol. X. complectitur. In fine sequentia habentur:* Omnes itaq3 vtutū cultores pro bene actis gratias deo referant. et si quit (sic) minus bene ordinatum invenerint indulgētiam prestent. et non livoris aculeo, sed caritatis zelo in melius reforment queso. Cōplata ē hec tabula remissoria p me thomam dorniberg antedictu de āno dñi millesimo, quadringētesimo septuagesimosecūdo. Īpa die sancti martini pape. *In fol. XI. rubro colore* Incipit tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus editus et expositus ad cives venetos: per fratrē heinricum (sic) ariminensem. *Ad calcem operis haec habetur notitia adjecta:* Tractatus pulcherrimus dequatuor virtutibus cardinalibus per fratrem heinricum ariminensem ad venetos edit.s totam vere philosophiam moralem complectens una cū exemplis et historiis, tam ex divinarum, q3 humanarū scripturarum auctoribus sumptis ad conficiendum arengas, collatōes. et sermones vtilissimos. arte impressoria Argentine artificiose effigiatus, feliciter explicit. In folio. ..... XIII. F. 22.

David Clement in *Biblioth. Curieuse hist. et Critique Tom. II. pag. 60* adpellat hanc editionem *fort ancienne, et très rare*, ac subjungit in nota: *Conrad Gesner n'a pas dit un mot de cet Auteur dans sa Bibliotheque. Ios. Seemler est le premier, qui ait parlé de cette Edition, dans sa Bibliotheca Gesneriana aucta, Tiguri, 1574. in fol. pag. 272; où il dit, que ce Traité a été imprimé à Strasbourg, avec la Table de Thomas Dorniberch.* Quis vero hoc opus praelo commiserit, divinare nolo. Hanc nostram editionem recensuit insuper *Denis* in *Suppl. Maittaire n.ro 4226*, sed cum hac diversitate, quod in *Tabula remissoria Thomae Dorniberg* omiserit decades sic: *anno dom. milles. quadring. secundo;* dum in nostro exemplari integrae leguntur: *milles. quadring. septuag. secundo, ipsa die Sancti Martini Papae.* Quamvis subscriptio, Indici adjecta, tempus quo scriptum est opus demonstrare videatur; in hoc tamen viros clarissimos *Sincerum; Schelhorn, Clement*, et alios, qui hujus editionis meminerunt, et ad eundem annum etiam editionem retulerunt, sequi non dubito; signa enim ejusdem characteristica decrepitam produnt aetatem. Folia 147 hoc opus complectitur. Litterae, quibus impressum est, sunt gallo-francae majusculae. Prima pagina habet 34 lineas, numerato titulo colore rubro impresso, sicuti et caeterae in volumine; ultima vero, numerata subscriptione, habet 20, et initio extat littera principalis ligno incisa, et coloribus picta. Caret signat. num. et custod.: abbreviationes vero sunt nimis frequentes.

Aristophanis Comoediae IX. *cum scholiis, graece In I. pag. vol. legitur:* ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ ARISTOPHANIS COMOEDIAE NOVEM.

Πλουτος— Plutus — Νεφέλαι — Nebulae — Βάτραχοι —— Ranae ——
Ἱππεῖς — Equites — Ἀχαρνεῖς— Acharnes— Σφῆκες —— Vespae
Ορνιθες — Aves —— Εἰρηνη —— Pax —— Εκκλησιαζοῦσαι— Concionantes.

Digitized by Google

His adcedit Epigramma graecum, et in secunda pag. Epistola occurrit, cujus epigraphe: Aldus Manutius Romanus Danieli Clario Parmensi. S. P. D. *Data est* Venetiis tertio Idus Iulias. *M. IID. Hanc excipit Praefatio graeca* Marci Musuri, *qui in* Aristophanem *scholia, hac in editione impressa, exscripsit, et recensuit. Subjungitur* Scipionis Carteromachi *Epigramma graecum. Postea occurrunt excerpta ex* Hephaestionis Enchiridio, *et alia* Demetrii Triclinii, *De Metris, quibus* Aristophanes *usus est; item* Platonii de differentia, et diverso charactere Comoediarum apospasmation. *Vita* Aristophanis *auctore anonymo, et alia, cujus auctor* Thomas Magister, *insuper occurrunt; nonnulla lectu digna de scriptoribus antiquae, mediae, et novae Comoediae Argumenta prorsa oratione praefiguntur Comoediis, itemque alia versibus iambis, quae* Aristophani Grammatico *tribuuntur. Ad calcem vol. Registrum occurrit, graeca littera et initiis paginarum principum cujuslibet fasciculi indicans. In ultima pag. aliud registrum adest litteris tantum expressum, ac dein,* Venetiis apud Aldum M. IID. Idibus quintilis. In hoc idem quod in aliis nostris impetravimus. In folio. ..... XVII. G. 22.

Haec editio inter omnes Comoediarum *Aristophanis* principatum obtinet. Scholia lineas 42 occupant in paginis, numerus linearum textus pro opportunitate varius. Numeri pag. desunt; custodes, et signaturae adsunt. Initiales litterae in prolegomenis vel nullae, vel parvae adparent: in comoediis vero xylographicae, et maeandrico opere circumligatae. Simili ornatu praedita est frons primae paginae cujuslibet comoediae, vel floribus contexta. Ex ipsis scholiis colligere est, qui fuerint *Aristophanis* scholiastae, scilicet *Apollonius, Aristarchus, Aristophanes Grammaticus, Callimachus, Callistratus, Didymus, Eratosthenes, Lycophron Grammaticus, Symmachus Atheniensis, et Theon;* quae scholia collecta sunt a *Thoma Magistro, Demetrio Triclinio,* et aliis graecis recentioribus. Vide *Fabric. Bibl. Graec. lib. II. C.* XXI.

Aristotelis. Opera, *graece ab* Aldo Manutio *V. volum. impressa. In I. Vol. reperitur* Organum, *complectens:* Porphyrii introductionem sive universalia Aristotelis; Cathegoria, vel Praedicamenta; Lib. Perihermenias, idest de interpretatione; Priora resolutoria, vel Analytica priora; Posteriora resolutoria, vel Analytica posteriora; Topica; Elenchos. *In I. pag. tria graeca Epigrammata leguntur, scilicet* Anonymi, Scipionis Carteromachi, *et* Aldi Manutii. *Epistola nuncupatoria in aversa folii pag. latine expressa adest, cujus epigraphe:* Aldus Manutius Romanus Alberto Pio principi Carpensi S. P. D. *Sequitur* Alexandri Agathemeri, *sive* Boudini *Praefatio in III. pag.; in IV. vero* Scipionis Carteromachi *alia Praefatio graeca. Opere absoluto* Registrum *occurrit, cujus ad calcem legitur:* Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani Calendis novembris M.cccc.lxxxxv. Concessum est eidem Aldo inventori ab illustrissimo senatu Veneto nequis queat imprimere neq3 hunc, librum: neq3 caeteros quos is ipse impresserit: neq3. eius uti invento. sub paena ut in gratia. *Ultima pag. operum Indicem latinum exhibet.*

In Vol. II. In priori pag. expressi habentur operum tituli, graece primum, dein latine hoc pacto: Eorum quae hoc volumine continentur nomina et ordo: Aristotelis vita ex laertio = Ejusdem uita per ioannem philoponum = Theophrasti uita ex laertio = Galeni de philosopho historia = Aristotelis de physico auditu libri octo = De Coelo libri quatuor = De generatione et corruptione duo = Meteorologicorum, quatuor = De mundo ad alexandrum unus = Philonis iudaei de mundo liber unus = Theophrasti de igne liber unus = De signis aquarum et ventorum incerti auctoris = Theophrasti de lapidibus liber unus. *In folio*

Digitized by Google

averso incipit nuncupatoria Epistola latina, qua Aldus Manutius Bassiânus Romanus Alberto Pio principi Carpensi S. P. D. *et tres complectitur paginas. In penultima pag. volum.* Registrum *compendiosum graece, et latine, postmodum notitia typographica graece occurrit, cum versione hac latina:* Excriptum Venetiis manu Stamnea ī domo Aldi manutii Romani et graecorum studiosi. Mense Februario. M. III. D. *Adcedit privilegii indicium: nempe,* Impetratū est a dominis Venetis idē quod in caeteris impressis graece domi nostrae.

In vol. III. I. pag. Indicem operum continet, nempe : Aristotelis historiae animalium libri 9. = De partibus animalium libri 4. = De animalium incessu liber 1. = De anima libri 3. = De vi sentiendi et sensibilibus liber 1. = De memoria et reminiscentia liber 1. = De somno et vigilia liber 1. = De somniis liber 1. = De divinatione per somnium liber 1. = De motu animalium liber 1. = De generatione animalium libri 5. = De longitudine et brevitate vitae liber 1. = De iuventute et senectute, respiratione, vita, et morte libri 3. = De spiritu liber 1. = De coloribus liber 1. = Physiognomicorum liber 1. = De admirandis auditionibus. De Xenophanis Zenonis et Gorgiae dogmatibus liber 1. = Theophrasti de piscibus liber 1. = *Ejusd.* de vertigine liber 1. = *Ejusd.* de lassitudinibus liber 1. = *Ejusd.* de odoribus liber 1. = *Ejusd.* de sudoribus liber 1. *In pag. aversa Epistola latina nuncupatoria occurrit, cum epigraphe :* Aldus manutius Romanus Alberto Pio principi carpensi. S. D. *Ad calcem volum.* Registrum *adest, cui subjungitur:* Venetiis in domo Aldi Mense Ianuario M. IIID. *Dein,* Et in hoc concessum est nobis quod in caeteris nostris. *Post fol. vacuum adest lib. X.* de Animalium historia, *cum hac monitione in penultima pag. totius vol:* En tibi Lector carissime fragmenta ea, quae Gaza in prooemio de animalibus in nonnullis codicibus tum graecis tum latinis īveniri ait: quae suo fortasse loco impressa legeres, si suo tempore in manus nostras venissent. Nunc vero hoc loco adjecta maluimus, quam te iisdem qualibuscumque fraudari. Vale.

In vol. IV. numeri fol. in quinque series dividuntur, scilicet 1-26, 1-116, 1-42, 1-12, 1-121. *In I. pag. Elenchus operum graece primum, ac deinceps latine hoc pacto excuditur.* Eorum quae in hoc libro continentur nomina et ordo = Theophrasti de historia plantarum libri decem = Ejusdem de causis plantarum libri sex = Aristotelis problematum, sectiones duodequadraginta = Alexandri aphrodisiensis problemata libri duo = Aristotelis mechanicorum liber unus = Ejusdem metaphisicorum libri quatuordecim = Theophrasti methaphysicorum liber unus. *In fol. averso Epistola imprimitur, qua* Aldus manutius Alberto Pio Principi Illu. S. P. D. *In fol. II. recto incipit* Historia plantarum, *quae cum sequenti opere de* causis plantarum *primam foliorum numerationem implet; II. pertinet ad* Aristotelis Problemata; *III. ad* Problemata Alexandri Aphrodisaei: *IV. complectitur* Aristotelis mechanica; *V.* ad Aristotelis, *et* Theophrasti metaphysicorum libros *spectat. Penultima vol. pag. foliorum* Registrum *continet, et post graecam Typographi notitiam extat alia latina, quae sic legitur:* Excriptum Venetiis in domo Aldi Manutii Calēdis Iunii. M. IIID. Et in hoc īpetratū ē a dominis Venetis quod ī caeteris nostris graece īpressis.

In volum. V. In I. pag. occurrit Index graece prius, deinde latine hoc pacto: Haec Aristotelis volumina in hoc libro impressa continentur. Ethicorum

Digitized by Google

ad Nicomachum libri x. = Politicorum libri viii. = Oeconomicorum libri ii. = Magnorum moralium libri ii. = Moralium ad Eudemum libri viii. *In aversa folii pag. latina Epistola nuncupatoria adparet, hac praedita inscriptione:* Aldus Manutius Romanus Alberto pio Carporum Principi. S. D. P. *Ad calcem* moralium ad Eudemum *occurrit Registrum, deinde legitur:* Venetiis. M. IID. Mense iunio. Apud Aldum et hoc cum privilegio. Oeconomicorum *libri ultimo loco adsunt, et pag. vacua superest.* In folio Tom. V. ..... XVII. G. 9. 13.

Editio princeps, cujus typus graecus est valde elegans, et charta alba, et nitida. Initiales, et Ornamenta ligno excusa, ut in *Aristophanis Comoediarum* editione descripta occurrunt. Exemplar pulcherrimum.

—— *Latine, cum* Commentariis Averrois, *V. Tomis comprehensa, quae sequenti ordine sunt compacta in nostro exemplari, sed desiderantur libri* Praedicabilium Porphyrii, Praedicamentorum, Perihermenias, Priorum Analyticorum, Posteriorum Analyticorum, Topicorum, et Elenchorum. *Vol. I. continet libros* Physicorum, *et in pag. I.* Averrois *Praefatio adest. Ad calcem Vol. legitur:* Nove trāslationi de physico auditu: et veteri ab Averoe cordubēsi cōmentate: sūmi Ari. philosophi ex stragira (sic) grecie oppido Nicomachi medicine artis professoris filii: deo favēte finis īpositus ē: Impēsa atq3 diligentia andree de asula Venetiis īpresse Anno salutis christiane: M. cccc. lxxxiij. sexto nonas octobris laus deo.

Vol. II. continet lib. IV. de coelo, et mundo, *et lib. II.* de generatione, et corruptione. *Ad calcem* lib. de coelo et mundo *legitur:* Nove translationi librorū de celo et mundo sive de motu et veteri ab Averroe Cordubensi cōmētate: sūmi philosophi Aris. ex stragyra grecie oppido: Nicomachi medicine artis professoris filii: deo favēte maximo finis īpositus est: optimi viri Andree de Asula. impensa atq3 diligentia impresse: Anno dñi. M. cccclxxxiij. sexto calendas iunii. Laus deo. *In fine lib.* de generatione, et corruptione *haec expressa sunt:* Nove translationi librorū de generatione et corruptione etc. etc. Impensa atq3 diligentia Andree de Asula Venetiis iīmpsse Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxiij. septimo calendas octobris.

Vol. III. continet lib. III. de Anima, de sensu et sensato. de memoria, et reminiscentia; de somno et vigilia; longitudine et brevitate vitae; *et lib.* Averrois de substantia orbis. *Ad calcem lib.* de anima *legitur*: Nove translationi librorum anime: et veteri etc. etc. Impensa atq3 diligentia Andree de asula Venetiis īpresse Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxiij. pridie idus septembris. Laus deo. *Sequuntur reliqua opera: ad horum calcem nil reperitur, et post vacuum fol. adcedunt lib. IV.* Metheororum, *quorum exponitur ab* Averroe *liber IV. tantum. Ad hujus calcem haec notata fuere:* Nove trāslationi librorū metheororū et veteri sīm quartum librum solum ab Averoi cordubensi cōmentate sūmi philosophi etc. etc. impēdio ac diligentia Andree de Asula Venetiis īpresse: Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxiij. octavo idus octobris.

Vol. IV. habet libros Metaphysicae, *eorumdemque legitur ad calcem:* Textus atq3 cōmentum translationis antique correspōdentis huic nove non reperitur; *dein*, Nove translationi librorum metaphisice etc. etc. Impendio ac diligentia andree de asula venetiis impsse: Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxiij. octavo calen. novēbris. Laus deo.

Digitized by Google

Vol. V. continet libros Ethicorum, Politicorum, *et* Oeconomicorum; *sed* Politicorum, *et* Oeconomicorum *commentario carent. Ad calcem totius operis* Registrum chartarum *adest, cui haec subiiciuntur*: Explicit registrum chartarū voluminis cōtinentis libros decē ethicorum Aristotelis cum cōmento maximi peripatetici Averois : et octo politicorum : duosq3 economicorum sine ejusdem Averois cōmento summa diligētia emendatos per eximium virū dñm Nicoletū artium liberaliū ac medicine professorem in Patavino gymnasio legentem : Venetiis īpendio īdustriave Andree de asula Bartholomeiq3 Alexandrini sociorum regnāte Ioanne mocenigo venetorum inclyto principe impressos : Anno M. cccc. lxxxiij. iii nonas februarias. Laus deo. *Symbolum Typographi ultimo loco adparet, scilicet rectangulum oblongum rubri coloris, quod circulum continet secundum horizontem prope ad summitatem sectum, cujus e medio linea surgit perpendicularis in duplicem crucem extra peripheriam desinens; in inferiori vero parte circuli parvus discus adparet.* In folio maximo. Tom. 5. ..... VIII. H. 6. 10.

Typus gallo-francus, elegans, major in textu occurrit, et lineas 66 in pag. integris, acque ac minor continet. In duas columnas paginae divisae sunt, quarum spatia, et margines amplitudine commendantur, et in marginibus superioribus opera indicantur litteris. Initiales plerumque desunt; nonnumquam vero a miniculatore variis coloribus pictae adparent, et aliquando a Typographo parvis elementis exprimuntur. *Averrois* commentaria post *Aristotelis* textum seorsim, ut plurimum visuntur; signaturae adsunt; custodes, et foliorum numeri desunt.

—— Alia editio, *quae tribus Tomis constat, et hoc ordine a Bibliopego consuta sunt. Vol. I. In II. pag. fol. I. adest* Averrois Prooemium. *In III. opus incipit* Physicorum, *cujus titulus rubro colore exprimitur. In fine lib. XIII.* Aristotilis (sic) stagyrite philosophorum monarche : physicorum opus : cum Averrois Cordubensis expositionibus feliciter explicit. Studio quoq3 : ac Impensa Bernardini de Tridino Correctum : atq3 Venetijs Impressum fuit. Anno domini i489. XV. Klᵉ Marcij. Laus deo. *Sequuntur libri* de celo et mundo, *quorum titulus etiam rubro exprimitur colore. Ad calcem.* Aristotilis stagyrite etc. etc. Impensa Bernardini de Tridino correctum : nec non Venetijs p̄die klᵉ februarii. i489. Impressum fuit. *Adcedunt lib.* de generatione et corruptione. *Ad horum calcem*: Aristo. Stagyrite de gen. et corru. opus. cū Averrois Cordubē expositi. p̱ Bernardinū de tridino. i4. Klᵉ marcij i489. Venetijs feliciter īpressum. *In fine lib.* de anima. Aristotelis stagyre etc. Impēsaq3 Bernardini de Tridino : Venetijs Impssū fuit sexto idus martij. i489. *Post vacuam pag. sequuntur lib.* de sensu et sensato; de memoria et reminiscentia; de somno et vigilia, *et dein* Averrois de substantia orbis *opusculum. Post vacuam pag.* Metheororum *libri incipiunt, hisque absolutis Typographi cura haec subjecta fuere*: Sūmi phᵉi Aristotelis stagyrite peripateticorum principis : cum Averrois cordubensis expositionibus metheororum opus : cum nova traductione in quartū et ultimum predicti voluminis feliciter explicit : Impensa quoq3 ac diligentia Bernardini de Tridino venetijs impssum fuit. Anno domini i489. Idibus Aprilis. Laus deo.

Vol. II. continet: Leonardi Arretini in libros Ethico4 Proemium, *a se versos : in ea antiquioris versionis mentionem facit, ejusque auctorem fuisse indicat. Dominicanum monachum, graecae, et latinae linguae admodum imperitum.* Ethicorum *libris absolutis legitur:* sūmi phī Aristo. Stagyrite Ethicorum liber cū Averrois cōmēto : Per Bernardinū de Tridino Venetiis : Anno 1489. nono Klᵉ Iulii feliciter Explicit. *Sequuntur libri* Politicorum *ex interpretatione*

Digitized by Google

ejusdem Leonardi Arretini, *sine commentariis*, *cum Prologo Interpretis, et Prooemio*, *deinde* Oeconomicorum, *eodem* Arretino *Interprete*, *cum commentario ejusdem*, *cui praeit ad* Cosmam Medicem *praefatio*; *tandem lib.* de Physionomia. *Ad calcem hujusmodi libri legitur :* Explicit physionomia Aris. *Postica pag. ejusdem fol. in I. colum. exhibet Indicem Operum* Aristotelis, *quo absoluto haec verba occurrunt:* Figure infinite in dialectica. In philosophia Naturali: et metaphysica : et super omnes Aristotelis libros facte et formate maxima cum difficultate. *Post haec legitur :* Omnia Aris. opera cum Cōmēto Averrois Impressa Venetiis Accurate ac diligenter per Bernardinum de Tridino de Monteferrato. Anno a Natali Christiano M. cccclxxxviiij. Nonis septembribus. Registrum *in sequenti columna adest, cui subiicitur signum Typographi, scilicet rectangulum rubrum oblongum; figura cordis intus adparet, quae litteram* B. *inscriptam habet, cujus hasta perpendicularis producta in crucem desinit, eique adposita littera* S. *occurrit*; *utraque littera inter duo puncta sita est. Sequuntur lib.* Predicabilium Porphyrii; Predicamentorum Aristotelis; Perihermenias, *ad hujus calcem :* liber perihermenias Aris. cū averrois Cōmēto per Bernardinum de tridino Anno dñi. Mcccclxxxviiij ultimo maij. Venetiis felicit. explicit. *Tum* Gilberti Porretani aristotelici liber sex principiorum : cum magni Alberti commento feliciter incipit. *Ad calcem :* Gilberti porretani sex principiorum liber cum magni Alberti cōmento per Bernardinū de Tridino Venetiis feliciter explicit. *In sequenti fol*, Incipit liber. j. priorum analectico4 Arist. *Ad calcem II. lib.* sūmi philosophi Aristote. stagirite peripateticorum Principis Prio4 Anale. cum Averrois cordubēsis expositionibus. Opus auerreum (sic) feliciter explicit : studio quoq3 ac impensa Bernardini de Tridino diligenter deo dante correctum. Atque venetijs impressum fuit quarto Kl⁹n Augusti. i489. *Sequuntur libri* Posteriorum analecticorum Aris. *Ad calcem* Aristo. stagyrite philosophorum princeps posteriorum Anale. opus ꝑ cōmentatorem Averroim commentatum: ac Venetijs impresum (sic). maxima cura atq3 impensa : Bernardini de Tridino. Anno salutis domini i489. Idib⁹ Iulii. Laus deo. *Tandem adcedunt libri* Topicorum, *et* Elenchorum, *absque ulla subscriptione.*

In vol. III. habentur libri XII. Metaphysicae, *cui additur liber XIII. numquam antea editus, sed commentariis destitutus. Ad calcem hujusmodi voluminis haec leguntur:* Explicit op⁹ ac registrū chartarum voluīs phīe nālis Ari. continētis libros octo physicorum quattuor de celo et mundo: duos de generatiōe et corruptiōe: tres de anima: de sensu et sensato: de memoria et reminiscētia: de somno et vigilia: de longitudine et brevitate vite: de substātia orbis: metheororum quattuor: et ēt quattuordecim methaphysice : per cōmētatorē Averroim cōmētatos. Venetiis atq3 Impressos Maxīa cura atq3 Impensa Bernardini de tridino. Anno salutis domini M. cccc. lxxxviiij. Idibus Maij. *Registrum in altera columna sequitur* In fol. Max. Tom. 3. ..... VIII. H. 14. 16.

Editio excusa typo gallo franco, qui minor in commentariis textum circumdantibus adest, et lineas 86 complectitur. Columnae duae in paginis occurrunt; numeri foliorum, et custodes non reperiuntur, initiales parvae in spatiis habentur, reliqua ut in editione praecedenti.

Editionibus integris Aristotelis descriptis, ac opera omnimoda philosophi in iisdem voluminibus excusa; aliaque vero, quae seorsim impressa nostra possidet Bibliotheca, hic recensenda sunt: quae autem commentariis, et expositionibus sunt instructa, sub nomine singulorum Commentatorum describere lubet.

Digitized by Google

—— Ethicorum lib. X. *latine*, Leonardo Aretino *Interprete. Opus incipit fol. I. a titulo*: Aristotelis Philosophi Ethico4 ad Nicomachum liber Primus incipit feliciter. *Ad calcem.* Aristotelis stagirite Philosophorum principis libri Ethicorum decem de moribus per clarissimum et eloquentissimum uirum Leonardum aretinum e graeco in latinum traducti finiunt feliciter valeas qui legeris.

Aspicis illustris lector quicunque libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Cōradus suueynheim: Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXIII.
Die lune undecima Ianuarii.

In folio..... XII. C. 9.

—— Alia editio. *In summitate I. pag. legitur*, ARISTOTELIS ETHICORVM LIBER EX LEONARDO ARETINO TRADVCTVS PRIMVS INCIPIT. *Opus terminatur linea XVI. fol. LXXXIX. aversi, absque ulla subscriptione.*

In 4.°..... XII. B. 21.

Antiquissima haec editio, praestantioribus quoque Bibliographis ignota, mihi omnium prima videtur. Continet 89. folia, nullis signaturis, custodibus, nullisque pag. numeris instructa. Litteras initiales neglexit Typographus, nec eas Miniculator adjecit. Charta est alba, firmaque, in qua Excusor amplos reliquit margines. Praeter punctum, nullum aliud occurrit distinctionis signum. Typus est rotundus romanus pervetustus. Pagina quaevis integra lineas 34 complectitur.

—— Alia editio. *Interprete* Argyropylo. *In I. pag. incipit* PREFATIO Argyropyli *ad* Cosmam Medicem, *quae tria amplectitur folia: in IV. fol. opus adest cum titulo:* OPVS ARISTOTELIS DE MORIBVS AD nicomachum a Ioanne argyropylo Byzantio. Causa clarissimi viri Cosmae medicis florētini patris patriae traductū. *Ad calcem haec tantum notata fuere:* ARISTOTELIS VIRI SAPIENTISSIMI AD NICOMACHVM DECIMVS ET VLTIMVS LIBER FINIT FELICITER. FINIT PER ME NICOLAVM FLORENCIE.

In 4.° majori..... VII. A. 13.

Sine indicio Anni. Character, quo opus excusum est rotundus, nitidusque lineas 31 in paginis complectitur. Charta firma, alba, ac laevigata adparet. Primus plagularum fasciculus signaturis destituitur, in aliis videntur: custodes in ultima pag. cujusvis fasciculi occurrunt, numeri vero foliorum desiderantur. Pro initialibus litteris spatia reliquit Typographus: Minicularius variis coloribus eas adjecit: primam autem operis auro, et floribus exornavit. Libri Ethicorum in ora superiori paginae capitalibus litteris indicantur; eodemque typo tituli librorum, et tractatuum excusi sunt.

—— De Moribus ad Eudemium, *et hujusmodi titulum habet in summitate I. pag.* Leonardi aretini viri doctissimi et oratoris Clarissimi liber moribo (sic) admodum utilis et necessarius ad Galeotum virū egregiū: quē traduxit. De graeco ī latinū ex Dialogo principis philosopho4 Aristotelis ad Eudemium amicum suum. *Ad calcem*: LIBER ARISTOTELIS DE MORIBVS AD EVDEMIVM. DISCIPVLVM PER LEONARDVM Aretinum e graeco in latinum traductus. In. 4.°..... VII. B. 16.

Sine typographicis indiciis. Hoc idem opusculum aliter inscribitur a Bibliographis quibusdam, nempe: *Isagogicon moralis disciplinae ad Galeottum Ricasolanum.* Editio haec longe rarissima est, excusa charactere romano, eoque minuto, ac eleganti, qui lineas 20 implet in paginis integris, in quibus signaturae visuntur, minime vera custodes, et foliorum numeri; totumque opusculum 14 foliis absolvitur. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Denis in Suppl. pag. 492. Pinellius Tom. I. pag. 270.* et *Panzerius Tom. IV. pag. 86.*

Digitized by Google

—— Animalium historiae lib. IX. Theodoro Gaza. Interprete. *In I. pag. incipit Praefatio* Theodori Gazae, *quae tribus sectionibus constat, eiusque epigraphe sic exprimitur:* THEODORI GRAECI: THESSALONICENSIS: PRAEFATIO: IN LIBROS: DE ANIMALIBVS: ARISTOTELIS: PHILOSOPHI: AD XYSTVM: QVARTVM: MAXIMVM. *Historia praedita est titulo:* ARISTOTELIS: DE HISTORIA: ANIMALIVM: LIBER PRIMVS INTERPRETE THEODORO. *Ad calcem voluminis haec notantur verba:* Finiunt libri de animalibus Aristotelis interprete Theodoro Gaze. V. clarissimo: quos Ludovicus podocatharus Cyprius ex Archetypo ipsius Theodori fideliter et diligēter auscultavit: et formulis imprimi curavit Venetiis per Iohannem de Colonia sociūq3 eius Iohannē māthen de Gherretzem. Anno domini. M. CCCC. LXXVI. *Registrum deinceps occurrit litteris, et initiis prioris fol. cuiuscumque fasciculi constans, cum hoc titulo:* Tabula cartarum secundum ordinem ponendarum. *Quod Registrum in hoc genere primum fuisse suspicor.* In folio ..... XII. C. 35.

Editio princeps elegantissima, quam *de Bure in Bibliograph. instr. n.° 1682.* describit, et quammaxime commendat Nostrum exemplar nitidissimum, atque integerrimum. Margines tam in pag. *praefationis* quam in *Historia animalium* auro, et colore, numismate et gentilitio stemmate insignes reddidit Miniculator. Principes insuper litterae cujusvis libri eodem modo auro, et coloribus ornatae occurrunt; ceterae vero tantummodo pictae videntur.

—— Rhetorica, *ex Arabico latine reddita, interprete* Hermanno Alemanno. *Tribus partibus constat hic liber, quarum prima hujusmodi titulum habet in I. pag:* Declaratio cōpendiosa per viā divisiosis alfarabii super libris rethoricō4 Aristotelis ad formā tñ clariorē et tabule reducta ꝑ īfrascriptū. D. correctorē. *Hac vero absoluta adjectum est:* Explicit compendiosa declaratio alpharabii tabulata et correcta unaa (sic) cū rethorica et poetria seq̄ntib⁹ Aristotelis ꝑ nobilē et excellentissimū artiū et medicine doctorē. D· magistrū Lancillotū de zerlis physicū ueronēsē magna cū difficultate ꝑꝑ penuriā exemplaris uni⁹ et stilū ueterē in modernum reductum. *In secunda parte, quae nullum titulum fert, haec leguntur ad calcem:* Explicit rethorica aristotelis translata a graeco in latinum. *Tertia pars, quae* Aristotelis Poeticam, *continet, hoc initium habet:* Inquit hermann⁹ alemann⁹ postq3 cū nō modico lab⁹ cōsumaverā translationē etc. etc. *In fine demum totius voluminis haec sunt:* Venetiis impressū per magistrū Philiphum (sic) Venetū: Anno salutis Millesimo quadringentesimo octuagesimo p̄mo die vigesimo secundo mensis Iunii. Et totū quod ē in rethorica p̄cedenti Aristotelis: et declaratione cōpendiosa alpharabii super dīa rethorica ad formam tñ tabule clariori mō per excellentissimū correctorē reducta: et ī p̄ti poetria dicti Aristotelis correctum fuit summa diligentia et ingenio. In folio.... XI. E. 18.

Admodum rara haec editio est, charactere romano, duabusque columnis impressa; quam fuse descripsit *Iacobus Maria Paitonus* in opere inscripto, *Nuove memorie per servire all' Istoria letteraria Tom. II. pag. 68.*

—— ARISTOTELIS. QVAESTIONES. VARIAE. GENERATIM. COLLECTAE. ATQVE. ITA. IN. PLVRA. DIGESTAE. VOLUMINA. *Is titulus praefigitur operi. Praecedit tamen Index IV. fol. cum epigraphe:* TABVLA. PARTICULARIS. AD. MATERIAS. DIVERSAS. PROBLEMATUM. CUJUS. LITTERA. POSITA. PER. P. MAJUSCULUM. DENOTAT. PARTICULAM. POSITA. AUTEM. PER. p. PARVVM. NOTAT. PROBLEMA. *Ad calcem post verba* LAUS DEO, *subjunxit Typographus:* Mantuae hoc sūmi philosophorum

Digitized by Google

prīcipis Arestotelis (sic) pbleumatū (sic) novam ad Nicolaum quintum pontificem secundum traductionē per Theodorum Gazes graecum. Illustrissimo prīcipe et domīo Domino Lodovico Gonzagha Marchione ibidem tunc regnāte. per Iohannē Vurster de Campidona, et Iohannem Baumeister Socios volumen impressum finit foeliciter. In folio..... .. VIII. D. 36.

Sine nota chronologica. Hujuscemodi editionis mentionem fecerunt *Denis n.° 4230.* et *la Valliere n.° 1231. Camillus Volta* in *Saggio storico della Tipografia Mantovana*, merito insurgit contra *Saxium*, hanc editionem reponere volentem in *Catalogo libr. Mediolanensium.*

ARS METRICA. *In I. pag. legitur distichon :*

Incipit accessus metricam ducturus ad artem
Quos iuvat ipsius pyeridumq3 color.

Opusculo praecedit Elegia 14. distichis comprehensa, in quibus ob invidorum malitiam Auctor protestatur se velle latere; nec proprio marte regulas conscripsisse, sed ex aliorum scriptis protulisse fatetur. Ait enim :

Non totū nostrū est sed scripsimus ex alieno
Quicquid laudandū dixero tutus habe
Non fuit hoc nostri tantum reperire laboris.
Sed que jam fuerant dicta ligare simul.

Ad calcem legenda sunt haec : FINIS ; *deinde*, sedente sixto iiii. Pont. Max. Anno Christi MCCCCLxxxIII. Impressus est hic libellus Rome in domo Nobilis uiri Iohānis Philippi de lignamīe. Messañ. ejusdem S. D. N. familiaris Anno ejus Tertio. XVI. mensis Octobris. In 4.°..... XII. D. 25.

Mendum est Typographi in nota chronologica, quum pro *1483* exprimi debeat *1473.* ut ex anno *III. Pontificatus Sixti IIII.* elucet. Prorsa oratione, et versibus constat opusculum, in quo graecae dictiones omittuntur. Hujus editionis nulla mentio apud *Audiffredum in Edit. Rom.* Apud *Blasium* in *Epistolis* editis inter *opuscula sicula*, et apud alios Bibliographos reperitur; unde non immerito inter rariora Bibliothecae cimelia recenseri debet.

A S

ASTESANI IOANNIS. Summa de casibus conscientiae. *Praecedit Tabula alphabetica, cum brevi prooemio, cujus initium sic in lineas dispositum est :*

(C) upiens ego frater astaxanus (sic)
cōpilator huiꝰ sūme ad honorem dei utilitati omuni etc. etc.

Desinit fol. X. recto, columna II. et post vacuum pag. in fol. XI. Incipit summa fratris astexani de casib3. ad honorem dei immortꝰ et diligentē exhortatōem dñi IohꝰIs Gaietani. dyaconi cardinalꝰ scī theodori. cōpilata. Premittuntꝰ in ꝑmis lr̄e fr̄is astexani. in quib3 ꝑcibus dñi cardinalis obtempari pollicet subnectunt lr̄e dñi cardinalꝰ. in quibus fr̄i astexano de tam digno labore sumpto regraciatur. *Initium Epistolae ad* Caietanum *sic dispositum est :*

Enerād̄o in xp̄o patri et
dn̄o. dn̄o iohꝰi Gayetano
de vrbe divina ꝑviden-
cia dignissimo etc. etc.

In fol. XII. a Incipit liber p̄mus de lege divina. *Terminatur fol. lvi. b. col.* II. *cum. clausula :* Explicit liber primus de preceptis. *Fol. ccxxx. b. finitur lib. V. cum clausula :* Et sic est finis hujus libri quinti. *Fol. ccxxxi. a.* Incipit liber sextus de sacramento ordinis. *Hujus libri littera initialis ligno est incisa. Fol.*

Digitized by Google

ccclvii. a. Incipit ti. p̄m⁹ octavi libri. *Pariter hujus libri littera initialis ligno est incisa. lib. VIII. fol. ccccii. b. col. I. absque ulla clausula finitur. Sequuntur:* de significatōib3 verbo4. ti. 41. *In fine*: Expliciunt rubrice diversorum voluminum iuris civilis secūdum ordinem alphabeti a fratre Astexano posite sive compilate. In folio maximo..... XIII I. 12.

In interiori parte tegumenti hujusmodi voluminis, Possessoris manu, sequentia verba adscripta inveni: *Vir fide dignus mihi adfirmavit in hujus operis exemplari, quod extat Argentorati in Bibliotheca San Ioanne, manu adscriptum esse = Editum a Ioanne Mentel an. 1469.* Ex typis Mentellianis hanc editionem prodiisse; mihi dubium est. Et licet characteres hujus nostrae editionis aliquo modo mentelliani primo intuitu adpareant; tamen toto coelo differunt inter se; neque praesens editio convenit cum tribus illis mentellianis editionibus quae a Bibliographis describuntur. Character videtur pertinere ad *Bernardum Richel Basileensem*, et perfecte congruit cum descriptione hujusmodi editionis tradita *a Denisio in Suppl. pag. 497. n. 4262.* Characteres sunt gallo-franci, et iidem, quibus *Richel* utebatur. Caret signaturis, numeris, et custodibus. Columnae integrae ex 62 lineis, et totum volumen ex 432 foliis constat. Exemplar est elegantissimum et nobilissime compactum.

—— Alia editio. *Pag. I. Epistolam exhibet, cujus epigraphe.* Colendissimo Domino D. Marco Barbo tituli sancti Marci de vrbe presbytero Cardinali. Bartholomeus Bellatus ordinis minorum: artium et sacre theologie doctor cōmēdationes dicit. *Epistolae subjungitur quaedam monitio ad lectores sine titulo. In fol. II. adest Epistola* Astesani ad Ioannem Caietani, *quam superius notavimus. Prooemium Epistolam excipit, in quo recensentur auctores, ex quibus materiam* Astesanus *depromsit. Ad calcem operis adcedit operis tabula alphabetica, deinde legitur:* sūme ofessionis operi nobilissimo et huic facultati operā dantib⁹ pernecessario quā frat⁹ astesan⁹ de Ast ordinis mino4 doctor solēnis edidit maxīa cura et sollicitudine famosissimi sacre theologie mgr̄i fratris Bartholamei (sic) de bellati (sic) de feltra circa iuris cottatōes (sic). nec non fratri (sic) Gomerij hispani de ulyxbona provintie portugalie sacre theologie bacchalarij clarissimi in oventu venetiarum circa presiduum totius voluminis ambo eiusdem religionis mino4 emendate sumptib⁹ et iussu Ioh⁹is de colonia sociiq3 eius Iohānis manthen de Gherretzem. Venetiis finis impositus est. i478. die i8 mēsis martii *In ultimo fol. extat* Registrum. In folio..... IV. G. 7.

A T

S. Athanasii. Commentarii in Epistolas S. Pauli, *latine*, *Interprete* Christophoro Persona. *In I. fol. verso extat* Personae *Epistola nuncupatoria* SIXTO. IIII. PONTIFICI. MAXIMO. *Ad calcem operis haec expressa leguntur:* F: Christoforus de persona Romanus prior sancte Balbine de Urbe: traduxit Anno domini M. cccc. lxix. Pontificatu Pauli pontificis maximi. Anno quinto. Et per ingeniosum virum Magistrum Vdalricum Gallum alias Han Alamanum ex Ingelstat civē vienensem: non calamo ereove stilo: sed nove artis ac solerti industrie genere Rome impressum: Anno incarnationis dominice M. cccclxxvii. die vero xxv. mensis Ianuarii: Sedente Sixto divina providentia papa iiii. *Post subscriptionem, averso fol. incipiunt argumenta Epistolarum* S. Pauli, *quae et majorem sequentis, ejusque ultimi fol. recti partem occupant; quo averso occurrit* Registrum. In folio..... XIII. F. 15.

A U

Avenzoar Abhomeron, *vel* Abeu-zoar, *vel* Abeu-zoar, *vel* Abynzobar. Li-

Digitized by Google

ber Theizir (Theicrisi) dahalmodana Vahaltadubir. *Cujus interpretatio*: Rectificatio medicationis et Regiminis. *Praecedit in fol. I. averso Epistola, cujus titulus*: Hieronymus surianus artium ac medicine doctor Domini Magistri Iacobi Suriani de Arimino phisici praeclarissimi filius lectori salutem plurimam dicit. *Adcedit laudato operi ejusdem* Antidotarium, *et* Registrum tractatuū et capitulorum. *Hisce absolutis, sub eodem signaturarum ordine, et foliorum numeratione*, Incipit liber de medicina Averroys: q̄ dicit' coliget; et totalis liber iste ɔtinet libros sēptē partiales. *Praeit alia epistola* Hieronymi Suriani ad lectorem, *et in calce voluminis legitur*: Explicit coliget Averroys correctus atq3 emendatus per excellentem artium et medicine doctorem magr̄m Hieronymū Surianū filiū dn̄i magr̄i Iacobi Suriani de arimino physici hac erat (sic) p̄clarissimi. Impensis nobilis Viri dn̄i Octaviani scoti civis Modoetiensis. Arte aūt Boneti Locatelli Bergomensis Venetijs ducāte felicissimo p̄ncipe Augustino barbadico. 1496. Ultimo May. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum, et dein* Registrum tractatuum et capl'o4 coliget Averroys. In folio..... IX. H. 222.

David Clement in Tom. II. pag. 21 adpellat hanc editionem *fort-rare*, ac subjungit: *Mr. Kestner dit que cette barbare Version est tres rare, quoi qu'il y en ait quatre Editions, savoir; Venetiis 1496, 1497, et 1514. Item Lugduni 1531. Conrad Gesner, et ses Continuateurs Simler et Frisius n'en connoissent que l'edition de 1496, et ces derniers coupent mal à propos nôtre Auteur en deux: et distinguent Abhomeront. Abynzoar d'avec Abimeron Avenzoar.*

Averrois Cordubensis. Commentaria in lib. Aristotelis de anima. *Opus incipit absque ullo titulo vel praefatione, et ad calcem haec extant verba*: Nove translationi librorum anime: et veteri ab Averoi hispano cordubensi commentate: summi philosophi Aristotelis ex Stragyra (sic) gretie oppido Nicomachi medicine artis professoris filii. Deo favēte maxīo finis impositus est. Nobilis Vicentini Ioannisphilippi Aureliani et fratrum impensa. Opera vero atq3 ingenio laurentii Canozii lenderariensis impresse patavi. Anno Christi optimi. M. cccc. ii. et. lxx. Decimo kalendas Decembris. *Eodem duplici charactere sequuntur ejusdem Comment. in lib.* de sensu et sensato: De memoria: De somno atq3 vigilia: De longitutine, et brevitate vitae, *ac tandem libellus* de substantia orbis. In fol. max. XII. I. 25.

—— Commentaria in lib. Aristotelis Metaphysice. *In calce:* Nove translationi librorum metaphysice et veteri ab Averoi cordubensi commentate, etc. *Caetera ut in praecedenti.* Impressa Patavii. Anno Christi optimi Mcccc. iii. et lxx. In folio max..... XII. I. 26.

—— Commentaria in lib. Aristotelis de coelo et mundo. *Ad calcem post verba* Nove translationi librorum de celo et mundo, sive de novo et veteri ab Averoi Cordubensi commentate etc. etc. *ut in praecedenti*, Impresa (sic) Patavii Anno Christi optimi M. cccc. iii. et lxx. 111. nonas martii. In folio max. XII. I. 29.

—— Commentaria in lib. Aristotelis de generatione, et corruptione. *Ad calcem*: Nove translationi librorum de generatione, et corruptione ab Averoi Cordubensi commentate etc. Impressa Patavii Anno M. cccc. iiii. et lxx. quarto decimo kalendas Iulii. In folio max..... XII. I. 28.

Augurelli Ioannis Aurelii Carmina. *Pag. I. vacua est. In II. Musicum instrumentum xylographice expressum, heptachordon, et plectrum eidem inserviens adparent, clavisque pendere cernuntur. In III. pag. carmina incipiunt, quorum metrum*, et *argumentum varium est. Epigraphe primum obtinet locum*: Ad Illu-

Digitized by Google

strissimum principem Pandulfum Malatestam Arimini dominum Ioannis Aurelii Augurelli Ariminensis carminum liber primus. *Ad calcem legitur*: Ioannis Aurelii Augurelli Ariminensis carminum liber primus explicit. Impressum Verone Anno domini M. ccccIxxxxi. die quinto Iulii. In 4..... X. A. 1.

Augustae Historiae Scriptores. *Vide* Scriptores Historiae Augustae.

S. Augustini. Opuscula varia, *scilicet.* Meditationes. Soliloquia. Manuale. Enchiridion. De triplici habitaculo. Scala Paradisi. De duodecim abusivorum gradibus. De beata vita. De assumptione Beate Virginis. De divinatione demonum. De honestate mulierum. De cura agenda pro mortuis. De vera et falsa penitentia. De contritione cordis. De contemptu mundi. De convenientia decem preceptorum et decem plagarum egypti. De cognitione vere vite. Confessionum lib. XIII. De doctrina christiana lib. IV. De fide ad Petrum. Sermones duo de moribus et vita clericorum. De vera religione. *In calce*: Explicit liber augustini de vera religione. Venetiis p̱ Octavianū Scotū Modoetiensem. Anno incarnationis salutifere. Millesimo quadrigētesimo octuagesimo tertio q̱nto kalendas iunias. Ioāne Mocenico inclyto Venetiarum duce. *Post vacuam pag.* Incipit Tabula, *quam excipit* Registrum. *Huic adcedit* Index librorum qui in hoc volumine continentur, *ac demum* Liber ad Lectorem.

Barbara quid prodest vel q̱d romana trophea
Nosse : q̱d ethereas solis adire vias ?
Quid leges : quid iura iuuat quid cuncta tenere :
Si tibi nulla aīe cura salutis erit ?
Nil facit ex istis ad verā crede salutem
Nec sapiūt anime noxia verba deo.
Quere igitur virtutis opus quod ad ethera ducat
Quod doceat māeāt guaudia q̄ʒta piis
Ipse ego sum qui te superas comitabor ad arces
Me lege q̱ rectum dirigo qua sit iter

FINIS

In 4.°..... I. B. 22.

—— Soliloquia, *italice. In I. pag. extat imago xylographica S. Doctoris scribentis, capite radiato, quae pallium supra monasticum habitum gerit. Pontificalia insignia adsunt, scilicet pastoralis virga, et mitra, quarum altera ad angulum parietis, altera super abaco conspicitur. Schemati hujusmodi praefigitur inscriptio* : Soliloquii di Sancto Augustino Vulgare. *In II. pag. Prooemium Interpretis adest, cujus titulus* : Incomincia il proemio delli soliloquii del divo padre sancto Augustino. *Ad calcem*: Finiti isoliloquii di sancto Augustino. Et idiéci gradi per li quali lhuomo che gliha uiene auera perfectione. Deo Gratias. Amen. Impresi in firenze. Ad X. Di Novembre. M. lxxxxi. (sic) *Siquidem numeros* cccc. *omisisse videtur Typographus, constat opus fuisse excusum ann.* 1491. In 4.°..... XIII. A. 22.

Sine Typographi nomine. *Maittairus, et Paitonus Bibliotheca degli Autori volgarizzati Tom. I. pag. 13,* referunt tantum editionem *Florentiae* eodem anno *apud Miscominum* excusam.

—— Confessionum lib. XIII. *Opus incipit a textu* Retractationum *S. Doctoris. In fine folio averso legitur*: AURELII AUGUSTINI CONFESSIONUM

Digitized by Google

TERTIUS DECIMUS ATQUE ULTIMUS LIBER EXPLICIT. DEO GRATIAS.

In sequenti folio recto :

Qm̄ laetum augustina ferat confessio foetum
Praesens fratre refert pagina pressa suo.
Theutonicis delatus enim bonus aere Johannes
Hoc mediolani fertile pressit opus.
ANNO INCARNATIONIS DOMINI
M.° CCCC.° LXXV.°
XII.° KALENDAS AUGUSTI.

In 4.° ..... XIII. A. 37.

Sine nomine Typographi. *Pinellius in Catalogo n. 543*, et *544*, et *Saxius Tom. I. Biblioth. Mediol. pag. 563* mentionem fecerunt editionis hujus, eamque adscripserunt *Ioanni Wurster de Campidona*. Sed infelix, ut puto, eorum de Typographo conjectura; nam laudatus *Ioannes Wurster Mantuae* primum, et postea *Matinae* typographicam artem exercuit. Potius eam tribuendam puto esse *Ioanni Bono*, cujus mentio facta est in disticho supra notato, et qui ex ordine *S. Augustini* in *Savonam* anno 1474. Typographiam primum invexit, ac in suo monasterio illam exercuit; uti liquet ex opere *Boetthii De consolatione philosophiae*, in cujus calce legitur: *Impr. in Savona in conventu S. Augustini per fratrem Bonum Iohannem Anno 1474*, qui quidem liber est ejusdem elegantis characteris, ac S. *Augustini Confessiones*.

—— Tractatus super Ioannis Evangelium. *In nostro exemplari folium I. deficit*: *in II. folio incipit* Divi aurelii augustini hipponēsis ep̄i in evangelium ūm Iohannē Prologus, *qui in II. columna ejusdem folii absolvitur. Sequitur* Tractatuū expositiōis divi aurelii augustini: quos quidam sermones vocant Summaria annotatio, *quae terminatur in I. Colum. folii II. aversi. Dein opus incipit, et ad calcem legitur:* Divi aurelij augustini hipponensis episcopi evangelium v̄m iohannem expositio feliciter explicit. *Sequitur insuper* Principalium sententiarum ac materiarum expositionis divi aurelij augustini in evangelium sancti iohannis brevis ordinataq3 annotatio. *Huic adcedit* Expositio *ejusdem* S. augustini ī epl'am bt̄ ioānis, *cum* annotatione principalium sententiarū, *ac tandem* Homiliae XVIII. in apocalypsim, *etiam cum* Annotatione Principalium sententiarum. *In* ultimo *folio recto occurrit* Registrum, *cum epigraphe*:

Ut valeas citius chartis cōiungere chartas:
Hec tibi monstrabit tabula que sequitur.

In folio ..... I. E. 8.

Sine typographicis indiciis. Hujus operis mentionem facit *Braun T. II. pag. 33, qui autumat Norimbergae per Antonium koberger* fuisse excusum. Characteres enim, qui plane iidem sunt, quibus ille anno 1486. *Clementis V. Constitutiones* impressit, satis id evincunt. Constat totum volumen triginta plagularum fasciculis, qui signaturis sunt insigniti. Typus est gallo-francus, et singulae paginae duas exhibent columnas, notaeque marginales adparent. Initiales litterae, custodes, et foliorum numeri desiderantur. In superiori margine tam tractatus, quam eorum capitula sunt indicata.

Liber Epistolarum beati Augustini episcopi hipponensis ecclesie. *In I. fol. recto laudata verba habentur litteris romanis majoribus excusa. In fol. II. recto praemittitur Index VII. foliorum, qui his inchoatur verbis:* EPISTOLARUM DIVI AURELII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI EXIMIIQUE ECCLESIAE DOCTORIS ELEGANTISSIMO STILO DIGESTARUM BREVIS ANNOTATIO: SINGULARUM INITIA MATERIAM ATQUE ORDINEM EXPONENS. *Ad calcem:* Divi Aurelij Augustini Hipponēsis ep̄i: liber epl'a4: vigilanti accurratissimoq3 studio emēdata4: Argumentorū quoq3 novo4 praenotatiōe succincte et dilucide exposita4. atq3 opa magistri Iohānis de Amerbach civis Basilieū.

Digitized by Google

pfecta4 : Anno dñi etc. etc. xciij. (sic) Foeliciter explicit. *Sequitur* Precipua4 sentẽtia4 ac materia4 annotatio. In folio..... **II. F. 1.**

Maittairus Tom. I. pag. 563. Freytag Adpar. Tom. II. pag. 873 et Clement Tom. II. pag. 264, rarissimam adpellant praesentem editionem: et *Io. ludolphus Bunnemannus* in *Catalog. libr. rariss. pag. 23*, hanc editionem 109 thalerorum pretio aestimat.

—— De Civitate Dei. *Priores XII. plagulae a rubricarum Tabula occupantur, titulo huic subdita ;* Aurelii Augustini de civitate dei primi libri incipiunt Rubricae. *Tabula absoluta legitur :* Aurelii Augustini de civitate dei rubricae foeliciter expliciũt. *Opus nullo praecedente titulo exorditur folio XIII. hoc pacto* : NTEREA cũ Roma gotho4 irruptionẽ agẽtium sub Rege *etc. etc. Desinit in penultimae paginae columna II. lin. 6. et post duarum linearum spatium haec legenda extat typographica subscriptio* : AURELII. AUGUSTINI. doctoris egregii atq3 Episcopi ypponensis de civitate dei liber vicesimus secundus explicit contra paganos. Sub anno a nativitate domini. M. CCCC. LXVII. Pontificat. PAULI Papae secundi anno eius tertio. Tertio regnante Romano4 Imp^{o}atore FREDERICO. Indictiõe. XV. Die vero duodecima mensis Iunii.

GOD
DEO GRATIAS. AL

In folio..... ..... **XIII. G. 11.**

Editio princeps, quae inter rariores certe rarissima est, de qua legantur *Maitt. pag. 277. Audiffredus pag. 6. Laire pag. 125. Clement Tom. II. pag. 261.* Deest quidem loci nota, ac Typographi nomen; sed ex chartae, et characterum perfecta convenientia cum *Lactantio ann. 1465* non relinquitur dubitandi locus quin prodierit ex typographia *Conradi Sweynheym*, et *Arnoldi Pannartz* dum adhuc in Monasterio Sublacensi commorabantur. *Audiffredus* cit. loco interpretationem litterarum GOD. AL. suis viribus superiorem esse fatetur, quum opinionibus *Lairii*. et *Scriverii* adhaerendum non censeat. Ipsi namque autumarunt, quod Typographi germani per illa verba, germanicè quodammodo exprimere voluerunt, quod latinè his verbis : DEO GRATIAS *Audiffredus* verisimillimum existimat ea ad aliquem operarium, qui primo apud *Conradum*, et *Arnoldum*, deinde apud *Ioh. Philip. de lignamine* artem exercuit, referri. Litterae etenim illae occurrunt eodem modo ad calcem *Tractatuum Sixti IV. de Sanguine Christi*, in officina *Io. Philippi de Lignamine* impressorum. Editio est elegantissima, et secunda omnium Italarum editionum, quae chronologicam notam gerat. Voluminis hujus Excusor papyro candenti ac firmissima impressit characteres rotundos, sed gallo-franco modulo aliquantum appropinquantes : et ipse paginas duplici columna distinxit, et earum utramque 44. lineis constare voluit. Margines amplos, et vacuos prorsus reliquit, adeo ut notas custodum, signaturarum, et numerationis requirere vanum sit. Initiales ab Illuminatore spatiis adjectae sunt, et earum principes auro, coloribusque superbiunt. Princeps tamen pag. fol. XIII. ubi opus incipit, quae margines internum superiorem, et inferiorem floribus auroque insignos praesefert, duabus initialibus et stemmate gentilitio eodem pacto ornatis decoratur. Exemplar nostrum venustissimum, et optime servatum est.

—— Alia editio, *et ipsi praemittitur Index 14 foliorum, in quo ad formam Registri exhibetur verbum primum, a quo incipit unumquodque caput in decursu librorum. Tum. fol. XV.* Aurelii Augustini Hipponeñ epi. In libros de Civitate dei. Argumentum operis totius ex libro retractationum. *Sequitur* Prefatio in libros de Civitate dei Ad Marcellinum. v. Cl. *Ad calcem voluminis* :

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cõradus suueynheym. Arnoldus pãnartzq3 magistri.
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCCLXX.

Digitized by Google

In folio majori..... XIII. G. 9.

Editio Romana tertia hujus operis, quae differt quamplurimum tam a praecedenti, quam ab illa an. 1468; uti evidenter demonstrant *Fabricius Bibl. lat. lib. IV*, et *Audiffredus pag. 61*. Rotundo typo elegantissimo excusa est, qui lineas 46 in pag. integris occupat. Typographus, qui satis amplos reliquit margines, numeros fol. signaturas, custodes, et initiales litteras omisit; Miniculator vero caeruleo, et rubro colore capitum initiales litteras adjecit; primam vero cujusvis libri auro eleganter ornavit. Prima operis pag. duas litteras deauratas exhibet, quarum secunda effigiem S. Doctoris repraesentat: ornamentum vero in marginibus, flores avesque exprimit.

—— Alia editio, *cui praecedit Tabula XVI. fol. et post vacuum folium opus incipit, ad cujus calcem legitur*: Aurelii Augustini de Civitate dei liber XXII. et ultimus feliciter explicit. Impressumq3 est opus hoc Neapoli a diligenti magistro Mathia Moravo. Anno Christi. M. CCCC. LXXVII. In folio parvo. XI. A. I.

Editio elegantissima, et prima Neapolitana hujus operis, eamque laudibus extollit *Io. Albertus Fabricius in delectu Script. de verit. Relig. Christ. Cap. V. Num. XXII.*

—— Alia editio, *Italice. Capitum Tabulae primum locum totius operis obtinent; Tabulae vero I. b. titulus sic exprimitur:* Tavola et capittoli (sic) del primo libro dº sācto Augustino de la cita dº dio. *Pag. XXI. Tabulae praedictae complectuntur; postea una vacua occurrit, deinde opus, cui praefigitur Prologus ex lib.* Retractationum, *ut in lat. editionibus, hisce verbis contentus*: queste (sic) illibro di sancto Augustino de la cita didio il quale e diviso ī xxii. libri. quali sono īcōfusiōe del rito dilliddii de pagani et īlaude et reverētia della religione de xpīani cōmīcia il prologo tracto del secundo libro deleretractaciōe de Augustino: nel quale se cōtiene la ītenciōe cō la divisione de questo libro. *Inter finem operis, et brevem conclusionem* S. Augustini, *legitur*, DEO GRATIAS. In folio parvo.... XIII. C. 23.

Sine typographicis notis. Praesens editio describitur a *P. Paitono Tom. I. degli Autori volgarizzati*, et rarissima adpellatur: ignoratur tamen versionis Auctor, quamvis nonnulli *Iacobo Passavanti*, nonnulli vero *Nicolao Piccolhomineo* tribuant: ipsa utique locum habet inter Auctores dictos *de la Crusca*. Excusa est charactere rotundo parvo, sed nitido in duabus columnis expresso. Lineae 47 in columnis integris occurrunt. Numeri foliorum, initiales, et custodes desiderantur, signaturae vero adsunt. Libri, et Capita suos titulos habent.

Augustoduni Honorii. *Vide* Lucidario.

Avicennae. Metaphisica. *In I. pag. majori charactere haec expressa sunt*: Metaphysica Avicēne sive eius prima philosophia. *In III. pag. rubro charactere operi titulus praefigitur*: Incipit liber Avicēne de phīa p.ª sive scīa divina caplīī primū de inquisitione subiecti prime phīe ad hoc ut ostendatur ipsa esse de numero scientiarum. *Ad calcem legitur* FINIS, *exindeque*: Explicit metaphysica Avicēne sive eius p.ª phīa optime Castigata per Reverēdū sacre theologie bachalariū fratrē frāciscum de macerata ordinis minorum et per excelletissimū artiū doctorē dūm Antoninū frachātianū vicentinu phīam legentē in gymnasio patavino Ipssam Venetiis per Bernardinū Venetū expensis viri Ieronymi durāti. año dñi. 1495. Die 26. Martii. Registrum *his subiicitur, postea Typographi signum quadrangulari figura inclusum; scilicet schema ellipticum cuspide inferius praeditum; linea perpendicularis in duplicem crucem superius desinens in duas partes illud dividit, litterae* I. D. *hinc et illinc inscriptae occurrunt*. In folio..... VIII. E. 29.

—— De aīalibus per magistrum michaelem scotū de arabico in latinū translatus. *Haec extant verba in I. pag. In summitate II. fol. legitur titulus:* INCIPIT liber de aīalibus Avicēnae sūp lib4 de aīalibus Aristotelis trāslatus ab Arabico in latinū, per magistrum michaelem scotum, federice domine mundi Imperator, suscipe devote hunc librum. Michaelis scoti, ut sit gratia capiti tuo, et torques collo tuo. *Ad calcem*

Digitized by Google

lib. XIX. fol. 55 aversi legitur Explicit liber de animalibus Avicennae decimus nonus et ultimus. *Sequitur* Registrum hujus operis. In folio..... IX. G. 34.

Absque typograficis indiciis. Praesentem editionem memorant *Denis pag. 502. Rossi pag. 55, et Grass. 209.* Excusa est typo rotundo cum signaturis et pag. numeris, et litteris initialibus ligno incisis.

Auli Gellii. Noctes acticae, *ex recognitione* Io. Andreae Episc. Aleriensis, *et cum ejusdem Praefatione, cui nulla inest inscriptio, ad* Paulum II. P. M. *quae IX. fere occupat pag. Rubricae, seu argumenta capitum ad calcem voluminis habentur, et XIV. continentur foliis. Ad operis finem adjectum est carmen elegiacum ipsius* Aleriensis, *quod incipit*:

Aulia (sic) mi quondam predigna volumina clausa
Te pandente forem: iam Theodore lego.

et desinit Sede Petri Veneto Paulo florente secundo
Egimus hec Rome gratia summa deo.

Infra hoc carmen, cujus versus sunt 38, *posita est sequens subscriptio:* Anno Christi. M. CCCC. lxix. Paulo regnante. II. Anno eius. V. die vero. XI. mensis Aprilis. In domo Petri de maximis. In 4. majori ..... XII. . 13.

Editio princeps, Exemplar vero splendidissimum, atque integerrimum. In hac editione, sicut et in ceteris omnibus, VIII. liber deest. *Aldus* in sua editione summam capitum ejusdem, ex vetustissimo exemplari excerptam, inseruit, quae deinde in alias propagata est.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula capitum, et lib. fol. XIV. Opus, quod absoluta Tabula immediate incipit, haec pro titulo verba in fronte exhibet:* AULI GELII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARII LIBER PRIMUS. *Ad operis calcem:* AULI GELII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARII FINIS: IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAUM IENSON GALLICUM FELICITER. M. CCCC. LXXII. NICOLAO TRUNO DUCE VENETIARUM INCLYTO. In folio..... XI. F. 8.

Editio elegantissima, et parum obvia, cum litteris initialibus depictis, et auro ornatis; tota itidem pag. I. figuris, et aureis ornamentis expolita.

B A

Balbi, Ioannis de Ianua. Catholicon *In fronte I. col. fol. I. titulus rubro colore excusus hoc pacto habetur*: Incipit sūma que vocatur Catholicon edita a fratre Iohanne de Ianua ordinis fratrum p̄dicatorum. *In hoc* Catholico *vel* Summa *comprehenduntur* Grammatica, et lexicon. Grammatica, *quae praemittitur, sic incipit*: Partes siquidem grāmatice sunt quatuor scilicet orthogphia ethymologia diasintastica et prosodia. Grammatica *constat foliis 64.* Vocabolarium *incipit ab A. et desinit cum vocabulo* Zozimus; *dein sequitur*: Immensas omnipotenti deo patri et filio et spiritui sancto graciarum referimus actiones etc. etc. *et desinit cum sequenti clausula.* Altissimi presidio cuius nutu infantium lingue fiunt diserte. Qui q3 nūo sepe ꝑuulis revelat quod sapientibus celat. Hic liber egregius. Catholicon. Dn̄ice incarnacionis annis M. cccclx. Alma in urbe maguntina nacionis inclite germanice. Quam dei clementia tam alto ingenij lumine. Dono q3 ḡtuito. ceteris terra4 nacionibus preferre. illustrareq3. dignatus est. Non calami: stili. aut penne suffragio. s3 mira patrona4 forma4 q3 concordia ꝑporcione et modulo4 impressus atq3 confectus est —— Hinc tibi sancte pater nato cū flumine sacro. laus et honor dn̄o trino tribuatur et uno Ecclesie laude libro hoc catholice plaude. Qui laudare piam semper non linque mariam. DEO GRA-

Digitized by Google

CIAS. *In sequenti pag. penultima* sequitur tabula rubrica4 hujus voluminis. Et p̄mo de ortographia I. de littera II. de diphtongis III. etc. etc. *ultima verba hujus pag. sunt:* de synecdoche cxxvii. *Pag. ultima numerat solummodo in I. col. lineas* 8. *et duae ultimae lineae sic habent*: Quinta ps huius opis tractat de ethimologia rectū littera4 alphabeti ordinem tenens cxxxiiij. In folio majori XII.H.6

De hac celebri, et rarissima editione fuse locuti sunt omnes Bibliographi, et Annalium typographiae Scriptores, ejusque descriptionem exhibuerunt; sed cum tantis discriminibus de ejus Impressore, ut non facile sit illum praenuntiare. Typis *Guttenbergii* impressum esse codicem hunc post *Schwartium Docum II. pag. 12* asseruit *Meermann Origin. typogr. II. pag. 95, not. 9.* Verosimilius autem aliis visum est prodiisse illum ex *Fausti Schoefferique* officina. Interim typos a Faustinis et Schoefferianis differre certissimum est. Conveniunt potius cum illis, quibus postea *Nicolaus Bechtermunze* imprimere solebat, qui instrumenta *Io Guttenbergii* a *Conrado Homery* redemisse putatur. Non plane itaque improbabilis est illorum sententia, qui hoc opus *Guttenbergio* vindicant. Excusum est rudiori charactere gallo-franco, ac duplici columna expresso in charta firma, alba, et levigata. Columnae integrae constant lineis 66. cum spatio inter ipsas, et marginibus satis amplis. Numeri paginarum, signaturae, et custodes desunt. Interpunctionis signa, praeter puncta, non reperi; et abbreviaturae quamplurimae passim in volumine occurrunt. Pro initialibus spatia tantum extabant, priusquam Minicularius easdem variis coloribus affabre adpinxisset. Foliis 373 impressis constat opus integrum; et nostrum exemplar eximiae venustatis, extat optime servatum, ac gallico more compactum.

—— Alia editio. *In I. Colum. folii I. recti legitur*: Incipit sūma que vocatur catholicon edita a fratre Iohanne de ianua: ordinis fratrū predicato4. *Ad calcem ultimi folii recti typographica nota extat hoc pacto:* Finit opus preclarū dictū catholicon: editū a fratre Iohanne ianuensi ordinis fratrū predicatorum q̄3 diligentissime emendatū atq3 correctū: Et impressū Venetijs ingenio ac impēsa Hermanni liechtenstein Coloniensis: Anno natali dñi. M. cccc. lxxxiij. octavo kl'as octobris etc. LAUS DEO. *Sequitur* Registrū charta4. In folio IX. D. 9.

Bandellis Vincentii de, a Castro novo. Libellus recollectorius de veritate conceptionis Beatae Virginis Mariae. *Praecedit Nuncupatoria* Ad generosum Comitem Petrum de Gambara, *quae terminatur in I. colum. fol. II. aversi, et in II. colum. ejusdem fol. cernitur* Tabula Capitum, *quae XII. occupat colum. in sequentibus foliis. Tum* Incipit libellus recollectorius auctoritatum de veritate cōceptionis beate virginis gl'iose. *Ad calcem II. col. penultimi folii aversi legitur:* LAUS DEO. Explicit valde utilis libellus recollectorius de veritate cō-ceptiōis beate virgīs Marie īpres' mediolani dñante Felicissimo Galiaz maria vicecomite duce quinto p̄ Christoforū Ualdarfer Ratisponensem Anno domini i475. *In sequenti pag. occurrit Registrum.* In 4 parvo..... XIII. B. 6.

Admodum rara est haec editio, ex indicio *Davidis Clementis* in *Biblioteque Curieuse historique, et Critique Tom. II. pag. 396. Saxii Hist. liter. Mediol. pag. 563. Strauss. Monum. pag 120.* ac aliorum Bibliographorum. Etsi opusculum istud nomen Auctoris non praeferat, certum est editum fuisse a *Vincentio Bandello*, Magistro Generali Ordinis Praedicatorum; id enim apertè profitentur *Echard, Quetif*, ac alii Scriptores Bibliothecae ejusdem ordinis. Novum maecenatem epistolae nuncupatoriae hujusmodi editionis cudit *de Bure Tom. I. pag. 23.* quam non satis observasse videtur, dum scribit: *Il commence par une dedicace adressée a Pierre Cosme de medicis;* dum in epistola dicitur, *Generose Petre. Comes. Magnifice.* Quod autem ille *Petrus*, cui opus nuncupatur, fuit *de Gambara*, et non *Medicaeus*, constat ex iis, quae referunt *Saxius pag. 459. Mittar. pag. 272. Clem. Tom. II. pag. 396*, et *Denis pag. 44.* Opus excusum est caractere semi-gallo-franco, quadrato, ac minuto, duabus columnis impresso, sine signaturis, paginarumque numeris, et custodibus.

Bangio Iacopode. Aquilanus. Trattato delle scommuniche papali, e Vescovali. *In I. pag. occurrit tabula, cujus titulus:* Incomenza la tabula dello sequente nobilissimo tractato de tutte censure et pene che pone la sancta matre ecclesia. cioè excōicationi. suspensioni. interdicto. et irregularitati. in quelle necessarie. et

Digitized by Google

colle vere cotationi et testi. tutte cōpilate et ordinate dallo venerabile religioso frate Iacobo de bangio dellaquila dellordine de frati minori. allaude et gloria della divina majesta. et per salute et doctrina delle vulgari et dīote genti. feliciter. *Absolvitur Tabula fol. II. et in III. recto* Inconmeneza (sic) lo prologo sopra ro tractato delle exconmunicationi p̄pali et vescovali. Compilate et ordinate in tereza (sic) rima vulgare. dallo veñabile et Religioso fratre Iacobo de Bagio dellaquila e dellordine d⁹ fr̄i minoī Allaud⁹ et gl⁹ia dello et⁹no dio et p̱ salute et doctrīa delle vulgari et dīote p̱sone feliciter. *Prologus terminatur in postica pag. et in sequenti fol. IV. opus incipit a versibus.*

A me venuta voglia con gratiosa
Rima narrare per tenere a mente
Una gentil materia et luminosa.

Ad calcem opusculi subnectitur lo registro.

In 4.°..... XI. B. 9.

Opus excusum est duplici charactere semi-gallo-franco rudiusculo; carmina nempe exprimuntur typo majori, minori vero explanationes. Custodes, et numerationem foliorum omisit Typographus, qui in marginibus inferioribus signaturas adposuit. Initiales litterae parvis elementis excusae, variis coloribus a minicularío illitae adparent. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Hyacinthus Sbaralea in supplem. Wandinglii, pag. 366. Toppius in Scriptor. Regni Neap. I. pag. 107. Mazzucchellius pag. 60, et Franchinus in Bibliosoph. n.° 159*, qui annum, locum editionis, et Typographum ignoraverunt. Utrum praesens editio praecesserit celeberrimae Aquilanae editioni Ann. 1482. haud definire valeo.

—— Lo septenario. *Est opella carmine italico scripta, quae hisce versibus terminatur:*

Va dunche opprecta mia nova et piacente
ad quil reverendissimo signore
che trivia dipinge si lucente
Et diteli chel suo frate minore
dellaquila Bangese al suo comando
composta ha questa solo per suo amore
Cosi lo vegia nel supremo scando
dove gia fu il suo patruo pio
et poi nel cielo empireo triumfando
Collanime che son piu presso adio Amen.

Finisce lo septenario cōposto p̱ religioso frate Iacobo Bangese del Aquila del ordine de sancte francesco! stampato in Aq̱la M. cccc. lxxxii. *In postica facie ejusdem folii legitur Canticum* Magnificat *italicis versibus exaratum* In 4. XI. B. 11.

Aquilanam hanc editionem magno in pretio habendam esse annotavit *cl. P. Amoretti*, qui eam descripsit, et cujus verba hic referre non abs re erit: *Questo Settenario è un opusculo italiano, che occupa quasi otto fogli, non ha numeri, nè segnature, nè richiami, nè registro .... La data è al diritto dell' ultimo foglio*; *e a tergo si legge la traduzione del Cantico* Magnificat *in undeci terzine: come pure in terzine è l' opera, chiamata* Septenario, *perchè ha per soggetto varie cose, che hanno il numero di sette, per esempio*: Son secte i sagramenti della chiesa ... Et secte son li sacri doni et fructi .... li peccati .... li doni .... etc. etc. *in tutto circa settanta, che a luogo a luogo egli descrive. Parla l' Autore negli ultimi versi* (supra notatis) *al Cardinale di Siena Francesco Piccolomini nepote per parte di sorella di Papa Pio II; da cui nel 1460 fù creato Cardinale, e adottato nella propria famiglia Piccolomini, che ha nello stemma gentilicio cinque lune sulla Croce. Il notabile e singolare di questa dedica si è, che corrispose l' evento all' augurio, mentre il meritevolissimo Cardinale nel 1503 fù innalzato al Trono Pontificio e fessi chiamare Pio III. È da osservarsi nell' opusculo non esservi nè punti, nè virgole, il Carattere è tondo, e se non m' inganno, è lo stesso che adoprò Adamo de Rosthwill nella stampa della Cronica di S. Isidoro pur nell' Aquila in quest' istesso anno.* Haec cl. P. Amoretti.

Digitized by Google

Barbari Hermolai. Castigationes Plinii primae, et secundae, et Castigationes Melae Pomponii. *Prima pag. gallo-franco typo haec legenda praebet*: Castigationes Plinii Hermolai Barbari. *Epistola nuncupatoria extat in III. pag. cum epigraphe* Hermolai Barbari Patricii Veneti. P. Aquileientis in castigationes Plinianas ad Alexandrum sextum Pontificem maximum Praefatio. *Data est* Octavo Kalendas sempembris (sic) mccccxcii. *Brevis ad lectorem admonitio in iv. pag. occurrit, in v. vero incipiunt* Castigationes Plinianae Hermolai Barbari Aquileiensis Pontificis, *quas praecedit introductio quaedam ad varias codd. lectiones spectans. Ad calcem priorum* Castigationum *legitur*: Finis Castigationum Plinianarum Hermolai Barbari. Ad laudem Dei Omnipotētis. *His subiicitur* Registrum, *et post III. vacuas pag. adcedit* Hermolai Barbari in Plinianas Castigationes secundas Praefatio. *Sequitur post secundas Castigationes*, Hermolai: Barbari: In Pomponium Melam Ad Alexandrum Sextus Pont. Maximam Praefatio. *Glossemata* Plinii *alphabetico ordine digesta cum praefatione ad eundem Pontificem* Castigationes *excipiunt*, *et haec sequitur Monitio*, *cui titulus*, Hermolai Lectori: *hacque absoluta*, *legitur*, Finis, *deinde*, Finiunt Hermolai Barbari Patriarchae Aquileiensis Plinianae Castigationes: Item Aeditio (sic) in Plinium secunda: Item Emendatio in Melam Pomponium: Item Obscurae cum Expositionibus suis voces in Pliniano codice. In folio..... IX. H. 20.

Absque indicio loci, anni, et Typographi. Videtur editio *Eucharii Silberii* Romani Typographi, et *Denis in Supplem. pag. 504* ac alii quamplurimi Bibliographi eam prodiisse dicunt anno 1492. Character est rotundus, et lineas 60, in quavis pagina complectitur. Signaturae occurrunt, minime vero custodes, et foliorum numeri. Initiales parvis litteris expressae sunt: graeci characteres opportune excusi inveniuntur, et in ora superiori marginis libri indicantur.

—— ORATIO HERMOLAI BARBARI ZAC. F. LEGATI VENETI AD FEDERICUM IMPERATOREM: ET MAXIMILIANUM REGEM ROMANORUM PRINCIPES INVICTISSIMOS. *Is titulus occurrit in fronte 2. pag. Oratio terminatur hisce verbis:* DIXI. Acta. iii. Nonas Augusti ad Brugas sive Gesoriacū. M. CCCC. LXXXVI. *Adcedit* Hermolai *epistola*, *quae incipit*: Hermolaus Barbarus. L. carondeleto supremo Regis Romani secretario. Salutem P. D. *In fine*: Ex brugis. Pridie nonas augusti. M. cccc. lxxxvi. In 4.° ..... XIII. A. 23.

Absque notis typographicis. Constat opusculum foliis 8, eleganti charactere rotundo impressis, qui lineas 30 in pag. integris occupat. Externi marginis orae notulis sunt refertae, et custodes, foliorum numeri, signaturae ac initialis littera prorsus desunt. Haec oratio reperitur apud *Braun P. II. pag. 34*, quae Norimbergensis ex typis *Petri Wagner* ab ipso putatur; alia vero apud *Denis pag. 208* Brugensis; nostra vero Romana est; sed tota diversa ab illa, quam notat *Audiffredus pag. 276*, qui eam describit charactere gothico impressam, forsan a *Stephano Plannck.*

Bartholi de Saxoferrato. *Vide* Saxoferrato.

Barzizii Gasparini Bergamensis, *vel* Bergamensis. Orthographia. *In I. pag. gallo-francis formis excusa leguntur:* Orthographia Clarissimi Oratoris Gasparini Bergamensis de verbis quibus frequentior usus est et in quibus sepius a recta scribēdi via deceditur: et tam de compositis q3 simplicibus penes ordinem litterarum: nequis in querēdo falli possit: ac de diphtongis et ratione punctandi. *In pag. III. incipit opusculum hoc pacto indicatum*: ORTHOGRAPHA GASPARINI BERGAMENSIS. *Absoluta* orthographia, *sequitur* Vocabularium, *et ad calcem legitur.* Finis. In 4.°..... IX. R. 15

Sine Typographica nota. *Denis in Suppl. pag. 569*, editionem hujus opusculi fortasse Parisiensem anno 1470 posteriorem putat; sed argumenta satis valida id non evincunt. Character rotundus est, et lineas 39 in paginis integris complectitur. Desunt custodes, et foliorum numeri; quod de signaturis haud dicendum est. Initiales vel ligno excusae sunt, et quadrato inclusae; vel semper vero gallofrancae sunt.

Digitized by Google

S. Basilii *Magni*. Liber de liberalibus studiis et ingenuis moribus per Leonardum Aretinum ex Graeco in latinum conversus. *Vide* Censorinus. VIII. C. 5.

—— Oratio de Invidia per Nicolaum Perottum traducta=*Eiusdem* Epistola de vita solitaria ad Gregorium Nazanzenum per Franciscum Filelphum e graeco traducta. *Extat cum* Censorino..... X. B. 2.

—— Oratio ad Adolescentes de legendis antiquorum seu gentilium libris. Latine. *Vide* Vergerii Petri..... IX. B. 49.

—— Regula S. Basilii egregium sane diviūq3 opus: christianis oĩb3 religiosis ꝟ.° q3 maxime convenientissimum. *Haec in fronte. Regula ex* Ruffini Praesbyteri interpretatione, *subiicitur* Vitae S. Basilii. *Vide* Regulae quatuor ordinum Religiosorum..... XIII. A. 1.

Baveriis *Ioannis Baveri de*. Regimento degno et utilissimo come il homo si debbe governare et preseruarse nel tempo de la peste. Composto pel famosissimo homo Maestro Bavera da Bologna. *Haec in fronte; in Calce*: Impressum Bononie per magistrum Iohannem schiuer. Impressorem Bononie anno domini M°cccc°lxxviii°. die 17 decembris. In 4°..... XII. B. 49.

Editio neque ab *Haymo*, neque ab aliquo alio hactenus citata; et mirum est quod opusculum etiam ignoraverint non solum *Tiraboschius*, et *Mazzuchellius*, verum et *Orlandus*, et *Fantuzzius* in *Historia Scriptorum Bononiensium*.

Baysio Guidonis de. Rosarium decretorum. *In fine*. Explicit Rosarium domini Guidonis Archidiachoni Bonon. Super decreto. Impressum Argentine Mcccclxxiii. In fol. Tom. IV. In. 4.°..... V. H. 1-4.

Sine Typographi nomine. Praeit epistola auctoris ad *Gerardum episcopum Sabinensem*.

—— Alia editio: *In calce*: Impressum per venerabilem virum dominum Simonem Nicolai de Luca cujus nomine et auctoritate dominus Nicodemus de Cardelio Lucensis presens opus rexit et gubernavit Rome anno domini millesimo cccclxxvii In fol..... V. H. 5.

—— Alia editio curante Petro Albignano Trecio. *In fine*: Arte et industria Rainaldi de Novimagio ex Germania ortum ducentis. Venetiis pridie idus decembris Anno salutis dominice Mcccclxxx..... In fol. V. H. 6.

—— Exemplar alterum..... V. H. 7.

—— Exemplar tertium..... V. H. 8.

—— Alia editio. *In calce*: Impressum. Venetiis per Nicolaum Ienson. Mcccclxxxi tertias nonas Apriles. In fol..... V. H. 10.

Praecedit *Francisci Moneliensis* in Archidiaconum super decretis a se castigatis Epistola: insuper ejusdem *Guidonis* epistola ad *Gerardum episc. Sabinensem*

—— Alia editio. Venetiis per Baptistam de tortis Mcccclxxxiii die primo Maij. In fol. alt..... VII. F. 3.

—— Alia editio: *In calce*: Impressum mediolani per magistrum Bernardinum de castellione et Iacobum de la Ripa socios anno salutis Mcccclxxxx. die XXIII. decembris In folio..... V. H. 9.

Digitized by Google

B E

Beccadelli Antonii. Epistolae. In fol..... XI. C. 21.

Sine ulla nota. Editio Neapolitana ex officina *Sixti Riessinger* eximiae raritatis. Exemplar nitidissimum.

Becichemi Marini. *Scodrensis.* Variarum observationum collectanea. *Dicantur* Antonio Contareno. In fol..... X. F. 23.

Sine ulla nota. Char. Rom. Edit. Saec. XV. Vide *Maittairum pag.* 754.

Begani Augustini. Vaticinium anni 1499 ad Io. Baptistam Abiosum et ipsius Abiosi Responsio. *Praecedit*: Augustini Begani Veronensis exhortatorium ad astronomiam Carmen. *In calce*: Completum opus Tarvisii per astronomie Discipulos d. Ioannis Abiosi arcium et medicine doctoris astrologie3 ꝑfessoris cū sua responsione ad eos: die ultima Ianuarii 1499. In 4.°..... X B. 31.

Belle-veüe Armandi. *Vide* Bellovisu Armandi.

Bellovacensis Vincentii. *Vide* Vincentii.

Bellovacensis Petri. *Vide* Petri.

Bellovisu Armandi de. De declaratione difficilium terminorum tam theologie q. Philosophie ac logice. *In fine*: Explicit liber Armandi die penultimo Maii a Deo Gratias Amen.
In fol..... VII. A. 3.

Sine ulla typographica nota. Praefixa est epistola prooemialis ad *Ioannem Episcopum Brixiensem.* Integrum hoc opus latino charactere minuto impressum est, et litterae initiales capitulorum sunt coloribus rubro, et caeruleo illuminatae: Bibliographi fere omnes, quatuor tantum *Armandi* editiones enumerant, duas scilicet *Basileae 1491*, ex typis *Michaëlis Wensler in 8.°* tertiam *Coloniae* per *Henricum Quentel* 1499, in 4.° et quartam *Lugduni Nicolai Wolff* 1500. in 4.° Hanc autem in folio sine ulla nota, putamus fuisse ipsis ignotam.

Bembi Boniphatii *Brixiani.* Nervae Coccei. Vulpiiq3 Traiani Vita ex Dionis reliquiis. ad Franciscum Cardinalem Picolhomineum. In fol. p.... XII. C. 32.

Sine ulla nota. *Vide Audiffredi Catal. pag.* 325. qui editionem hanc refert ad annum 1493. Extat enim in primo folio brevis Auctoris epistola ad lectorem data VII. Augusti. M.CCCC.XCIII.

S. Benedicti Abbatis Regula *cum expositione* Cardinalis de Turrecremata, et Regulae S. Basilii, S. Augustini, S. Francisci. *Adcedit*: Vita S. Benedicti ex secundo libro dialogorum S. Gregorii Papae, *cui subditur Epistola editoris, cuius titulus rubro colore haec exprimit*: Reverendo in christo patri d. d. Ioanni Cornelio Veneto abbati digniss. sācti Georgii majoris Venetiarūm: necnō congregationis scē Iustine de Padua ordinis scī Benedicti de observātia benemerito presidēti: Ceteris insup⁹ eiusdem sacre religionis primariis patrib⁹ Lucas Antonius de Giunta Florentinus officium pariter: et affectum suum cōmendat.

Digitized by Google

Sequitur Excerptum chronicae S. Antonini ad ortum et incrementum congregationis scē Iustine: *deinde* Epistola d. Arsenii ad Cardinalem expositorem et cardinalis responsio, *eiusdemque* laudes S. Benedicti et Regule ipsius. *Ad calcem*: Collecta atq, ordinata sunt hec omnia per d. Io. Fran. Brixianum Monachū: Congregationis scē Iustine ordinins (sic) scī Būdicti de observantia: ac per eundem iterum atq iterum emendata: pervisaq3 diligēter. Ad oīpotentis dei laudem cūctoruq3 iucunditatē et cōmodū devoto3 *Deinde*. Adsoluta ℣.° Venetiis felicibus auspiciis divi martiris Georgii: nec non Monacho3 cenobii ipsius īvictissimi christi militis nomini digne addicati. Cura et impensis nobilis viri lucᵉ Antonij de Giunta Florēntini. Arte et solerti ingenio Magistri Ioannis de spira. Anno salutis dominice. M. ccccc. Idibus Aprilis. Deo gratias. *Insuper Carmen legitur, cujus titulus* liber ad Lectorem.

In 4..... XIII. A. 1.

Initiales florentes, et xylographice, ut plurimum, impressae, interdum capitalibus formis absque ullo ornatu, nonnunquam vero parvis indicatae adparent, vel prorsus desunt. Pagina voluminis princeps rubro charactere Monitum ad Lectorem legendum praebet. Lilium *Florentinae* Reipublicae inter litteras *L. A.* quadrangulo inclusum, ac rubri coloris his subiectum visitur, quod insigne est *Lucae Antonii Iunctae.* In tertia pagina tabula xylographica adparet, quae *S. Benedictum, et S. Scholasticam* exhibet: post excerptum *chronicae S. Antonini* alia tabula ligno excusa cernitur, in qua *S. Benedictus* inter *Maurum* et *Placidum* discipulos similiter adparet; *Deus* in sublimiori parte, monachi genuflexi ad pedes visuntur: ac tandem post *Regulam* alia parva tabella cernitur, cum ornamento haud ineleganti ligno inciso, in qua *SS. Benedictus, et Iustina visuntur.*

—— Exemplar alterum..... XV. C. 5.

Benedicti Alexandri. Diaria de bello Carolino in Italia gesto per Carolum VIII. Contra Venetos anno 1495-Libri 11. Primo, Pugna Tarrensis, Secundo Novariensis Expugnatio describitur. Venetiis (*Aldus*) M. IIID. Sexto Cal. Septembris. In 4.°..... XVII. G. 5.

Benedictis Benedicti de. *In fronte*: Excellentissimi ac famosissimi utriusq3 iuris doctoris Dūi Benedicti de benedictis de Perusio Consilia utilissima ac cotidiana sup materia ultimarum uoluntatum feliciter incipiunt. *In calce*: Excellentissimi ac Famosissimi V. I. Monarce domini Benedicti de benedictis de Perusio Consilia utilissima et cotidiana sup ultimis voluntatibus Perusii impressa feliciter expliciunt. Laus deo Sub anno a nativitate dūi Millesimoquadrigentesimoseptuagesimosexto. die uero xxvii. Mens. Iunii. In fol. atlant..... VII. C. 19.

—— Exemplar alterum..... VII. F. 19.

Editio rarissima bibliographis incognita. Vide *Vermiglioli Principj della stampa in Perugia, pag. 140. et seq.*

Benevolentii Bartholomaei. De luce et visibili paradoxon. In 4.°. XIII. A. 52.

Sine ulla nota. Praecedit auctoris epistola nuncupatoria cum sequenti inscriptione: *Magnifico ac sapienti Viro Laurentio de Medicis Bartholomeus Benevolentius Senensis.* S. Data est *Romae Kalen Julii's M.cccc.lxxxi.* Editio haec Romana videtur, ut ex charactere minusculo perquam nitido cruitur. Opusculum hoc inter perrara adnumerandum est, ita ut *Peccius, et Mazzuchellius* ineditum crediderint.

Ben Gerson. R. Levi: *Vide* Gersonidis.

Benivieni Hieronymi. Bucoliga, *sive Eclogae VIII. italicis rhythmis, vul-*

Digitized by Google

go Terzine. Praeit Auctoris epistola. Allo Illustre Signore Iulio da Varano Signore di Camerino. *In calce*: Impressum Florentiae per me Antonium Bartolomei Miscomini. A. D. M. cccc.lxxxxi. die. primo februarii. Feliciter. In 4. Extat cum *Eclogis Virgilianis a* Bernardo Pulcio *traductis, et aliis huiusmodi metricis opusculis*..... ..... XII. A. 70.

—— Commento sopra a più sue canzone et Sonetti dello Amore et della Beleza divina. Firenze per S. Antonio Tubini et Lorenzo di Francesco Veneziano, et Andrea Ghyr da Pistoia. A dì viii di septepbre (sic) Mccccc. In fol. XI· G. 30.

Bentii Hugonis *Senensis.* Expositio super aphorismos Hypocratis et super comentum Galieni eius interpretis. Venetiis impr. mandato et sumptibus Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Decio (sic) Kalendas Junias 1498. per Bonetum Locatellum Bergomensem. In fol..... IX. F. 13.

Tractato utilissimo circa la conseruatione de la sanità. *In calce*: Exactum est hoc opus Mediolani cura et diligentia Petri de Corneno mediolanensis M.cccc.lxxxi Pridie Kalendas Iunias Iohanne Galleacio sforcia Vicecomite principe nostro invictissimo dominante. In 8.°..... XII. A. 50.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 66.

Bercorii Petri: Repertorium morale perutile predicatoribus In fol. VI.E.3.

Prima pars continet dictiones his litteris incipientes: A. B. C. D. Aliae duae partes desunt in nostra Bibliotheca. Editio haec prodiit ex typis *Anthonii Koberger civis Nurenbergensis* anno 1499.

Bergomensis Gasparini. *Vide.* Barzizii.

Bergomensis Iacobi Philippi. Supplementum Chronicarum. *Infine*: Impressum autem hoc opus in inclita Venetiarum civitate; per Bernardinum de Benaliis anno salutis nr̄e 1483 die 23 Augusti. In fol..... XIX. G. 17.

Editio originalis. Praeit ad *magistratum Bergomensem in omnimoda historia novissime congesta chronicarum supplementum appellatum: Prologus.*

—— Alia editio: Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia anno domini M. ccccIxxxv. die primo decembris. In fol..... XIX. G. 8.

—— Alia editio: Venetiis per Bernardinum de Benaliis bergomensem anno 1486 die 15 decembris. In fol..... XIX. G. 19.

—— Alia editio: Venetiis per Bernardum Ricium de Novaria anno a Natiuitate domini M.cccclxxxx. die decimo quinto madii. In fol.... XIX. G. 20.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 21.

—— Exemplar tertium..... XIX. G. 22.

—— Alia editio. Venetiis per Bernardinum Ricium de Novaria anno a Nativitate domini M.cccclxxxxii. die decimo quinto februarii. In fol. XIX. G. 23.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 24.

—— Exemplar tertium..... XIX. G. 25.

—— Exemplar quartum..... XIX. G. 26.

Digitized by Google

—— *Italice*. Venetiis per Bernardinum Ricium de Novaria anno 1491. a dì 8 de Ottobrio. In fol..... XIX. G. 27.

—— De plurimis claris sceletis (sic) mulieribus. *In calce*: Opus de claris selectisq3 plurimis mulieribus a fratre Io. Philippo Bergomense editum explicit: maxima cum diligentia reuisum et castigatum per Reueren. sacre theologie doctorem Magistrum Albertum de Placentia et fratrem Augustinum de Casali maiori eiusdem facultatis Baccalarium ordinis minorum: Ferrarie impressum. Opera et impensa Magistri Laurentii de rubeis de Valentia. Tertio Kalen. Maias. Anno salutis nostre M. ccccIxxxxvij. Religioso Inuictis. q3. principe: Diuo Hercule: Duce secundo: Ferrariensibus legiptime (sic) Imperante. In fol..... XII. H. 46.

Prima pagina exhibet imaginem auctoris, et *Beatricis* Ungariae Reginae, cui opus inscriptum est; aliae vero paginae habent pariter figuras ligno incisas, ac literas initiales. Editionem cum nota anni M.CCCCXXXXIII. cum figuris Apocrypham esse autumat *Maittairus*, aliique Bibliographi.

Exemplar alterum..... XIX. I. 22.

Bergomo Petri de: Tabula super omnia opera diuini doctoris D. Thomae Aquinatis. *In fine*: Anno domini M.cccclxxiii die undecima martii ex officina Baldasaris azoquidi Ciuis Bononiensis. In fol..... XIII. C. 14.

—— Exemplar alterum..... II. C. 4.

—— Exemplar tertium..... II. E. 4.

—— Alia editio. Venetiis per Iohannem Rubeum 1497. Tertio Idus Maii. In fol..... II. H. 6.

—— Exemplar alterum..... II. H. 13.

—— Exemplar tertium..... II. H. 23.

—— Exemplar quartum..... II. H. 24.

—— Ethimologie. *In calce*: Reuerendissimi dn̄. D. Petri de Bergomo precipui theo° professoris Conclusion. Ethimologie finiunt. in quibus angelicus doctor Sant9 Thomas de Aquino qn̄q3 sibi uidetr contradicere: licet subtili9 considerantibus hec luce existant clariora. Impressūq3 Venetiis ē opus hoc a D. Gabriele de Taruisio Anno Christi. 1476.° In 8.°..... XIII. B. 48.

Editio elegantissima, et rarissima. Exemplar optimè servatum.

Berlingeri Francesco: Geografia italicis versibus expressa. *In fronte*:

IN QUE
STO VOLUME
SI CONTENGONO SET
TE GIORNATE DELLA GEOG
RAPHIA DI FRANCESCO BERLIN
GERI FIORENTINO ALLO IL
LUSTRISSIMO FEDERI
GO DUCA DUR
BINO

Digitized by Google

In fol. m. ..... XII. I. 18.

Praecedit in nostro exemplari tabula capitum, quae tres primas paginas complectitur; dum in aliis fere omnibus exemplaribus desideratur: deinde sequitur epistola metrica auctoris ad Fredericum ducam Urbinatem. Hanc editionem nonnulli ad annum 1478 referunt. *Mazzucchelius* vero ex obitu *Friderici ducis Urbinatis* coniicit an. 1480 forsan excusam fuisse. Caeterum editio rarissima haec, procul dubio ad primordia typographiae Florentinae, ad eosque libros pertinet, qui ex officina *Cenninorum* aurificum prodiere. Litterae principales, sicut et figurae vel tabulae geographicae aeri incisae, auro, et coloribus depictae sunt, et quidem eleganter.

Bernardi Abbatis Clarevallis. Sermones. *In calce colore rubro sic legitur:* Anno natiuitatis xpi. M.cccc.lxxv. decimaquarta die mensis aprilis In nobili urbe Maguncia, non atramenti calamo cannave, sed artificiosa quadam adinuentione imprimendi ac caracterizandi Sermones hos Beati Bernardi abbatis clareuallis cunctipotenti annuente deo Petrus schoyffer de gernssheym suis consignando scutis feliciter consumauit. In fol. m. ..... XIII. H. 2.

Editio duabus columnis impressa eodem charactere *franco-gallico*, quo *Biblia* annorum 1462 et 1472. Absque signaturis, et custodibus. Post subscriptionem extat insigne *Schoyffherr* rubro colore. Vide *Schollii Thesaurum Symboloium Typographorum.*

—— Expositio, sive sermones in cantica canticorum. Impressa per Nicolaum de Girandengis, papiae M.ccccLxxxii die xviii decembris existente Praetore ac commissario magnifico Almerico de Almericis viro dignissimo. In fol. I. E. 18

—— Exemplar alterum. ..... I. E. 19.

—— Exemplar tertium. ..... I. E. 20.

—— Italice. *In calce*: Finissono (sic) li morali sermoni fatti per il dicto sancto Bernardo sopra la cantica. Impressi a Milano per Magistro Enrico. Scinzenzeler todescho a di ultimo. del mese di zugno (sic) M.ccccLxxxiv. In fol. I. E. 21.

—— Modus bene vivendi: in quo continetur omnium virtutum summa ad christianam religionem necessaria. Ad sororem suam. *In calce*: Impressum Venetiis per Bernardinum de Benaliis Bergomensem, MccccLxxxxiiii. die xxx. mensis maij. In 8. ..... XIII. B. 30.

—— *Idem opus, Italice. Ad Calcem*: Impresso. In Firenze con summa diligentia per Ser Lorenzo Morgiani et Gio. di Maganza ad instantia di Ser Piero Pacini da Pescia. A di xxvii di gennaio M.CCCCLXXXXV. In 4. XIII. D. 23.

Post subscriptionem tria rectangula xylographica occurrunt, quorum medium aliis magnitudine praestat et *Pisciae* insignia exhibet, videlicet, delphinum erectum coronatum cum siglis *S. P. Sigillum Piscae* significantibus: in aliis scutum adparet secundum horizontem sectum, cuius pars inferior nigra, in superiori avis occurit, et in quolibet rectangulo circa extremitatem legitur, *Piscia. Paitonus* hanc refert editionem, sed auctorem versionis ignorare fatetur.

—— Exemplar alterum. ..... I. B. 27.

—— Alia Editio *Ad calcem.* Venetia per Iacomo de Ragazone de Asola dicto M.CCCC.XCVII. a di xxiv de marzo In 4.° ..... II. B. 18.

—— Speculum Beati Berhardi (sic) abbatis. De honestate vite. *cui proxime subjungitur:* Incipiunt octo puncta mediante (sic) quibus pervenitur ad perfectionem vite spiritualis. 4.° *Vide infra in collectione.* ..... XIII. A. 28.

Sine ulla nota. Opusculum est charact. *Stephani Plannk.* Vide *Audiffredi Catalogum Romanarum editionum Saec. XV. pag. 457.*

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... III. B. 18.

—— Liber meditationum. beati Bernardi : *In calce* : Explicit Liber meditationu3 beati Bernardi. Anno. M. cccc.xcij. Impressus Argeñ. In 8.° XIII. B. 56.

Editio elegantissima sine Typographi nomine. Exemplar optime servatum.

—— Opuscula divi bernardi abbatis clarevallensis. *Haec in fronte. Sequitur*: Philothei monachi : de vita et moribus divi Bernardi abbatis Clarevallis : congregationis Cisterciensis : ex ordine Beatissimi patris Benedicti Carmen encomiastieon. *In calce editoris sermo ad Lectorem occurrit, eique Typographus verba subdidit*: castigata sunt hec opera divi Bernardi Abbatis clarevallensis per venerabilem monachū dnm P. de Brixia. Impressaq: per Simonē Bivilaqua Papiensem Venetiis : ad laudem omnipotentis dei nec non et matris eius virginis marie. Quin etiam et divi Bernardi die xvii Octobris M. ccccl xxxxv. In 8.°..... I. B. 30.

—— Exemplar alterum..... I. B. 31.

—— Exemplar tertium..... I. D. 22.

—— Alia editio. *Ad calcem pariter legitur.* Castigata sunt hec opera divi Bernardi Abbatis clareuallensis per venerabilem Monachum Dominum. P. de Brixia. Impressaque per Angelum et Iacobum de Brittannicis Fratres in Alma Civitate Brixie ad laudem Omnipotentis dei nec non et matris eius virginis marie. Quin etiam et divi Bernardi die xviii.Martii. M. ccccl xxxxiiiij. In 8.°..... I. B. 33.

Editio haec eodem anno excusa ac precedens, sed illa minus, ut videtur, adornata.

—— Exemplar alterum..... I. B. 23.

—— Opus preclarissimum Epistolarum devotissimi beatissimiq3 Bernardi primi Clarevallñ q3 emendatū Castigatumq3 Feliciter incipit *Ad calcem:* Exaratum Basilee. Anno dñi Nonagesimoquarto super millesimum quaterque centesimum. Die vero prima mensis decembris. In fol..... I. E. 22.

Editio sine nomine Typographi.

Bernardini de Senis. *Vide* Senis Bernardini de.

P. Bernardi Petri. *Ordinis Carmelitarum.* Opusculum de sensu composito et diviso. Impressum Venetiis per Iacobum Pentium de leuco Anno domini M. ccccc die xx novembris. Regnante inclito Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe. In 4.° ..... VIII. B. 49.

Beroaldi Philippi. Annotationes in Autores Antiquos. *In fine* : Annotationes a Philippo Beroaldo editae Anno Salutis M.cccc.lxxxviii Impressae vero Bononiae eodem anno M.cccc.lxxxviii. In commune cum Benedicto hectoris librario et Platone de Benedictis impressore solertissimo Civibus Bononiensibus. Huic autem

Digitized by Google

provinciae ut emendate et diligenter imprimerentur prefuit Hieronymus Salius Faventinus litterarum litteratorumque studiosissimus. In fol..... X. H. 36.

—— Oratio de Felicitate habita in Enarratione Georgicon Virgilii et columellae. *Praeit*: Ad Illustrem Marchionem Iacobum Badensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola. *Ad calcem latina carmina occurrunt, quibus absolutis haec inveniuntur*: Opusculum hoc de felicitate luculentum impressoria Platonis de Benedictis Bononiae incude egregiis his caracteribus excusum Anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto calendis aprilibus lector amplectere et fove si felix esse cupis. In 4.°..... VII. B. 53.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 42.

—— Exemplar tertium..... VIII. B. 39.

—— Opusculum eruditum: Quo continentur Declamatio Philosophi Medici Oratoris De excellentia disceptantium. Et libellus de optimo statu: et principe: *In fine*: Impressum Bononiae per Benedictum Hectoris Bibliopolam Bon. anno dñi: M. III. d. Eid (sic) decemb. Io. Bētivolo feliciter regnante. In 4.°.. VII. B. 1.

—— Symbola Pythagore Moraliter explicata. In 4.°..... VII. B. 3.

Praeit eiusdem *Beroaldi* Epistola *Ad maximum Antistitem d. Thomam Cardinalem, et Archiepiscopum Strigoniensem.* Sine ulla nota. *Bononiae* tamen, ut putatur, circa an. 1500.

—— Declamatio lepidissima Ebriosi scortatoris Aleatoris de vitiositate disceptantium: condita a Philippo Beroaldo. *Haec in fronte*; *ad calcem*: Impressum Bononiae a Benedicto Hectoris diligenter et emendate Anno salutis Millesimo undequingentesimo. Illus. Io. Ben. Reip. Bononiensis habenas feliciter moderante. In 4.°..... VII. B. 1.

—— Carmen de die Dominicae Passionis. Impressum bononiae pridie calendas maii M.cccclxxxi. In 4.° ..... X. B. 15.

Sine Typographi nomine. Extat cum Politiano.

—— Orationes et Carmina. *In fine*: Expliciunt orationes et quamplures appendiculae versuum editae a Philippo Beroaldo Bononiensi. Impressae uero Brixiae Anno M. cccclxxxxvii. in cōmune ab Angelo Britannico librorum mercatore: cive Brixiano Solertissime editae. In 4.°..... IX. B. 35.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 36.

—— Oratio proverbialis. Impressa Bononiae per Benedictum Hectoris chalcographum accuratissimum Anno salutis M. undequingentesimo. die XVII. decembris In 4.°..... IX. B. 39.

—— Orationes multifariae et appendiculae versuum. Impress. lugdini (sic) anno M. cccc.xcii. iiii. septembris. In 4.°..... IX. B. 40.

Editio sine Typographi nomine.

—— Alia editio. Impressum a Benedicto Bibliopola anno salutis millesimo quingentesimo. Cal. Novembribus. In 4.°..... IX. B. 41.

—— Annotationes in commentarios Servii Virgiliani Commentatoris. Impressit Florentiae Antonius Mischominus. Anno salutis M.CCCCLXXXVIIII. XIIII Kalen. Ianuarias. In 4.°..... IX. B. 43.

Digitized by Google

—— Philipi (sic) Beroaldi Bononiensis nuptie (sic) Bentivolor3. *Haec in fronte, deinde epistola dedicatoria Auctoris ad Mecoenatem hoc titulo*: Ad Magnificum et ornatissimū uiru3 Bartholomeū Chalcū ducalem secretarium Philipi (sic) Beroaldi bū eplā. *Post epistolam leguntur hi versus*:

Quot celebrata fuit genialis pōpa diebus.
Per totidem scripta ē hec mihi pōpa dies.

In 4.°..... IX. B. 37.

Ad opusculi calcem nulla nota typographica, sed leguntur tantum hendecasyllabi, quos auctor ad ipsum suum Mecoenatem mittit. Uti videtur, editio haec prodiit ex officina *Hugonis de Rugeri* qui ab anno 1473, usque ad annum 1497. *Bononiae* typographiam exercuit. Habita ratione materiei, loci, et personarum, scilicet nuptiarum *Annibalis Bentivoli Bononiensis* cum *Lucretia Estensi*, probabiliter anno 1487 opusculum hoc excusum fuit; nam eo anno nuptiae celebratae fuere.

Berosi Babylonici. De Temporibus cui titulus est defloratio Berosi Chaldaica. Hunc autem librum scripsit Atheniensibus ad emendandos Antiquitatum complures errores. *Haec in fronte, ad calcem vero*: Impressit Bernardinus Venetus Anno a Natali Christiano. M. IId. *Vide* Auctores vetustissimi. XIX.F.10.

Bertacchini Ioannis. Repertorium utriusque Juris. Partes III. *In fronte primae partis, quae comprehendit alphabeti litteras ab* A ad E *inclusive, legitur*: Divo Sixto IIII. Pont. Maxi. Repertorium Iuris decisiōu3 Iohannes Bertachinus de Firmo U. iu. doc. a se editum dono dedit. *In calce*: Finit prima pars solemnis repertorii utriusque Iuris editi p̄claro utriusque juris doctore dn̄o Iohanne Bertacchino de Firmo divi Sixti pontificis bn̄ficio advocato consistoriali divo sixto pontifice (sic) maximo inscripti. Ejusque jussu impssi per egregiū virum magist. Georgiū Laur de Herbipoli theotonicum. Anno domini M.CCCCLXXXI. ad publicam studior3 utilitatem. In fol. m. VII. H. 2.

—— Pars secunda *continet litteras ab* F. *ad* O. *In fronte legitur distichon*

Hec operis pars est quam suscipe. Sixte secunda.
Qua sine, prima potest utilis esse parum.

In calce . . . .

Disticon libri ad Sixtum Pon. Maximū
Altera post primam sum pars ego Sixt. Secundum
Det mihi sacra precor bibliotheca locum.

In fol..... VII. H. 3.

—— Pars tertia *litteras a* P. *ad* Z. *complectitur. In fine*:

Finis Laus deo et virgini matri
die. v. Aplis Mccccl xxxi. in Capitolio urbis.

Ad calcem legitur Carmen exultationis Iohannis Berthacchini *ob operis huius absolutionem.*

In fol..... VII. H. 4.

—— Alia editio: *In calce primae partis*: Finit prima pā solēnis Repertorij utriusq3 Iuris editi a p̄claro utriusq3 iuris doctor̄ dn̄o Iohān̄e Bertachino a Firmo. divi Sixti pōtificis bn̄ficio aduocato consistoriali diuo Sixto pontifice (sic)

Digitized by Google

maximo ĩscripti eiusq3 iussu impssi. per egregium uirum magist3 Leonardum pachel et Vldericum zinziler theotonicum Anno dñi. M.cccc lxxxv. die xx. december (sic) ad publicā studiorum utilitatem. In fol. max..... VII. H. 56.

—— *Pars secunda. In fine* Impressum mediolani. Mcccc.lxxxvi. VII. H. 6.

—— *Pars tertia. In fine* : Repertorium Berthachini (sic) cum aliis innumerabilibus additionibus limitationibus et decisionibus additis diligentissime p9pri9 uisis omnibus ipi9 Bertachini allegatōib9 Impressū Mli p teutonicos impensis nobil viri dñi Petriantonij de casteliono mediolanesen. Olĩpiadibus dñicis scd̄o idus maij. M.cccc.lxxxv. In fol. m..... VII. H. 6.

Editio non tantum *Saxio*, sed et plurimis Bibliographis quos adii, ignota fuit, quod raritatis eiusdem non inficiandum argumentum est.

—— Alia editio. *In calce. tertiae partis* : Repertorium Berthachini cum aliis innumerabilibus additionibus. limitationibus additis diligentissime per prius visis omnibus ipsius Berthachini allegazionibus. Impressum Mlĩ p Io antonium de homate ĩpensis nobil' viri dñi Petriantonii de castelliono Mediolanen. Olimpiadib9 dñicis secdō idus Februarii t. 3. In fol. atl..... VI. C. 2-4.

Editio haec perfecte consonat praecedenti. Mirum tamen est, quod ipsam pariter ignorarint *Saxius*, et alii quamplurimi magni nominis Bibliographi. *Panzer*, et *Denis* qui eam noverunt somniarunt tantum secundam partem fuisse impressam.

Bessarionis Cardinalis Sabini et Patriarche Constantinopolitani : Aduersus Calumniatorem Platonis. *Ad calcem integri operis versus subiecti legi possunt.*

Aspicis illustris Lector quicunq ; libellos
Si cupis artificum nomina nosse : lege.
Aspera ridebis cognomina teutona : forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Conradus suueynheim : Arnaldus panartzq ; magistri.
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi Aptatam contribuere domum

In fol..... XII. F. 18.

Nulla temporis nota adiecta eidem fuit, sed ex epistola quadam ipsius *Bessarionis* ad *Marsilium Ficinum* data ex urbe Idibus septembris 1469, aliaq. *Francisci Philelphi* ad *Bessarionem* data ex *Mediolano* III Nonas Octobris eiusdem anni, opus ipsum anno 1469 typis fuisse evulgatum eruimus. Littera initialis cuiusvis libri, pro qua spatium typographus reliquit, variis coloribus depicta cernitur.

—— Exemplar alterum..... VIII. F. 24.

—— Oratione a tutti gli Signori ditalia (sic) confortandogli a pigliar guerra contra il Turcho vulgarizate (sic) per lo clarissimo huomo Miser Lodovico Carbone allo Illustrissimo e prestantissimo Duca Borso. *In calce* : Finis M.cccc.lxxi. In 8..... XII. B. 53.

Sine indicio loci, et typographi. Nihil videri potest elegantius impressum ; et cum noint litterati omnes *Ludovicum Carbonem* munere Correctoris functum fuisse apud *Christophorum Valdarfer*, sicut constat ex *Servio in Virgilium* anni 1471, et ex *epistolis Plinii* ejusdem anni, verosimile est *Bessarionis* opus prodiisse typis huius artificis hoc anno.

Digitized by Google

Bethen Centiloquium et de horis planetarum *In fine.* Venetiis per Bonetum. Locatellum impensis nobilis uiri Octaviani Scoti civis Modoetiensis M.cccclxxxxiii: 13 Kalendas Ianuarias. *Vide* Cl. Ptolomaei..... IX. F. 6.

B I

Biblia Sacra. *Biblia, integra hebraice cum punctis et accentibus: Ad calcem* Pentateuchi *extat Typographi subscriptio hebraica, quae hoc pacto latine interpretatur Cl. Ic. Bernardus de Rossi pag. 55.* Perfectum est autem opus ministerii sancti XXIV. librorum perfectione qua studuit propagare legem in Israel clarissimus et excell. R. Iosuas Salomon, qui videat semen ac prolunget dies, filius excell. sapientis perfecti Israelis Nathanis qui videat annos multos et bonos, hodie feria III die XI mensis jiar anno ccxlviii. minoris supputationis (*Christi Mccccclxxxviii*) per manum minimi ex familia sua artificis imprimentis vel typographi Abrahami, qui videat semen ac dies producat, filii domini R. Chaiim felicis memoriae ex tinctoribus regionis Pisauri, habitantis Bononiae. Excusum Soncini.
In folio. min..... XIII. D. 1.

Hanc principem totius veteris Testamenti editionem, cum punctis et accentibus, et sine commentariis impressam, inter rarissimas, et praestantissimas adnumerat, et magnopere laudat *de Rossi* in *Annal. Hebr. Typogr. Parmae* 1795. pag. 54. ad 58.

—— Alia editio, *etiam cum punctis, et accentibus. Ad calcem extat subscriptio, quae ex interpretatione Cl. de Rossi pag. 100. sic legitur.* Qua propter ego Gersom filius sapientis R. Mosis (memoria justi sit in benedictione) qui cognominor germanice Mentzlen, Soncinas, accinxi sic fortis vel heros lumbos meos, quaeque oculis meis obversabantur, attente considerans, tempus est, inquam, operandi domino et verbo eius quod est lumen oculorum meorum. Veniam jam hodie et imprimam codicem viginti quatuor (sacrorum librorum) forma minori, ut unusquisque eum habeat die ac nocte ad meditandum in eo, nec iter faciat quatuor cubitorum absque lege, sitque apud eum, legatque illum dum cubat et dum surgit qualibet nocte ac quolibet die. Sicut portat phylacteria, sine eo non pernoctet, sed portet eum, perpendat illum, in eo meditetur, et honoret eum, ac sursum seu erectus legat illum, diluculo vel sedulo eum exquirat pareatque illi, in angustia invocet et exaudiat eum; super quo enim non splendebit lux eius? Perfectum est autem integrum opus currente sectione. Et impleta est gloria domini omnis terra anno ex separato voto, seu ccliv. (*anno salutis Mccccxciv.*) hic Brixiae quae est sub ditione Reipublicae Venetae, cuius gloria extollatur. Nunc vero magnificetur quaeso virtus domini, dignosque nos faciat qui edamus libros multos et infinitos in lege dei nostri, laetificetque nos adventu redemptoris cum consolatione Sion in aedificatione arielis vel templi, cum universo Israel, sicque placeat deo amen.
In 8.°..... XIII. A. 1.

Nostrum hoc exemplar, eximiae raritatis, et celebritatis, haud integram exhibet veteris Testamenti editionem; sed tantummodo *Pentateuchum*, quinque *Meghilloth*, et *Aphtaroth*, sive sectiones propheticas. Exemplum huius editionis, quo olim in adornanda versione germanica usus est *Martinus Lutherus*, adservatur in Bibliotheca regia *Berolinensi.*

Digitized by Google

—— Levi Gersonidis Commentarius in Pentateuchum. *Hebraice. In calce operis legitur iuxta Cl. de Rossi interpretationem:* dicit Abraham Conatus filius domini R. Salomonis Conati felicis recordationis, promotus minimus eorum qui rabbinorum socii initiantur, multis scribens calamis absque ullo miro opere; extollatur dominus beneplaciti qui dignum me fecit incipere et absolvere librum hunc, quem ego perficiendum curavi ob excellentiam eius, et utilitatem, eximiamque magnificentiam amplitudinis illius in expositione verborum legis divinae cum viro egregio ac genere clarissimo, qui sollicitus est modis illustribus vel splendidis ut promoveat libros saphiris pretiosiores. Annon est ipse dominus R. Abraham Iedidià Ezrachi, quem deus servet, de Colonia, qui me accersiit ut socium me illi adjungerem ad faciendum hoc opus, opus sanctum, juxta manum vel auxilium dei optimum super me? Deus misericordiis suis magnis dignos faciat nos perficere quod intendimus, confirmetque in nobis textum illum qui scriptus est, dabit tibi secundum cor tuum et omne consilium tuum adimplebit. Ita illi placet.
In folio..... XIII. I 17.

Hujusmodi operis descriptio invenitur apud *Ann. Hebr. Typogr. Par. 11. pag. 111. Bernardi de Rossi*, nec non et in *dizionario Storico degli autori Ebrei Tom. 1. pag. 126*, et insuper in *Catalag Mss. Cod. Hebr. Tom. I. Cod. 47. pag. 22 e 23.* ubi disces opus fuisse excusum *Mantuae* ab anno 1476 ad annum 1480 per *Abrahamum Conatum* vel eius Uxorem *Estellinam.*

—— *Graece* Psalterium graecum. *In fronte rubro charactere haec leguntur:* Δαβιδ προφητου και βασιλεως μελος. Αρμονιης ἱερης μελιηδεα ἀσματα Δαβιδ. *Ad calcem legitur.* εν ονοματι της ἁγιας Τριαδος του Πατρος, και του Υιου, και του Ἁγιου πνευματος συνθεσις μου Αλεξανδρου του απο ρυχανδακος της Κρητης. Υιος δε του σοφοτατου και λογιωτατου Κυριου Γεωργιου ἱερεως του Αλεξανδρου εν ετει χιλιοστῳ τετρακοσιοστῳ, ογδοηκοστῳ εκτῳ μηνι Νοεμβριῳ πεντε και δεκατῃ, εν Βενετιαις. i. d. In nomine Sanctae Triadis Patris et Filii et Sancti Spiritus. Impressi ego Alexander ex Candace Cretae. Filius sapientissimi et eloquentissimi domini Georgii Sacerdotis Alexandrini. Anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto mensis Novembris die decima quinta Venetiis.
In 4..... XIII. B. 2.

Psalmis singulis, et canticis tituli rubro colore impressi praefixi sunt. Eodem colore impressa sunt puncta, quae tum in fine, tum loco opportuno occurrunt. Numeri psalmis praefixi nigro colore expressi sunt. Eodem prorsus charactere excusa haec editio, quo *Leonicus Cretensis* anno 1486 *Venetiis* impressit *Homeri Batrachomyomachiam.*

—— Alia editio. *In fronte legitur.* Ψαλτηριον *Sequitur:* Epistola Iustini decadyi ad Graecos in Graecia existentes. *Ad calcem integri operis, graeci versus XV. expressi sunt, deinde registrum, tandem Typographi nota sequens adparet:* Εγραφη εν ενετιαις εν οικια Αλδου του Μανουτιου. In 4..... XVII. G. 2.

Ex hac subscriptione patet opus in aedibus *Aldi* fuisse impressum, sed de anno minime constat; attamen *Le long*, *Renouard*, aliique circa annum 1494. vel 1495. editum fuisse putant, et inter primos *Aldi* labores graecos referendum esse. Totum opus in duas partes distributum est, quarum prior *Psalmos* LXXVI., posterior reliquos cum aliis Testamenti utriusque canticis, et hymnis continet. Initiales litterae xylographicae sunt, et maeandrico opere praeditae.

Digitized by Google

—— Alia editio *Gr. et Lat. in duabus columnis* Ioanne Crestono Placentino interprete. *Praeit nuncupatoria epistola, quae incipit cum epigraphe*; Iohannes placentinus Monachus Revēdo patri et domino. D. Ludovico Donato Episcopo Bergomensi. S. p. d. *Adcedunt* Cantica, *scilicet* Moysis, Annae, Habacuci, Esaiae, Ionae, Trium puerorum, Mariae, et Zachariae, *quibus absolutis legitur*: Finis, *deinde*: Impressum mediolani Anno Mcccc.lxxi. die xx Septembris.
In folio parvo..... XIII. E. 22.

Sine Typographi nomine; quod ignotum fuit etiam *Saxio, qui in T. I. bibl. Scriptorum mediolan. p. 575.* agens de hac editione, scripsit: *Characteres graeci rudes sunt et inconcinni, quippe qui in artem impressoriam paulo ante inducti; latini vero satis nitidi.*

Latine: Biblia latina juxta Vulgatam editionem. *In primo volumine. In fronte primae columnae primae paginae colore rubro haec leguntur verba*: Incip epl^{a} scī iheronimi (sic) ad paulinū p^{s}biterū: de om̄nib3 divine historie libris. ca. p^{m}mū. *Absoluta Epistola sequitur* Prologus divi Hieronymi in Pentateuchum, *qui quatuor folia implet, in cujus fine pariter rubro charactere legitur*: Expl^{s} plogus. *deinde*: Incipit liber bresith quē nos genesim dicimus. *Ad Geneseos finem*: Explicit liber genes. Inciṗ liber ellesmoth quē nos exodi dicimus. *Simili modo rubrica ceteri distinguuntur tituli librorum, usque ad tertium* Esdrae *librum; deinceps vero non rubricis, sed characteribus rubris manu exaratis tituli distinguuntur. Ad voluminis calcem etiam colore rubro legitur*: Explicit Psalterium. *Eodemque colore conspicitur anni nota.* Anno m.cccc.lxij. *intermedia sunt Typographorum insignia*:

In secundo volumine. Praeit in prima columna: Epistola sancti ieronimi presbiteri ad chromatiū et eliodorum ep^{s}os de libris salomonis, *qua absoluta*, Incipit liber proverbiorum. *Ad calcem libri* Apocalypseos, *sive* totius *voluminis, verba haec rubro expressa colore leguntur*: Explicit Liber apocalipl^{s} beati iohānis aplī. Pn̄s hoc opusculu3 finitū ac cōpletū: et ad eusebia3 dei industrie in civitate Maguntī̄ per Iohannē fust civē, et Petrū schoiffher de gerus^{s}heym clericū dioces^{s} eiusde3 est consūmatū. Anno incarnacōis dn̄. M. cccclxij. In vigilia assumpcōis glos^{s}e virginis marie.
Tomi II. in folio maximo..... XIII. I. 17-18.

Editio Bibliorum latinorum omnium prima, quae notam anni, loci, et Typographorum expressam habet. Hinc merito *Cl. Mittarellius in Appendice ad Bibliothecam S. Michaelis prope Murianum* valide refellit opiniones eorum, qui Bibliorum antiquiorem hac editionem iactitarunt. Exemplar impressum in membranis albis, solidis, et optime levigatis, duplici columna charactere gothico, seu potius gallo-francho, quarum unaquaeque constat lineis 48. Tam in primo, quam in secundo volumine ad calcem subjacent insignia Typographorum, scilicet duo scutula rubro colore impressa e trunco pendula. In uno *Ioannis Fausti* insigne adparet, nempe duae regulae decussatae, quarum extremitates instrumento bicorni terminantur; in altero visitur figura instar litterae A absque horizontali linea, cujus extremitates eodem pacto terminantur; stella in quolibet ex tribus spatiis adest, et haec *Petri Schoifferi* insignia sunt, quae refert *cl. Fridericus Roth-Scholtius in Thesauro Symbolorum ac Emblematum Bibliopolarum et Typographorum.* Pro initialibus librorum spatia satis ampla Typothetae reliquerunt, quas Minicularius pereleganter floribus, foliis, racemisque, variis coloribus, auroque adpinxit. Idem Minicularius primae paginae, qua *Hieronymi* pro-

Digitized by Google

logus incipit, adfabre margines ornavit. In medio externi marginis scutum, sive stemma gentilitium extat, eique in campo argenteo Leo erectus tribus regulis transverse sectus rubri coloris conspicitur. Marginis ora inferior exhibet elegantem iconem *S. Hieronymi* candida veste indutam, qui ante crucifixi imaginem genuflexus saxo nudum pectus tundit; eiusque ad pedes Leo stratus visitur. Prima littera, qua *Hieronymi* epistola incipit, auro, et coloribus insignis adparet, et ejusdem S. Doctoris iconem monachali veste indutam, cum Leone ad ipsius pedes repraesentat, floresque racemique hinc, et illinc e littera procedunt. Exemplum hoc adeo nitidum, pulcherrimum, optimeque servatum est, ut amplius hac in re desiderari nequeat.

—— Alia editio *cum opusculo* Aristeae. *In fronte I. voluminis occurrit epistola Episcopi Aleriensis, quae sic inscripta est*:

IO. AN. EPISCOPI ALERIEN AD PAULUM
II. VENETUM PON. MAX. EPISTOLA

quae data est XV. Martii 1471. *Ei proxime subjicitur tabula eorum, quae continentur in voluminibus, deinde opusculum* Aristeae *de* lxx. Interpretibus *ex versione* Matthiae Palmerii, *et cum ejus* Epistola ad Paulum II. *In ejus calce legitur*: Finis Aristee ad Philocratem fratrem de interpretatione. lxx. Interpretum per Mathiam Palmerium Pisanum e greco in latinum versi. *Sequenti folio*: Incipit Epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum: de omnibus divine historie libris. *Primum hoc volumen Psalterio terminatur, et in ejus calce, haec tantum verba.* Finis psalterii.

In fronte II. voluminis extat: Epistola Sancti Hieronymi p̄sbyteri ad Chromacium et Heliodorum Episcopos de libris Salomonis. *Terminatur cum historia Machabaeorum.*

In fronte III. voluminis legitur: Incipit epistola Beati Hieronymi presbyteri ad Damasum Papam in quatuor Evangelistas. *Ultimus liber sacer, qui occurrit in hoc volumine, est* Apocalypsis, *et ad ejus calcem leguntur versus*

Aspicis illustris lector quicumq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Cōradus suueynheym: Arnoldus pānartq3 Magistri
Rome impresserunt talia multa simul,
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

M. cccc. lxxi.

Sequuntur deinde Interpretationes Hebraicorum nominum ordine alphabetico dispositorum.

In folio Tom. III..... I. H. 21-23.
—— Exemplar alterum..... XIII. H. 8-10.

Editio prima Romana, valde rara, et elegantissima, quam *Aleriensis* Episcopus vel ex ms. codice aliquo excudi, vel exemplar Moguntinum e codice ms. emendari curavit. Pro initialibus litteris spatia reliquit Typographus; Miniculator vero eas rubro colore adjecit.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedit* Prologus in Genesim. *Sequitur*: eplā sancti Hieronymi ad Paulinū p̄sbyter3 : de oĩb3 dīne histoĩe libr. *Ad calcem* : Explicit Biblia impressa Venetiis p̱ franciscū de hailbrun et Nicolaum de frankfordia socios. M. cccc. lxxv. *Adcedunt* Interpretationes hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti. In folio..... XIII. D. 4.

Columnae duae in paginis occurrunt, et interpretatio alphabetica nominum hebraicorum distincta est in tribus columnis. Initiales omnino deerant, uti apparet ex alio exemplari, sed rubro, et caeruleo colore adiecit Minicularius. Prima initialis littera *Hieronymum* exhibet sacco indutum, et aureola coronatum, qui saxo nudum pectus tundit, et sinistra Domini Salvatoris imaginem e cruce pendentem tenet.

—— Exemplar alterum in II. vol..... I. F. 9-10.

—— Alia editio. *Praeit* epistola sancti Hieronymi ad Paulinum p̱sbyte3 d̄ oib̄3 dinē histoĩe libris. *Deinde* Prologus sancti hieronimi pbr̄ in pentatheucum moysi. *Ad calcem* : Explicit liber apocalipsis et totū novū testamentū et sic p̱fecta toti⁹ biblie, summatio (sic) deo gratias. Lector quisquis es: si christiane sentis, te non pigeat hoc opus sanctissimum: que biblia inscribitur: magna cum animi voluptate degustare: degustandūq3 aliis p̱suadere: nuper impressum a Leonardo Basilcensi magna cum diligentia. in eo enim fidei nostre fundamentum situm est: et christiane religionis decus ac radix. ex eo tibi cognitionem rerum omnium in quibus salus nostra consistit: legendo cōparabis: qd̄ eo libentius facere debes: quo in tam felici seculo codex hic p̄ciosissimus in lucem emendatissimus venit pontificatus videlicet sanctissimi dn̄i nr̄i pape. d. Xisti quarti anno quinto, et imperii christianissimi frederici tertij āno vigesimo sexto, et Andree vendramini ducis inclyti venetorum anno primo. M. ccccLxxvi. sexto ydus maias. *Sequuntur*: n̄terp̄tatōes noĩū3 hebreo3 scd3 ordiē3 alphabeti. *In fine legitur*: Expliciunt interp̄tationes nominū hebreo3 secundum Hyeronimum: Finis:
In folio..... XIII. E. 10.

Haec editio, duplici columna impressa, caret loci indicatione. Nonnulli *Venetiis* eam prodiisse putant: at *Leonardus Basil.* hoc anno *Vicentiae* typographiam exercuit, uti liquet ex Commentariis *Omniboni Leoniceni in Marci Tullii Oratorem ad* Q. fratrem. Custodes, fol. numeri, et signaturae desiderantur. Pro initialibus vel spatia tantum, vel parvae litterae iisdem insertae videntur.

—— Alia editio. *Praemittuntur* Prologus, *et* Epistola Sancti Hieronymi ad Paulinum. *In fine* : Explicit Biblia impressa Venetiis per Franciscum et Nicolaum de frankfordia Socios M. cccc. lxxvi. *Sequuntur*: Interpretationes hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti. In folio..... . 1. F. 4.

Editio exacte ad antecedentem anni 1475 expressa.

—— Exemplar alterum..... 1. F. 5.
—— Exemplar tertium. ..... 1. F. 11.
—— Alia editio. *Praemissis* Prologo, et S. Hieronymi Epistola ad Paulinum, *incipit* Liber Genesis. *In fine*: Biblia impressa Venetiis opera atq3

Digitized by Google

impensa Nicolai Ienson Gallici M. cccc. lxxvi. *adcedunt*: Interpretationes hebraicorū nominum seccūdum ordinem alphabeti. *Ad calcem legitur*: Expliciunt interpretationes hebraicorum nominum. Laus Deo.
In folio parvo..... XIII. D. 28.

Duae occurrunt in unaquaque pagina columnae. Initiales uti plurimum parvis formis sunt impressae in spatiis, quae nonnumquam desunt: principibus vero majus spatium adsignatur. Minicularius Typographi omissiones supplevit, litteras enim initiales librorum, et capitum rubro, vel caeruleo colore adpinxit, primae vero litterae *Genesis* aurum adiecit, eamque eleganter ornavit.

—— Alia editio. *Praecedunt.* Prologus, *et* Hieronymi presbyteri epistola ad Paulinum presbyterum. *In fine*: Biblia impressa Venetiis opera atq3 impēsa Theodorici de Reynsburch et Reynaldi de Novimagio Theutonicor3 Socior3. M. cccc. lxxviij. *Sequuntur*: Interpretationes hebraicorū nominū scdm ordinem alphabeti. *Ad calcem*: Expliciunt Interpretationes hebraicorum nominum. Laus deo. In folio parvo..... I. F. 14.

Duplex columna paginas implet: initiales parvae in spatiis sunt expressae, quas Minicularius adpingere neglexit.

—— Alia editio. Praemittuntur Prologus *et* epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum: de omnibus divine historie libris. *In fine*: Explicit biblia impressa Venetiis per Leonardum vuild de Ratisbona expensis Nicolai de frankfordia. M. CCCC. lxxviii. *Adcedunt*: Interpretationes hebraicor3 nominū scdm ordinem alphabeti. *Ad calcem*: Expliciunt Interpretationes hebraicorū nominū. Laus Deo.
In folio parvo..... I. F. 8.

Character valde nitidus duas implet columnas in unaquaque pagina: pro initialibus spatia reliquit Typographus, quas Minicularius adpingere minime curavit.

—— Alia editio. *Praecedit*: Prologus S. Hieronymi in Bibliam, *et in calce legitur*: Explicit biblia impressa Venetiis per franciscum de hailbrun. M.cccc.lxxx, *adcedunt*: Interpretatiōes hebraicorū nominū scdm ordinē alphabeti, *in quarum fine legitur*: Expliciunt Interpretationes hebraicorum nominum. Laus Deo.
In 8. maximo..... I. F. 13.

Duplex columna paginas implet. Initiales omnino deerant, sed rubro, et caeruleo colore adjecit Minicularius: princeps pagina elegantibus ornamentis auro, variisque coloribus illitis in marginibus superbit, et in ora inferiori stemma aliquod gentilitium circulo inclusum occurrit.

—— Alia editio. *Praecedunt pro more* Prologus *et* epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum. *In fine*: Biblia impssa Venetiis p Octavianū Scotū modoetiensem explicit feliciter. Anno salutis 1480. pridie Kalēdas iunij. *Sequuntur*: Interpretatioēs hebraicorum nominū scdm ordinem alphabeti. *Ad calcem*: Expliciunt. Interpretationes hebraicorum nomū3. Laus deo.
In 4.°..... I. C. 4.

Columnae duae in paginis occurrunt, exceptis iis, in quibus impressa extat interpretatio nominum hebraicorum, quae tribus columnis est distincta. Initiales omnino deerant; sed Minicularius eas suffecit. Prima est haec editio Bibliorum latinorum ex hac officina.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... I. C. 7.
—— Exemplar tertium..... I. C. 8.
—— Exemplar quartum..... I. C. 9.
—— Alia editio. *Praecedunt* Prologus, *et* Epistola S. Hieronymi. *In fine*: Explicit biblia impressa Venetiis per Leonardum Wild de Ratisbona M.cccc.lxxxi *Sequuntur* Interpretationes hebraicorum nominum sdūm ordinem alphabeti. *In caloe*: Expliciunt Interpretationes hebraicorum nominū. Laus deo.
In folio..... I. F. 7.

Editio duabus columnis excusa; in spatiis litterae initiales parvae indicantur, absque aliqua Miniculatoris industria.

—— Alia editio. *Praemittitur* Prologus. *In fine Apocalypseos estat metricus ordo librorum in Biblia contentorum, deinde interjecto spatio legitur:*
Fontibus ex grecis hebraeorum quoque libris
Emendata satis et decorata simul
Biblia sum praesens superos ego testor et astra
Est impressa nec in orbe mihi similis
Singula quaeq3 loca cum concordantibus extant
Orthographia simul quam bene pressa manet.
Adcedunt appendicis loco: Registrum textuum biblicorum, et Interpretationes nominum hebraicorum..... I. F. 6.

Editio secunda cum versibus: *Fontibus ex graecis. Maittairus pag. 415. Seemiller pag. 78 et Denis pag. 128.* qui quidem adfirmant hanc editionem extare in Bibliotheca *Carthusianorum Buxhem*, et ex typis *Weislingeri Basileae* prodiisse. Duplex columna paginas implet, triplex vero in fasciculo interpretationis nominum hebraicorum. Initiales in spatiis parvis sunt litteris expressae, sed tantummodo in libro Genesis initiales rubro colore Minicularius majores adpinxit.

—— Alia editio. *Praeit* Prologus S. Hieronymi: *in fine* Apocalypseos: Explicit biblia impressa Venetiis per franciscum renner de hailbrun. M.cccc.lxxxiii. *Adcedunt*: Interpretations nominum hebraicorum.
In folio parvo..... I. C. 2.

Editio typo gallo franco excusa in duabus columnis, qui lineas 50 occupat in columnis integris. Initiales vel parvis sunt indicatae litteris, vel prorsus desunt.

—— Exemplar alterum..... I. C. 6.
—— Exemplar alterum..... I. C. 6.
—— Alia editio. *In folio primo majusculis typis excusa legitur* Francisci moneliensis a genua in sacrosantam ac sacratissimām bibliā Epl9ā. *Sequitur*: Epistola Hieronymi. *In fine* Apocalypseos *versus admodum barbari reperiuntur librorum Bibliorum titulos complectentes, postea vero legitur*: Exactum est inclyta in urbe Venetiarum sacro sanctum biblie volumen integerrimis expolitusq3 (sic) litterarum caracteribus. Magistri Iohānis dicti Magni. Herbort de siligenstat alemani: qui salva oīum pace ausum (sic) illud affirmare: ceteros facile oīns hac tempestate supeminet. Olympiadibus dūicis. Anno vero. 1485. pridie Kalen-

Digitized by Google

das Novembris. *Sequitur* Interpretatio hebraicorum nominum, *quibus* epigramma Quintii Emyliani *subiungitur*. ——
In folio ..... I. F. 3.

Editio typo gallo franco excusa, qui lineas 58 occupat in columnis integris. Initiales vel desunt, vel parvis litteris in spatiis sunt indicatae. In *Novo Testamento* adsunt postillae marginales.

—— Alia editio. *In fronte folii I. extant versus complectentes titulos librorum Bibliorum, deinde* S. Hieronymi Epistola; *in calce libri* Apocalypsis: Finis.

Fontibus ex grecis hebreoru3 quoq5 libris.
Emendata satis et decorata simul.
Biblia sum pūs supōs ego testor et astra
Est impressa nec in orbe mihi similis
Singula quoq5 loca cū cōcordantib9 extāt
Orthographia simul q̄3 bn̄ pressa manet.

Exactū est inclyta in urbe venetiarū sacrosantum biblie volumen integerrimis expolitusq3 (sic) litterarum caracteribus. Magistri Iohannis dicti magni: Herbort de selgenstat alemani: qui salva oīum pace ausum (sic) illud affirmare: ceteros facile omnes hac tempestate supereminet. Olympiadibus dominicis. Anno ℣.° M.cccclxxxiiii. pridie Kalendas May. *Adcedunt* Registrum *et* Interpretationes hebraicorum nominum. In 4 ..... I. F. 15.

Character gallo-francus est; Columna in paginis duplex. Initiales parvis litteris sunt in spatiis indicatae.

—— Exemplar alterum ..... I. F. 16.

Initiales coloribus rubro, vel caeruleo Minicularius adpinxit, majoresque reddidit.

—— Alia editio: *Praeit pro more* Prologus divi Hieronymi. *In fine* Apocalypseos. Explicit biblia Venetiis impressa per Georgium de rivabenis Mantuanum alȝ Parentem. Anno dnī Mcccclxxxvij. iii. Cal. Martii. *Sequitur*: Interpretatio hebraicorum nominum. In 4. Tomi II ..... I. C. 11. 12.

Initiales parvis litteris obsignantur in spatiis relictis a Typographo. Duplex columna charactere gallo franco.

—— Exemplar alterum ..... I C. 13.
—— Exemplar tertium ..... I. F. 17.
—— Alia editio. *In folio primo extat*: Tabula alphabetica historiarum biblicarum, *adcedunt* Translatores Biblie et modi intelligendi sacram scripturam: *deinde* Epistola S. Hieronymi. *Ad calcem* Apocalypseos *legitur*: Laus honor et sempiterna gloria summo deo patri omnipotenti: qui sacratissimas leges ac mādata in presenti volumine scripta: ore suo plata: ac digito ipsius sculpta mortalibus impartire sua benignissima pietate dignatus est. Filioq3 qui in hac eadē lege promissus: atq3 sancto4 prophetarum ore divulgatus: mediator dei et hominū: verus deus et homo: humanū gen9 a diaboli potestate redemit. Ac spirituisancto: qui huius Sacro volumis (sic) verus auctor et inspirator extitit. In-

Digitized by Google

temerate quoq. virgini marie : matri dñi ñri. Iesu Christi : in qua universe leges et prophetie huius sacri voluminis cõplete sunt. Simulq. toti militie celesti laudum preconia referimus. Quo⁹ omniũ ope atq3 auxilio adiuti : Bibliam aut (ut ita dicam) librum vite felici fine claudimus. In cuius quidem margine singulo⁹ loco⁹ cõcordãtie diligẽter annotate sunt: Nominũq3 hebraico⁹ interpretationes solito more annectũtur : una cũ tabula alphabetica singulas historias totius biblie exquisitissime recolligẽte. Correcta insup⁹ ac studiosissime emendata per doctissimum in sacris litteris Baccalarium Petrũangelum de monte ulmi : ordinis mino⁹ seraphici Francisci. Impressa vero in felici Venetorum civitate: sumptibus et arte Hieronymi de Paganinis Brixiensis. Anno gratie millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: Septimo Idus septembris. *Sequuntur* Interpretationes hebraicorum nominum, *ut in aliis editionibus.* In 4..... I. C. 17.

Duabus columnis charactere gallo-franco , sed minusculo excusa editio: Initiales rubro, et caeruleo colore adposuit Minicularius. In prima pagina in quadrangulo xylographico *S. Petrus Apostolus* claves dextera , sinistra librum gerens visitur ; verba *Tu es-petrus* hinc et illinc circa caput expressa sunt , et in summitate paginae legitur : *Biblia.*

—— Exemplar alterum..... ..... I. C. 18.

—— Alia editio. *In fronte*: Biblia integra : summata: distincta : supemẽdata: utriusq3 testamẽti cõcordãtijs illustrata. *Sequuntur*: I. Ad divinarum litterarum verarumq3 divitiarum amatores exhortatio. II. In summarium Biblie ad Lectorem Tetrastichon. III. In ordinem librorum : distichon ad eundem. IV. Librorum ordo. *Deinde* Summarium Biblie, *quo expleto* : Incipit epistola beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum. *In calce* Apocalypseos *legitur.* Fontibus ex grecis hebreorum quoq. libris. ete.etc. Explicita est biblia psens Basilee sũma lucubratione: per Iohãnem froben de Hammelburk. Anno nonagesimo primo supra Millesimum quaterq3 centesimum die vero vicesima septima Iunij. In 8.°..... XIII. D. 5o.

Textus cum prologis *S. Hieronymi* impressus est in duabus columnis litteris gallo-francis minutissimis, quidem sed pulcherrimis. Spatium relictum est appingendis litteris initialibus. Erravit itaque *Laire* ubi asseruit hanc esse primam Bibliam formae in 8.

—— Alia editio. *In prima pagina haec leguntur verba :* Biblia cum Tabula noviter edita- *Sequitur monitio quaedam circa tabulam* super Bibliam per versus compositam. *Post huiusmodi tabulam alia alphabetica sequitur , quam excipiunt*: Translatores biblie et modi intelligendi sacram scripturam *Dein* Epistola S. Hieronymi. *Ad calcem libri* Apocalypseos *epigramma excuditur, quod in editione anni 1484 reperiri innuimus , scilicet.*

Fontibus ex grecis hebreorumq3 quoq5 libris, *postea vero Typothetae cura haec adjecta fuere:* Exacta est biblia presens Venetiis sũma lucubratione : per Symonem bevilaqua papiensem. Anno nonagesimo quarto supra milesimum (sic) quaterq3 centesimũ : die vero vicesima secunda novembris. *Sequitur* Interpretatio hebraicorum nominum.

In 4..... I. C. 3.

Character gallo-francus duas implet columnas. Initiales parvis litteris indicantur. Signum Typographi subscriptioni subjectum est , scilicet rectangulum nigrum linea sectum , arborem aridam eradicatam exhibens; duo scuta ex ramis pendent, quae regiam coronam tenent inclusam, aquila parva in summitate arboris sedet; truncus vero schedula cingitur , in qua legitur: *Simon Bivilaqua.*

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... I. C. 5.

—— Alia editio. *Praeit*: Tabula Alphabetica historiarum biblicarum, *adcedunt* Translatores Biblie et modi intelligendi sacram scripturam, *et alia ut in superiori editione. Ad calcem* Apocalypseos: Laus honor et sempiterna gloria summo deo patri omnipotenti: qua (sic) sacratissimas leges ac mandata in presenti volumine scripta: ore suo prolata: ac digito ipsius sculpta: mortalibus impartire sua benignissima pietate dignatus est. filioq3 qui in hac eadem lege promissus: atq3 sanctorum prophetarum ore divulgatus; mediator dei et hominum: verus deus et homo: humanum genus a diaboli potestate redemit. Ac spiritui Sancto: qui huius sacri voluminis verus auctor et inspirator extitit. Intemerate quoq5 virgini marie: matri domini nostri iesu christi: in qua universe leges et prophetie huius sacri voluminis cōplete sunt. Simulq3 toti militie celesti laudum preconia referimus. Quorum omnium ope atq3 auxilio adiuti Bibliam aut (ut ita dicam) librum vite felici fine claudimus. In cuius quidem margine singulorum locorum concordantie diligēter annotate sunt. Nominumq3 hebraicorum interpretationes solito more annectuntur. Una cum tabula alphabetica singulas historias totius biblie exquisitissime recolligente. Correcta insuper ac studiosissime emenedata (sic) per doctissimum in sacris litteris Baecalarium Petrūangelum de monte ulmi: ordinis minorum seraphici francisci revisaque per venerabilem fratrem Gregorium de Brittannicis: sacri ordinis predicatorum de observantia. Impressa uero Brixie per Angelum et Iacobum Brittanicos fratres Anno. M. cccclxxxxvi. Septimo Idus septembris. *Sequuntur* Interpretationes hebraicorum nominum..... I. C. 15.

Duplex columna paginas implet; gallo-francis formis minutis quidem, sed elegantibus editio haec excusa est. Initiales litterae xylographicae sunt, et maeandrico opere praeditae. Editio secunda ex recognitione *Angeli de Monte Ulmi*.

—— Alia editio. *Ad calcem*: Impressa uero in felici Venetorum civitate sumptibus et arte Hieronymi de Paganinis Brixiensis. Anno gratie Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Idus septembris. In 4.°..... I. C. 16.

Haec editio exacte imitatur editionem anni 1492. eiusdem Typographi, sed character minor est, et lineas 53. complectitur in columnis integris.

—— Exemplar alterum..... I. C. 21.

—— Alia editio. *In fronte:* Biblia cum tabula nuper impressa et cum summariis noviter editis. *Deinde Monitio quaedam rotundis litteris expressa circa tabulam* Super Bibliam per versus compositam. *Post huiusmodi tabulam, alia alphabetica sequitur, quam excipit* Epistola Beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum. *Ad calcem Apocalypseos legitur*: Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris. etc. *Tandem.* Impressum venetiis p symonem dictum bevilaqua. 1498. die octavo Maij. *Sequuntur*: Interpretationes hebraicorum nominum. In 4.°..... I. C. 10.

Columnae duae reperiuntur in paginis formis gallo-francis excusae. Initiales, et figurae xylographicae historias exprimentes frequenter occurrunt in principio librorum. Typus idem est quo superius innuimus editionem anni 1494. Ad calcem totius operis visitur Typographi signum, ut supra notavimus.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedit pro more* Prologus S. Hieronymi in Bibliam. *Tum*: Incipit liber genesis qui dicitur hebraice bresith. *In calce libri* Apocalypseos: Etiam Venio cito. amē. Veni domine ihesu: Gratia domini nr̄i ihesu xp̄i cum omnibus uobis. Amen. Explicit Biblia. Incipiunt interp̄tationes hebraicorū nominū sedm̄ ordinem alphabeti. In folio..... I. F. 12.

Absque anni, loci, et Typographi nota. Duplici columna impressa, excepta interpretatione nominum hebraicorum, quae triplici columna excusa est. Character gallo-francus, sed pinguis et nitidus est, ita ut etiam lectores adliciat. Lineas 52. integrae columnae comprehendunt, aliquando 50, raro 49. Tituli librorum atramento nigro in superiori margine cuiusvis primae paginae leguntur. Signaturae adparent, sed custodes, et foliorum numeri desiderantur. Initiales in spatiis desunt, sed in locis quamplurimis sunt manuscriptae. Si quando suspicari liceat, dixerim prodiisse ex Typis *Richelii*, qui Basileae impressit.

—— Psalterium. *In fronte, rubro charactere legitur*: In nomine dn̄i nostri iesu xp̄i amen. Ordo psalterii secundū morem et consuetudinē romane curie feliciter incipit. *Ad calcem etiam rubro charactere*: Explicit psalterium cum hymnis secundum curiam romanam. Impressum florentiae p presbiterum frāciscū bonaccursium et Antonium venetum. ān̄o salutis domini M. ccccl.xxxviiij. decimo tertio calendas Iunii. In folio..... XIII. C. 15.

Excusum est volumen duplici columna charactere gallo-franco nigro, ac rubro, et licet sit huiusmodi formae, nitore tamen commendatur.

—— Biblia latina cum glossis Nicolai de Lyra, *ex recognitione* Io. Andreae. *Praeit:* Io. An. Alerien̄. S. D. nostri Pape Xysti. IIII. Bibliothecarii. In recognitionē Nicolai de Lyra ad ipsū divinum Pontificem Epistola, *quae data est* Rome xiii. Novembris M. cccc. lxxi. Pontificatus tui iucundissimi. Anno primo. *Ad calcem voluminis I.*

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Conradus suueynheym: Arnoldus pannartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
In domo Petri de Maximis Anno salutis
M. ccec. lxxi. die. xviii. Novēbris.

Ad calcem voluminis II: In domo Petri de Maximis M. cccc. lxxii. die xxvi. Maii.

Ad calcem voluminis III. In domo Petri de Maximis anno salutis M.cccc.lxxii. die xiiii. Ianuarii.

Ad calcem voluminis IV. nulla adjicitur subscriptio.

In volumine V. praemittitur epistola Io. Andreae, *et index librorum, quos impresserunt illi Typographi usque ad annum 1472. et ad calcem legitur.*

Aspicis illustris lector etc. etc. etc.

In domo Petri de Maximis M. cccc. lxxii. die xiii. Marcii. Tom. V. In folio..... I. H. 1-5.

Nunc primum *Io. Andreas* se appellat *Bibliothecarium Pontificis Sixti IV.* uti in epigraphe epistolae supra innuimus. De hac elegantissima et pretiosa editione vide *Audiffredi Catalogum Ro-*

Digitized by Google

manarum editionum Saec. XV. ubi fusior habetur eius descriptio. Mirum tamen non est quod volumen III. et V. ante II. ex eadem officina prodierint: saepe enim in nostra hac collectione similia occurrunt exempla; quandoquidem solebant Typographi uno eodemque tempore plura ejusdem operis volumina imprimere; quo fiebat, ut ordine praepostero nonnumquam ad finem pervenirent.

—— Exemplar alterum. ..... XIII. H. 3-7.

—— Exemplar tertium in IX. volum..... I. H. 6-14.

—— Alia editio, *in qua* Additiones Pauli Burgensis et Replicae Matthiae Doring *ad calcem voluminis 11. seorsim excuduntur. Circa finem* Apocalypseos *post Typographi monitum legitur*: Impressum est Venetiis hoc opus biblie una cum postillis uenerandi viri ordinis minor3 fratris Nicolai de lyra per Franciscum renner de Hailbrun. M.CCCC.LXXXII. *Adcedit*: Libellus editus per magistrum Nicolaum de lyra ordinis minorum theologie pfessorem in quo sūt pulcherrime questiones iudaicam perfidiam in catholica fide improbantes. *Deinde* Et sic est finis. Laus deo. *Sequuntur*: Additiones ad postillam magistri Nicolai de lyra super biblia: edite a reverēdo patre dn̄o Paulo de sancta Maria: magistro in theologia: epō Burgeñ. Archicancellario serenissimi principis dn̄i Iohānis regis castelle et legionis incipiunt: quas venerabili viro Alfonso legū doctori: decano cōpostellano filio suo ex legitimo matrimonio genito. direxit: pmittēs ei plogū sub forma sequēti. Finivit aūt eas anno dn̄i. M.° cccc.° xxix.° quibus etiam inserte sunt replice magistri Matthie doring eiusdem ordinis minorū fratris et theologi optimi prout clarius videbitur in processu. *Ad calcem*: Additiones Pauli epī burgeñ ac replice magrī mathie (sic) dorinck sup bibliam finiunt. Impssa venetiis: p franciscum renner de hailbrun. M. cccc. lxxxiii. In folio. Tom. III..... I. G. 1-3.

Typus textus major, commentarii, quod textum ambit, minor; uterque gallo-francus est. Columnae duae occurrunt in paginis; tituli librorum in superiori margine adsunt; spatia pro initialibus habentur; quas Minicularius auro coloribusque plerumque adpinxit, et aliquot margines, praesertim in secundo volumine, eleganter ornavit. Typus additionum idem est, quo commentaria excuduntur.

—— Exemplar alterum in v. vol..... I. G. 4-8.

—— Exemplar tertium veteris Testamenti *tantum* in III. vol. I. H. 9-11.

—— Exemplar quartum super omnes Prophetas et libros Machabeorum..... I. F. 18.

—— Postillae super omnes ueteris et novi Testamenti libros *ejusdem* Nicolai de Lyra. *In calce libri* Apocalypseos. Explicit postilla frīs Nicolai de lira ordīs minoru3 in apocalypsim Impressa Venetiis. Opera et impensa Octaviani Scoti Modoetiētis. Anno salutifere incarnatiōis. M. cccc. lxxxiii. quinto Idus. Augusti. In folio. Tom. 3..... I. G. 12-14.

Duplici columna characteribus gallo-francis expressa. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, et Miinicularius aliquot litteras colore rubro adpinxit.

—— Exemplar alterum..... I. G. 15-17.

—— Alia editio *cum glossa ordinaria* Walafridi Strabonis *et* Nicolai de lyra postillis, *cum* additionibus, *et* Replicis, *ut in editione anni 1482. Ad*

Digitized by Google

calcem Apocalypseos *monitum Typographi adest, postea libellus adversus Iudaeos. In fine Typographus notavit:* Venetiis opera et sumptibus Octaviani Scoti Modoetiensis. M.cccc.lxxxix. Sexto Id.° Sextilis. In folio. T. IV.. I. H. 16-19.

Columnae duae in paginis reperiuntur; minor commentarii character, qui textum in marginibus circumdat, uterque tamen gallo-francus est. Initiales in spatiis expressae sunt, prima vero xylographica *Nicolaum de Lyra*, sedentem et scribentem exhibet, reliquae paginae tabulis ligneis distinguuntur, et ornantur.

—— Exemplar alterum in II. vol..... I. F. 1-2.

—— Exemplar tertium Pentateuchi, Iosuae, Iudicum, et IV. Regum..... I. H. 20.

—— Alia editio *cum* glossis ordinariis et interlinearibus praeter Nicolai Lyrani commentaria etiam expositiones Britonis in prologos sancti Hieronymi. *In principio epistola nuncupatoria, cuius epigraphe est:* Reverendissimo in Christo patri et dño dño Frācisco picolhomineo sancte romane ecclesie cardinali seneñ. dignissimo: Bernardinus Gadolus Brixianus: (sic) divi Michaelis Murani prior felicitatem. *Epistola absoluta* Tractatus *eiusdem Gadoli adcedit in quo de Bibliorum libris canonicis, et apocryphis, deque hisce juxta Hebraeorum Canonem agit. Ad calcem ultimi voluminis post libellum contra* Iudaeos *legitur.* Venetiis impressa anno salutis nr̄e M.cccclxxxxv. per Paganinum de Paganinis Brix. summo labore et studio: nec non emendata per ven frēm Bernardinum gadolum. In folio Tom. VI..... I. G. 18-23.

Character gallo-francus triplex est, major textui, medius commentariis textum circumdantibus, minor glossis inservit, et duabus columnis quaevis pagina distinguitur. Figurae aliquot ligneae adsunt, quae res nonnullas verbis descriptas clarius demostrant. In fronte primae paginae legitur: *liber vitae.* Tabella his subjecta iconem *S. Petri Apostoli* continet, claves dextera, sinistra librum gerentis: et verba *Tu es——petrus* hinc et illinc circa caput expressa sunt.

—— Alia editio *cum* Postilla domini Hugonis Cardinalis de S. Charo *seu* de S. Theocerio. In folio. Tom. VI..... II. I. 7-12.

Sine notis Typographicis. Primo volumini praemittuntur epistola *Amerbachii* ad *Antonium Koburgerum* data *Basileae IIII Cal. Novembris* M.cccxcviii. ex qua patet *Koburgerum* aes subministrasse pro impressione operis; et alia Typographi ad Lectores. In fine ultimi tomi iterum adparet duplex epistola Typographi, posterior ad Lectores, prior *ad Antonium Koburgerum*, quae data est *Basileae VII.* Id. Novembris M.ccccc11. Hinc merito *Denis in Supplemento p. 439.* concludit *Basileae* sumptibus *Antonii Koburgeri* per *Ioannem de Amerbach* coeptum esse hoc opus anno *1498.* consummatum vero circa finem anni 1502. Typus gallo-francus maior, et minor duas columnas in quavis occupat pagina. Initiales parvis formis sunt expressae in spatiis relictis a Typographo.

—— Exemplar alterum Veteris Testamenti *tantum.* Tom. II.... I. 13-14.

—— Psalterium cum Postilla Hugonis Cardinalis. *Ad calcem voluminis legitur.* Et sic est finis huius utilis et suavis postille sup̄ totū psalterium. Impressa autem fuit Venetiis p Iohānem et Gregorium de gregorijs fratres impēsis Stefani et Bernardini de Hallis fratrum suasu reverendissimi prīs et pdicatoris egregii frīs Dominici Ponzoni. Habita tamen gratia ab excelso uenctorum dominio ne quis per decennium pximū īprimere possit aut imprimi facere seu alibi impressam

Digitized by Google

uendere per totum dominium etc. subpena pro ut in ipsa gratia plenius continetur. Cōpleta uero fuit die 12. Novembris. 1496. *Signum Typographi his subjectum est.* In folio..... I. E. 9.

Character gallo-francus est major textui, minor postillis. Initiales vero xylographicae sunt.

—— Psalterium *cum expositione* Beati Brunonis episcopi herbipolensis. *Haec in fronte. Sequitur* Operis et autoris cōmendatio. *Dein* Epistola beati Hieronymi ad paulinum et Eustachium de psalterio. *In fine* Psalterii *sequuntur* Cantica, *scilicet* Esaiae, Ezechiae, Annae, Moysis primum, Habacuci, Moysis secundum, Trium Puerorum, Mariae, Zachariae, Oratio Dominica, Simbolum apostolorum, Hymnus Te Deum, et Fides catholica Sti Athanasii episcopi. *In calce operis.* Beati Brunonis psalterium ex doctorum dictis collectum per Anthonium Koberger impressum. Anno incarnate deitatis millesimo qnadringētesimo nonagesimo septimo finit feliciter. In 4.°..... XIII. B. 4.

Sine loci indicatione, sed *Nurembergae* editum, ubi praefatus *Antonius Koberger* artem typographicam exercuit. Character gallo-francus, sed minor commentarii, qui textum circumdat. Tituli psalmorum uncialibus litteris in margine superiori excusi sunt. Initiales in spatiis omnino desiderantur.

—— Psalteriuin cum commentariis Gabrielis Brebiae. *Praeit epistola cum epigraphe*: Religioso Monacho et Sapiēti uiro D. Gregorio Beaq⁹ Mediolanēsi Gabriel Brebia salq⁹ plq⁹ dicit. *Absoluta epistola leguntur, quae in volumine continentur. Ad calcem huius*: Impressum Mediolani Nonis. Quintilq.⁹ Mcccc.° lxxvij; Principibū. Bona matre: et Iohāne Galeacio Maria Sfortia Vicecōite filio ducibus. *In fine* Psalterii *sequuntur*: Cantica, *scilicet* Esaiae, Ezechiae, Annæ, Moysis primum, Habacuci, Moysis secundum, Trium Puerorum, Mariae, Zachariae, et Simeonis, *deinde*: Hymnus Te Deum, Symbolum Nicenum, Symbolum Sancti Athanasii, Canticum Angelicum, Officium Passionis D. N. I. C. et Adoratio Crucis. In 4.°..... XIII. B. 23.

Sine nomine Typographi, verum *Saxius pag. 463. Philippo Lavaniae* Typographo edtionem hanc adiudicat. Character unus est tam in textu quam in commentariis. Cuilibet *Psalmo titulus* praefigitur, *Oratio* vero ad calcem subiungitur. *Psalmus* idiographus extra numerum, at in graecis exemplaribus, etiam hic excuditur in fine *Psalterii.*

—— Idem *cum* expositione Ioannis Cardinalis de Turre Cremata: *sed quum* Psalterii *textus ita cum expositionibus immixtus sit, ut* Turre Crematae *opus merito censeri hoc volumen possit, vide articulum* Turre Crematae.

—— Idem cum expositione M. Aurelii Cassiodori: *de hoc* Psalterio *idem, ac de praecedenti dicendum est. Vide* Cassiodori.

—— Novum Testamentum cum Postilla Nicolai de Lyra. *In calce libri Apocalypseos* Explicit postilla frīs Nicolai de lira ordīs minorū in Apocalypsim Impressa Venetiis opera et impensa Octaviani Scoti Modoetiēsis. Anno salutifere incarnatiōis M.° cccc. lxxxiii. quinto Idus Augusti. In folio..... I. E. 5.

Editio duplici columna charactere gallo-franco excusa. Pro Initialibus spatia reliquit Typographus, et Minicularius aliquot litteras colore rubro adpinxit.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... I. E. 6.

—— Exemplar tertium..... I. E. 25.

—— Novum Testamentum cum glossis Nicolai de Lyra et additionibus Pauli Burgensis ac replicis Mathiae Doring. *In calce libri* Apocalypsis *legitur* : Exactum est Nuremberge insigne hoc: ac inusitatū opus biblie una cum postillis venerandi uiri ordinis minorū fratris Nicolai de lyra : cum3 additionibus ꝑ uenerabilē episcopū Paulū burgensem editis: ac replicis Mathie Dorinck eiusdē ordinis mino3 fratris et theologi optimi : charactere ℣.° impssum habes iucundissimo : impensisq3 Anthonii Kobergers ꝑfate civitatis incole. Anno incarnate deitatis. M. cccc. xciij. die ℣.° duodecima Aprilis. de quo honor invictissime trinitati necnon intemerate virgini Marie iesu christi gerule : amen. *Accedit* libellus editus *ab eodem de Lyra* contra iudaicam perfidiam. In folio..... I. G. 24.

Editio duplici columna characteris gallo-franci expressa, qui major in textu, minor vero in postillis textum circumdantibus adparet.

—— Evangelium domini nrī Xpī secundum Matheum. In 8.° XIII. B. 47.

Sine ulla typographica nota. Editio cum modulis ecclesiastici cantus, quae ex aliqua Veneta typographia prodiisse videtur.

—— *Italice.* Biblia vulgare historiata. (*Haec in fronte rubro charactere*) *ex versione Nicolai Malermii. Prologus, sive* S. Hieronymi *epistola cum hac epigraphe*: Comincia prologo veramente epistola dil beato Hieronymo soprą di la bibia dignamente uulgarizata ꝑ il clarissimo religioso duon (sic) nicolao de malermi venetiano et dil monasterio de sancto Michele di lemo abbate dignissimo. *Ad calcem libri* Apocalypseos *legenda haec Typographus expressit* : A laude et gloria del omnipotente Idio et de la gloriosissima vergine Maria : et di sancto Ioanne Baptista. Qui finisse la bibia uulgare hystoriata stampata ne lalma Citta de Venetia ꝑr Giovanne Rosso Vercellese. A istantia di Lucantonio di Giunta Fiorentino. Sotto gli anni de la nostra redemptione. M. cccc. lxxxxiiii. del mese di Zugno. Sotto el pontificato Maximo Alexandro Sexto Regnāte Augustino Barbadigo Inclito Principe de Venetia. *Sequitur* Vita del sanctissimo et virgine perpetuo Ioseph sposo de la intemerata Vergine Maria matre delecta de Dio. In folio. XIII. F. 20.

Ad calcem *Psalterii*, *Aristeae historia* de lxxii. Interpretibus pariter Italice versa, excuditur, opera *Hieronymi Squarzafici*, ut *Paitonus* observat *Tom. V. pag. 16.* Editio rotundo typo expressa duplici columna : Tabula vero, quae operi praeit, tribus columnis distincta est. Signum *Lucae Antonii Iunctae* visitur subjectum titulo in fronte operis, scilicet Lilium colore rubro rectangulo inclusum cum litteris *L. A.* Initiales, et figurae xylographicae maeandrico opere praeditae argumenta librorum exprimentes frequenter occurrunt.

—— Glossae Nicolai de Lyra in Apocalypsim redditae italicae per Fredericum Venetianum. In *fronte rubro charactere legitur* : Incipit liber apocalypsis Scī Iohānis apostoli et evāgeliste cum glosis Nicolai de lira ordīs frūm Mino3.

Digitized by Google

In dei noře Aṁ. In 4..... XI. A. 2.

Absque notis typographicis. *Giustiniani nella Tipografia storico-critica del Regno di Napoli* editionem hanc adscribendam esse *Sixto Riessingero* suadet, uti revera ex typorum forma adparet. Characteres rotundi, sed aliquantum rudiusculi in quavis pagina lineas 36. occupant. Tituli librorum uncialibus litteris rubro colore manuscripti visuntur. Initiales in spatiis haud videntur; custodes, signaturas, et foliorum numeros penitus neglexit Typographus.

—— Exemplar alterum..... XI. A. 3.
—— Exemplar tertium..... XI. A. 4.
—— Le pistole lectioni et Evangelii chessi leghono in tutto lāno alla messa. *Haec in fronte, ad calcem*: Qua se finisseno le pistole le lectioni et evāgelii chessi leghono in tutto lāno alla messa stampati a Venetia per Nicolo Ienson gallico ad laude et gloria di Iesu Christo o̅potēte. M.cccclxxi. In folio. XIII. D. 8.

Columnae duae occurrunt in paginis: Initiales vel omnino desunt, vel parvis litteris in spatiis indicantur.

—— Tota biblia cōpendiosissime per rithmos descripta hoc (quē cernis) libello habetur per magistrum franciscum gotthi ordinis minorum sacre theologie professorem. *Haec in fronte, sed praeit.* Interpretatio nominum hebraicorum. In 4.°..... II. B. 1.

Absque notis typographicis. Columnae tres minutissimi characteris gallo-franci in paginis occurrunt; tituli librorum in superiori margine majusculo charactere habentur: custodes, et foliorum numeri desunt, signaturae vero indicantur ac litteris absque arabicis notis. In aversa parte ultimae paginae extat insigne *Iohannis de Platea*, Lugdunensis, qui typographicam artem ibidem exercuit circa initium Saeculi XVI. Opusculum fere ignotum.

—— Biblia pauperum. *Vide* S. Bonaventura.
—— Casselina sive compendiolum sacre scripture de brevibus et longis absq3 declaratione sed ponitur virgula super syllabam producendam. *Haec in fronte rubro charactere inscripta, sed prius extat Prologus operis ad cujus calcem legitur*: Vocatur Cassellina quia cassat barbarismos. *In fine*: Explicit Casselina. Impressa Venetiis p̱ Bernardinum de Morano casaleñ. Anno D. M. cccclxxxvij. die xviij Maij. In 8..... XII. B. 83.

Opusculum prorsus ignotum.

—— Mammotrectus super totam Bibliam. *Vide* Marchesini Iohannis.
—— Repertorium Bibliae. *Vide* Rampelogi Antonii.

Bienati Aurelii. Elegantiar3 epithomata in sex libros laurentii valle dissertissimi. *Praeit Auctoris epistola*: Claro et generoso adolescenti Sebastiano de Augustinis. *In calce*: Habes elegantiar3 amātissime mi Sebastiane epithomata in sex laurentii ualle libros quae tantope iam diu a me efflagitasti, non ausim hec adeo nisi quia Laurentiana sunt laudare. demū preciosissimis sine labe lapillis

Digitized by Google

companda. Tu tanti facies quāti ad omnem sermonem copiam romane loquendi et judicium merum existimandum putas. Vale. In 4.°..... XI. A. 26.

Absque notis typographicis. Custodes foliorum numeri, et signaturae desiderantur: pro initialibus spatia reliquit Typographus, nec Minicularius eas supplevit. *Giustiniani nel saggio storico-critico sulla Typografia del Regno di Napoli*, editionem hanc, omnino ignotam, Neapolitanam adpellat; et revera ex officina *Francisci de Dino* ea prodiisse videtur, uti evincitur ex similitudine] typorum, quibus *opus Armonicae disciplinae Franchini Gafori Laudensis* ipse impressit. Anno *1480*.

—— Exemplar alterum..... ..... XI. A. 27.

Biffi Iohannis. Miracula B. Mariae Virginis. *Praeit Epistola nuncupatoria, cuius inscriptio sequens est*: Iohannis Biffi Mediolanensis ex Mezago oriūdi oratiuncula: qua brevibus Sixto summo sanctissimoq. Pontifici Quarto dicat. *Epistola absoluta, imminet titulus* Miraculis *hexametro versu traductis.* Miraculorū vulgarium beatissimae virginis Mariae per Iohānem biffum Mediolanēsem ex mezago oriundum in carmen heroicum traductio ad Sistū summum sanctissimumq. pontificem quartum. *Penultimum voluminis epigramma, quod ad Typographum dirigitur, referre libet, unde ejus nomen eruitur.*

Iohannes Biffus ad Laudem magistri Franchi impressoris sui libri.

Iam Veneti sileant nec vano nomine iactent
Se superare omnes: quae nitet aere nota:
Curia cum Romae Germana gente creatum
Contineat Franchum: quo bene pressa viget
Aere notat quicquid fulget splendidius auro
Lucidius gemmis purius atq3 nive!
Cui pedibus nullis vestigia pressa fuerunt:
Cui cedit cantans morte vocatus olor!
Ad campum florū manet hic cognomine Frāchus
Nomine et Eucharius: qui bene quaeq; notat.
Aerea signa vide superant: mirabile dictu:
Praxitelis superant phidiacamq; manum.
Si notat aere: decens chartae pictura nitescit
Parrasii vincens zeusiacamq; manum:
Nam quae fecerunt quondam iam quatuor illi
Vix extant: hic non corruitura facit.
Jam me mortalem secum fecisse canendo
Dicere jam liceat: vana superba fugo.

Ad calcem legitur: Finis. Impressam Romae. Anno domini M.cccc.lxxxiiii. die xi. Marcii. Pontificatus Sanctissimi domini nostri Sisti divina providentia Papae Quarti. Anno eius tertiodecimus. In 4..... X. B. 35.

—— Exemplar alterum..... X. B. 72.

Bitonto Antonii de. *Vide* Antonii de Bitonto.

Digitized by Google

Brgi *Lodouici* (sic) Pictorii Ferrariensis. Christianorum opusculorum libri tres. *In fine* : Finis Tertii libri opusculorum christianorum : Impressumq3 Mutinae per M. Dominicum Rocociolam. Anno. M. cccc. lxxxvi. Die vii. Aprilis. In 4.° parvo..... VII. D. 25.

Editio prima, et magni facienda, relata tantummodo a *Maittairo* pag. 664. hinc errant *Denis in supplemento pag. 451, de la Vallicere Tom. II. pag. 128. Tiraboschi Tom. VI. pag. 179. Crevenna Tom. III. pag. 182. et Panzer Tom. II. pag. 152.* qui editionem *Mutinae* pariter excusam anno *1498 die 7. Augusti* ab eodem Typographo *Primam* adpellant.

B L

Blanchini Menghi Faventini. Commentarium et questiones super logicam Pauli Veneti. *Ad calcem expositionis legitur* : Et sic et finis huius tractatus expositionis eximii ac preclarissimi doctoris Magistri Menghi blanchelli faventini supra totam logicam Magistri Pauli Veneti ad dei laudem et gloriose virginis Marie. Amen. *Adcedunt* Questiones, *quibus absolutis, ad calcem totius voluminis typographica nota sic exprimitur*: Sic finit Eximii ac preclarissimi doctoris Magistri Menghi blachelli favētini cōmētū cum questionib⁹ sup⁹ logicā Pauli Veneti Impressum Tarvisii Anno Millesimo Quadrīgētesimo septuagesimo sexto Die decima aprilis. Amen. In fol. parvo..... VII. A. 26.

—— Exemplar alterum..... VII. A. 29.

—— Alia editio. *Ad calcem legitur*: Et sic ē finis ha4 qōnū qua4 numerq est i8. quare si bene numerabis ē cētenar⁹. Ad laudem dei et glose virginis Amen. Menghi favētini viri clarissimi ī Pauli veneti logicā Commētum cu qōnib⁹ nonnullis feliciter finit. Impssū Venetiis sūma cū diligentia p Antonium de strata de Cremona et Marcum catanellum Bergomēsē socios Anno ab incarnatione dñi 1480. 5.° nonas novembris. Iohanne mocenico īclyto Veneto4 duce In 4.° VII. B. 44.

Editio a nemine hactenus citata.

—— Exemplar alterum..... VII. B. 52.

—— Alia editio. *In calce:* Menghi favetini viri Clarissimi in Pauli veneti logicam commentum cum questionibus nonnullis per fratrem Mattheum cāpagnā de cherio emendatum feliciter finit. Impressum Venetiis impensis Franciscī de Madiis. Nec non arte Ioannis Leowiller de Hall. Anno ab Incarnatione domini M. cccc. lxxxviij. 12. cal. Aprilis. In 4.°..... VII. B. 7.

—— Blanchini Iohannis. Tabulae Astronomicae, et Canones in easdem. *In fine extant* Tabulae, *quibus absolutis legitur*: Ad Lectorem. Io. Basilii Augustoni epigramma.

Perpetuos quicunque cupit variosque recessus
Astrorum : et geminos scire repente polos.
Blanchinum : quem docta tulit sibi felsina : claris
Unum pro cunctis eligat astrologis :

Digitized by Google

Hic erit auspiciis lector tibi candide nostris
Acer: et illesus: qui modo mancus erat.
Forsitan exquires quid prestent sidera: divum:
Consilia atq3 animos noscere posse sacros?
Quid possunt igitur nobis dare numina maius:
Inclyta: iam sileat pfida lingua loqui

Sequitur monitum circa Tabulas *omissas in hac editione, et deinde Typographi nota additur his verbis*: Impressū itaq3 solertia et cura non mediocri Symōis bivilaque papiēsis āno 1495. die io Iunii. Venetiis. In 4.° ..... VIII. B. 1.

Praemissa est *Augustini Moravi Olomucensis* epistola ad *Andream Stiborium Canonicum Olomucensem* avunculum, data *Kal. Ianuarii 1495*. Huic subnectitur nuncupatoria epistola auctoris *Christianissimo Imperatori Federico tertio: romanorumq.: regi semper augusto: Austrie et Scirie duci.* Hanc epistolam alia excipit *ad Leonellum Estensem*, cui primo opus suum dicaverat. Ad latus subscriptionis extat Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum linea sectum, arborem aridam eradicatam exhibens; duo scuta ex ramis pendent, quae regiam coronam tenent inclusam; aquila parva in summitate arboris sedet: truncus vero schedula cingitur, in qua legitur romanis litteris *Simon Bivilaqua.*

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 23.

S. Blasio Ioannis Baptistae de. Tractatus de privilegiis dotalibus. *In fine*: Impressus est idem tractatus in Venetiis per Erhardum Ratdolt de Augusta 12. cal. iunii. 1481. *Adcedunt eiusdem Auctoris:* Tractatus centum questionum continentium centum sententias inter arbitrum et arbitratorem. *In fine*: Impressum quoque est per Erhardum ratdolt de Augusta 4. non. iunii Venetiis feliciter. Laus deo. *Eiusdem*: Repetitio solemnis super prima Rubrica decreti ultra scripta per alios. *In calce*: Eandem et Erhardus ratdolt de Augusta imprimens pridie calen. iunii 1481. feliciter complevit Venetiis. Laus deo. In folio.. VII. G. 21.

Blondi Flavii Forlivensis. Romae instauratae libri III. *Praeit* in Romam instauratam Praefatio ad Eugenium quartum pontificem maximum Romano3. *In fine*: Expliciti sunt in Roma instaurata libri tres. *Adcedit*: Ad franciscum foscari. Serenissimum ducem inclytum3 Senatum et patritios. Venetae reipublicae Blondus flavius forliviensis. De origine et gestis Venetorum. *In calce:* impressum Veronae per Boninum de Boniniis (sic) de Ragusia. āno salutis M.cccc.lxxxi. in vigilia sancti Thomae apostoli. laus deo.
In folio..... XX. F. 2.

Spatia occurrunt pro initialibus litteris, quae a Miniculario suppletae non fuerunt.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 3.

—— Romae triumphantis libri X. *Praeit Epistola.* Ad Sanctissimum Patrem et dominum Pium secundum Pont. Max. Blondi Flavii Forliviensis in Triumphantis Romae libris. *In calce typographica nota haec refert*: Hoc opus rectissime scriptum per Bartholomaeum Vercellensem Bibliopolam Brixianum impressum

Digitized by Google

fuit quam diligentissime Anno a christiana Salute quadrigentesimo octogesimo secundo supra millesimum Benedicto Priolo : Hunfredo Iustiniano Patriciis Venetis et Urbis et Agri Brixiani Magistratibus per quam honestis.

Urbs antiqua tulit Vercellae Bartholomaeum :
Hoc qui impressit opus. Brixia nosce vir3.
Quandoquidem tibi non minus : Ac sibi profuit ille.
Praestinet hunc libr3 plurima nosse volens.
Laus Deo.

In folio..... XX. F. 9.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 10.

—— Italiae illustratae libri VIII. *cum Epistola* Gasp. Blondi Reverendo in xpō prī: dnō Dnico Epo Brixienſ. *In fine*: Romae ī domo Nobilis viri iohannis Philippi de lignamine Messanen. S. D. N. familiaris. hic liber impressus est. Anno domini M.cccc.lxxiiii. die uero lune quinta. Mensis decembris. Pont. Sixti. iiii. anno quarto. In folio..... XII. H. 23.

Non in omnibus huius editionis exemplis occurrit Epistola *Gasparis Blondi* qui fuit auctoris filius, et editor. Huic autem epistolae praeeunt sexdecim folia, quae continent argumenta XIV. Regionum, in quas opus distributum est in VIII. libros. De hac vero divisione XIV. Regionum in VIII. libros dubitat *Apostolus Zenus Tom. XII. Diarii Italici pag. 374.* quibus rationibus huiusmodi dubitatio fulciatur; alii expendant; quod ad me, nullam satis firmam reperio.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 1.

—— Alia editio. *In calce* :

Hieronymus Broianicus veronensis
Itala q⁹ debet Saturno turba latenti.
Iliadae tantum martia turba suo
Ille suae dederat Magnae primordia genti:
Indidit ille tuo nomina clara solo.
Scriptori Blondo debent ambae : atque prementi.
Ragusii genito terse Bonine tibi.

Verba haec epigrammati subiecta leguntur: Impressum in inclyta civitate Veronae Millesimo quadrigētesimo octuagesimo secūdo die septimo februarii. In folio..... XX. F. 2.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 3.

—— Historiarum ab inclinatione Romani Imperii. Decades III. (*ad annum usque circiter 1340*). *In fine legitur*: Finis historiar3 Blōdi quas morte praeventus nō cōplevit: cū tamē ītegrim Romā ītauratam tribus libris. Italiam illustratā libris viii. Et romam triūphātē libris x. absolverit. Impressar3 Venetiis p Octavianū Scotum modoetiēsem Anno Salutis M. cccc. lxxxiii. xvii. Kalēdas augusti. Ioāne Mocenico Inclyto Venetiar3 Duce. *Sequuntur 111. Epigranmata.*

CAMPANUS

Blonde pio uiuo moreris nil morte dolendū ē.
Tu famae : domui consulit ille tuae.

Digitized by Google

Astra tibi: natis patrios concessit honores.
Qua tu alia optasses conditione mori?

PIO SUMMO PONT.

Romam instauratam coepit cum scribere blondus
Multa illum instaurans contulit eugenius.
Italiam mox illustrans maioribus ausis:
Lustravit totam mox uagus italiam.
Ecce triumphantem cecinit pie maxime romam
Ergo tua fas est ille triumphet ope.

EPITHAPHIUM.

Hic situs est blondus priami cui forma catonis
Vita: titilivii phama decusque fuit.
Coniuncta est sancto coniunx pia paula marito
Foeminei sexus gloria ut ille uirum.

In folio..... XX. F. 4.

Editio princeps, et propter Typorum elegantiam in pretio habenda, ac inventu difficilis.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 5.
—— Exemplar tertium..... XX. F. 6.
—— Alia editio. *In calce*: Finis historiarū Blondi q̄s morte p̄ventus nō cōplevit: cū tū interī romā instauratam trib⁹ libris Italiā illustratam libris viii. Et romā triumphātem libris. x. absolverit. Impressarū Venetiis per Thomam Alexandrinum anno salutis M. cccc. lxxxiiii. iiii. Kalendas iulii. *Sequuntur*: Epigrammata, *ut supra*. *Adcedit*: Abbreviatio Pii Pont. Max. supra decades Blondi. In folio..... XX. F. 7.

Editio secunda, et Princeps, quoad *Pii II. abbreviationem.*

—— Exemplar alterum..... XX. F. 8.
—— Exemplar tertium..... XX. F. 9.
—— Abbreviatio Pii Pont. Max. supra decades Blondi ab inclinatione Imperii usque ad tempora Ioannis XXIII. Pont. Max. *Vide* Aeneae Silvii Piccolominei.

Blony Nicolai de. Sermones valde deservientes populo. s3 et clero utcūq3 docto eos digne legenti predicāti: aut audienti. De tempore. et de Scīs. *Haec in fronte*; *in calce vero legitur*: Finiunt sermones magistri Nicolai de Blony decretoru doctor3. Cappellani episcopi Posnoniensis, de tempore et Sacto3. Conscripti ab eodem Anno domini M. cccc. xxxviij. ut videtur capi ex sermone c. lxiij circa medium membri p̄mi eiusdem sermonis. Impressi Argentine. Anno domini M. cccc. xcviij. In vigilia sancti Bartholomei. In folio..... III. F. 14.

Editio duplici columna excusa, charactere gallo-franco, absque Typographi nomine. Vide *Braun. P. IV. pag. 265.*

Digitized by Google

B O

Boccaccii Ioannis de Certaldo. Genealogia deorum. *Titulus praeponitur*: Genealogiae deorum gentilium ad Ugonem inclytum Hierusalē et Cypri regem secundum Ioannem Boccatium de certaldo liber primus incipit feliciter. ꝑhemium. *Ad calcem operis verba ista leguntur*: Genealogiae deorum gentilium secūdum Ioannē boccaciū de certaldo: ad illustrē principē Ugonem hierusalē et cipri regem liber quĩtusdecimus et ultimus explicit. Deo Laus. *Sequitur*: Repertorium rubricarum, *cuius auctor in prologo brevi praeter caetera dicit*: Quod quidem opus assumpsi ad ĩstantiā insignis viri. Colutii pieri Cancellarii Florentini. Ego dominicus de aretio grāmaticae atq. rhetoricae doctor atq. professor deo dante sic incipiam ut infra sequitur. *Repertorio satis prolixo absoluto legitur*: Finis laus Deo. *Folio verso occurrunt*: Versus dominici Silvestri de Florentia super quindecim libris Genealogiarum; *alii deinde adparent, quorum inscriptio*: D. Iacobo Zeno Patavino Episc. R. Zovēzonius poeta DD. *Horum duo extremi Typopraphi notitiam tradunt, hoc pacto*:

Haec Vindelinus signis qui impressit ahenis
Se tibi commendat familiamq. suam.

—— Venetiis impressum anno salutis. M. cccc. lxxii. Nicolao Throno duce felicissimo Imp. In folio..... XII. G. 16.

Editio princeps elegantibus, ac rotundis litteris excusa, a Bibliographis fere omnibus valde celebrata. Initiales parvis formis expressae fuerant; sed Miniculator, qui primam operis paginam auro affabre decoravit, eas caeruleo colore pinxit.

—— Exemplar alterum..... XI. G. 3.

—— Alia editio. *In calce post versus* Dominici Silvestri *legitur*:

Dum tua boccaci propriis laurentius auget
Sūptibus: et reddit nomina clara magis
Hoc opus aere notans: tūc stirpis bottona virētᵉ
Et quē flet Regium: mors inopina rapit.
Post lachrymas tandē frater virtutis amore
Tam pulchre exegit Bartholomeus opus.

—— Impressum Regii Anno salutis M. cccc. lxxxi. pridie Nonas Octobris. *Adcedit ejusdem* Opus de Montibus Silvis fontibus lacubus fluminibus stagneis seu paludibus. In folio..... XI. G. 4.

Editio elegans, cui desunt initiales, nec a Miniculario suppletae fuerunt.

—— Alia editio, *cui pariter adcedit opus*: De montibus: sylvis: fontibus: lacubus: fluminibus: stagneis: seu paludibus: *et* de nominibus maris. *In calce*: Impressum Vincentiae per Symonem de gabis Papiēsem. anno salutis. M. cccc. lxxvii. die xx. decembris. In folio..... XI. G. 5.

—— Alia editio, *cui titulus praefigitur*: Genealogiae. Ioannis Boccacii:

Digitized by Google

cum demonstrationibus in formis arborum designatis. Eiusdem de montibus et sylvis. de fontibus : lacubus : et fluminibus. Ac etiam de stagneis et paludibus: nec non et de maribus : seu diversis maris nominibus. *In calce totius operis* : Venetiis ductu et expensis Nobilis viri. D. Octaviani Scoti civis Modoetiēsis. M. cccc. xc1111. Septimo Kalendas Martias finis ĩpositus fuit huic operi. per Bonetum Locatellum. In folio..... XI. G. 8.

Initiales, et arbores genealogicae xylographicae sunt, et tituli in superiori marginis ora visuntur.

—— Exemplar alterum..... XI. G. 16.
—— Exemplar tertium..... XI. G. 17.
—— Exemplar quartum..... XI. G. 18.
—— Exemplar quintum..... XI. G. 24.
—— Alia editio. *Titulus etiam praefigitur, ut in praecedenti editione, sed gallo-francis excuditur litteris. Ad calcem voluminis legitur* : Impressum Venetiis per me Manfredum de Streuo de Monteferrato. Anno ab incarnatione Omnipotentis dei : M. cccc. xcv11. Octavo Kalendas Aprilis. Amen. In folio..... XI. G. 6.

Haec editio eadem complectitur quae praecedens, ac ei perfecte consonat; attamen initiales habet partim xylographicas, partim minoribus excusas formis.

—— Exemplar alterum..... XI. G. 7.
—— Exemplar tertium..... XI. G. 9.
—— Exemplar quartum..... XI. G. 10.
—— Exemplar quintum..... XI. G. 26.
—— De montibus : sylvis : fontibus : lacubus : fluminibus : stagnis : seu paludibus : de nominibus maris : *Nota typographica ad calcem ita exprimitur:* Io. Boccatii viri clarissimi de montibus : silvis : fontibus : lacubus : stagnis seu paludibus : et de diversis nomĩbus maris opus diligentissime ĩpressum finit. Venetiis Idus Iañ, cccc. lxxiii. (*sic omisso millesimo*) In folio.... XII. G. 18.

Iisdem characteribus impressum est opus quo *Genealogia Deorum* anni *1472.* per *Vindelinum de Spira*, cum qua, velut unicum, volumen describitur a *Maittairo.* Et revera, laudatae editioni, a nobis iam superius descriptae, perfecte convenit, et idem chartarii signum gerit. Initiales parvae expressae fuerant; sed Miniculator, qui primam operis litteram auro decoravit, alias caeruleo tantum colore pinxit.

—— Decamerone. *In calce legitur*: Finise illibro Dechamerone altramente detto le Cēto Novelle. Composto per lo illustre Poeta Iohāne Boccatio da Certaldo. Impresso p Antonio da strada Cremonese ĩ lalma Cittade di Venesia. Iohanne Mocenigo felicissimo Principe Imperante negli anni del Signore. M. cccc. lxxx1. a li giorni. xxx. de Mazo. In folio..... XI. G. 29.
—— Flametta. (*Opus italice prorsa oratione exaratum, cui praeit sequens inscriptio litteris uncialibus excusa:* Iohannis. Bochacii. Viri. Eloquentissimi. Ad Fla-

Digitized by Google

mettam. Panphyli. Amatricem. Materno. Sermone. Aeditus. Incipit. Prologus. Artificiosus. *In fine*: M.cccc.lxxii. die xxi. Marcii. Finis. Fuit. Fiamete. *Tum* Bar. Val. (*scilicet* Bartholemaeus de Valdezochio) Patauus. FF. — Martinus de septē arboribus Prutenus. *Pagina sequens, quae voluminis postrema est, versus subiectos impressos habet hoc pacto.*

CECUS. ET. ALA-
TVS. NUDUS
PUER. ET.
PHARE
TRA
TU
S
ISTIS· QUINQUE
MODIS· DEPIN-
GITUR
DEUS
AMO
RI
S.

In 4°..... XII. B. 74.

Editio princeps, primusque *Patavii* impressus liber. Bibliographi fere omnes celebrant editionem hanc, et *Deburius* rarissimam praedicat. Vide *Bibliograph. instructive* T. II. *pag. 110.*

—— Alia editio. *In fronte legitur*: Fiametta. Opera Gentile et Elegante Nominata Fiametta Alamorose donne mandata Composta Per lo Illustre Poeta et Oratore Ioanne Boccacio Cum grande diligentia Novamente Emendata. *Adeedit*: Hieronymo squarzafigo Alexandrino ale donne innamorate epistola. *In calce*: In Venetia per Max. de Papia ne gli anni del Signore 1491. adi xxiiij. Septembre. In 4.°..... X. B. 77.

—— Il Philocolo. *In fronte*: Incomincia il libro primo di Florio et di Bianzafiore chiamato Philocolo che tanto e adire quāto amorosa faticha composto per il clarissimo poeta misser Ioanni Boccacio da Certaldo ad istantia de la illustre et generosa Madonna Maria figliuola naturale de linclito re Ruberto. *Adcedit*: Vita di Misser Iohanne Boccatio composta per Hieronymo Squarciafico de Alexandria. *In fine.*

Hac sub mole iacent cineres ac ossa Iohannis
Mens sedet ante deum meritis ornata laborum
Mortalis vitae : genitor boccatius illi
Patria certaldum studium fuit alma poesis.

Qui finisce il Philocolo con la vita di Misser Iohanne Boccacio. Impresso in Venetia per Pelegrino pasquale da Bologna nel M.cccc.lxxxviii. a di xxiiii. decembrio. Regnante linclito Principe di Venetia Messer Augustino Barbadico. In folio..... XI. G. 23.

Digitized by Google

—— La Teseide di Zoane de Certaldo detto Bochazo con Commento. *Opus incipit cum hac epigraphe rubro charactere inscripta*: Adsit principio virgo beata meo. *In fine*:

Hoc opus impressit Theseida nomine dictum
Bernardo genitus bibliopola puer:
(Augustinus ei nomen) cum dux bon⁹ urbem
Herculeus princeps ferrariam regeret.
M.° CCCC.° LXXV.

In folio..... .... XII. G. 6.

Editio princeps, et primum lingua italica impressum poema, quod ab *Orlandio* sub titulo *L' Amazonida* affertur. Sic enim *p. 771.* habet: *Boccaccio L' Amazonida, il primo poema, che sia mai uscito in lingua Italiana. Manca il nome dello stampatore, anno e luogo, ma è caratte-re di Carnerio.* De erroribus *P. Orlandii* circa hoc poema, eiusque editionem accurate satis, et erudite disserit *Baruffaldius a pag. 63. ad 69.* quem adire poterit qui de ipso plura nosse voluerit. Satis erit in praesenti animadvertere, Auctorem operis *L' Amazonida* fuisse *Andream Stagi*, opusque primum impressum *Venetiis anno 1503.* Auctor vero commentariorum in *Theseidem* fuit *Petrus Andreas* de *Bassis poeta Ferrariensis*, qui fuit auctor alterius Poematis de *Laboribus Herculis*, quod in pluribus exemplis cum *Theseide Boccacii* et *Amazonide Andreae Stagi* (licet recentioris aevi) coniunctum invenitur. Nostrum autem exemplum caret duobus hisce poematibus.

—— Alla editio. *Praecedit Prooemium prorsa oratione scriptum, et amicae Flammettae directum, cuius titulus:* Incomenza el Theseo composto per Misser Iohāni Bochazo Poeta laureato florentino in Octava rima. E prima el proemio. *Ad calcem vero legitur*: Questo libro si chiama el Teseo composto per Misser Iohanni Bochacio daciertaldo finito a di xxvj del mese de Novembre. In 4.°..... X. B. 23.

Sine indicio Typographi, loci, et anni. In nostro exemplo allatae subscriptioni adiuncta est nota manuscripta del *M. cccc. lxxvj.* Ex plurium silentio Bibliographorum, quos consului, editionem rarissimam et fortasse ignotam censeo. Characteres gallo-franci sunt, et quatuor octosticha in quavis columna occurrunt. Extant signaturae, sed absque numeris foliorum, et custodibus.

—— Comoedia Nympharum Ameti. *Imminet in prima pagina post registrum, inscriptio epistolae.* Al Glorioso. Principē Et felice Signore Giovanni. De Rvvere de Aragonia Ducha. di Sora. et della Alma Cipta (sic) di Roma Illustre Prefecto Luca Antonio Fortunato Fiorentino Salute. *In fine epistolae* Nympharum *nomina adparent, quae hac in comoedia loquuntur. Ad calcem operis subscriptio Typographi ita legitur.* Finisce felicemente la elegante comedia nuncupata Nimphe di Ameto. Compilata dal facundissimo Opoeta (sic) Messere Giovanni Boccaccio Nobile Fiorentino. Impressa In Roma. Nell'anno della Cristiana Salute. M. cccc. lxxviii. Sedente nella cathedra di Pietro Loangelicho. Pastore Sisto iiii. Pontefice Maximo nell' anno vii. del suo felice Pontificato. In 4.°..... XII. D. 55.

Absque loci, et Typographi notitia. Haec editio princeps, ut iudicatur ab *Audiffredo in Catalogo Rom. Edit. Saec. XV. pag. 226.* videtur peracta in officina *Schurenerī de Bopardia.*

Digitized by Google

Alia editio. *In fronte*: Incomincia lopra de lo elegantissimo poeta et oratore gravissimo Misser Ioanni boccaccio da Certaldo Fiorentino chiamata per nome Ameto over Comaedia de Nimphe fiorentine. *In calce*: Finisse lopra elegantissima del eminente poeta et oratore Ioanne boccaccio da Certaldo firentino chiamata Ameto overe (sic) Comoedia de le Nymphe firentine. Impressa ne la amoenissima (sic) cita di Treuiso per maistro Michele manzolo parmese nel anno de gratia millesimo quadringentesimo septuagesimo nono al decimo de Kalende decembre. In 4.° ..... XII. A. 76.

Huiusmodi editionis extat peculiaris mentio apud *de Bure Bibliogr. instructive N. 3579*, qui rarissimam adpellat.

—— Nimphale. *In fronte*: Incomīcia il libro chiamato nimphale: composto pē Messer Ioāni boccaccio fiorentino poeta clarissimo et tracta de lo īnamoramēto di Aphrico et Mensola et di molte altre cose antique di fiesole cō dolce et poetico stile. *In calce*: Finisse il libro chiamato nimphale: composto pel clarissīo poeta Misser Gioāni bocacio: stampato per magistri Bruno ualla di Piamonte e Thomaso dalexandria cōpagni ne glianni dil signore currente M.cccc.lxxvii. Dil mese dauosto Veuecia (sic): il Serenissimo missere Andrea Verdramino principe regnante. In 4.° ..... XII. A. 73.

—— Alia editio. *In fronte rubro, et nigro charactere legitur*: Comincia el Nimphale Fiesolano damore composto per lo excellente huomo Messer Giovanni Boccacci poeta Fiorentino nel quale si contiene lo inamoramento Dafrico et Dimensola e iloro accidenti et Morte. *In calce:* Finis Laus Deo. In 4. XII. A. 9.

Absque notis typographicis. Inter caeteras praestantiores huiusce opusculi editiones haec merito a bibliographiae cultoribus collocanda est, quae a nemine hactenus recensetur. Unde fallitur *Haymus* qui pro certo assignat editiones duas saeculo XV. excusas, et non amplius, ambas cum nota anni, scilicet *1477.* et *1492.* Typus huiusmodi editionis rotundus, sed inaequalis adparet, et tria octosticha singulas paginas implent, quae nullis custodibus, signaturis, ac foliorum numeris praeditae sunt. Est fortasse prima editio huius poematis ex aliqua Florentina typographia evulgata.

Bodovit Guilielmi. Sermo habitus in missa Papali Rome M. cccclxxxv. ī die trinitatis Anno primo Innocentii octavi p̄ sacre theologie doctorem mgrm̄ Guilielmum Bodovit ordinis minorum. In 4.° *Vide* Orationes variae. III. B. 19.

Vide *Audiffredi Catal. Rom. edit. Saec. XV. pag. 264.*

Boethii Annii Manlii Torquati Severini. Opera omnia *cum commentariis* S. Thomae Aquinatis. *Elenchus operum adparet in prima pagina ita expositus*

Haec sunt opera Boetii: quae in hoc volumine continentur.
In porphyrii Isagogen a Victorino translatam aeditio prima.
In porphyrii Isagogen a Boetio ipso translatam aeditio secunda.
In cathegorias Aristotelis aeditio una.
In librum Aristotelis: de interpraetatione aeditio prima.

Digitized by Google

In eundem librum de interpraetatione aeditio secunda.
De divisionibus liber unus.
De definitionibus liber unus.
Ad cathegoricos syllogismos introductio.
Commentariorum in Topica Ciceronis libri sex.
De differentiis Topicis libri quatuor.
De syllogismo cathegorico libri duo.
De syllogismo hipothetico libri duo.
De trinitate libri duo.
De hebdomadibus liber unus.
De unitate et uno liber unus.

Contra eutichen : et Nestorium de duabus naturis : et una persona christi liber unus.

De Arithmetica ad Patritium simmachum libri duo.

De Musica libri quinq3.

De Geometria libri duo.

De philosophiae consolatione libri quinq3.

De scholarum disciplina liber unus. *Primo folio verso tabula adest, in tertio folio opera incipiunt titulo rubro subiecta:* Anitii Manilii Severini Boetii viri clarissimi in Porphyrii phenicis Isagogen a Victorino translatam cōmentariorū editio prima. *Ad calcem* Geometriae *legitur* : Venetiis Impressum Boetii opus p' Ioānem et Gregoriū de gregoriis fratres felici exitu ad finē usq3 p'ductū accuratissimeq3 emendatū Anno humane restaurationis. 1492. die. 18. Augusti. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe Rempu. tenēte. *Accedit* : Boetius de consolatione, *quae verba in medio paginae sunt impressa* : *exinde opus cum commentario* S. Thomae ; *in fine integri operis legitur:* Divi Severini Boetii de consolatione : nec non de scolarium disciplina mellifluis operibus : cum sancti Thomae super utroq3 cōmentariis : in hoc eodem volumine. *Deinde* : Impressis uenetiis por Iohannē de Forlivio et Gregorium fratres. Anno salutis. M. cccc. lxxxxj. die xxvj. mensis Martij. In folio..... VIII. C. 21.

—— Exemplar alterum..... VIII. D. 4.

—— Exemplar tertium..... VIII. F. 23.

—— Exemplar quartum..... VIII. E. 30.

—— Alia editio. *In calce operis, haec typographica nota.* Venetiis. Impressum Boetii per Ioannem et Gregorium de gregoriis fratres felici exitu ad finem usq3 perductum accuratissimeq3 emendatum. Anno humane restaurationis. 1499. die 8. Iulii. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe Rempu. tenente. In folio..... VIII. E. 22.

Duplici columna excusum est opus, et Initiales florentes xylographicae sunt.

—— De consolatione philosophica, *cum commentariis* S. Thomae Aquinatis. *Titulus Boethii operi praefixus est* : Avitii (sic) Maulii Torquati Severini

Digitized by Google

Boetii Ordinarii Patricii viri exconsulis de consolatione phᵒie liber primus incipit. *Ad calcem voluminis legitur*: Auitii Torquati Severini Boetii viri noſs celebritate qꝫ memorandi: textus de phᵒie osolatione: cū editione cōmētaria beati Thomae de aqᵘno ordinis pᵒdicatoᵒ: Anthonii Kobergers civis inclyte Nurēbergensium urbis industria fabrefactus: finit feliciter. Anno a nativitate xpᵒi Millesimo ccccIxxxvj. in Vigilia sancti Iohannis baptiste. In folio.. VIII. E. 38.

Editio typo gallo-franco excusa, qui minor in commentariis ad duo latera textus positis adparet. *Freytag in adparat Tom. 1. pag. 244.* editionem hanc raram adpellat.

—— Alia editio, *cui adcedit opus* De disciplina Scholarum. *In calce*: Divi Severini Boetii de osolatione: nec non de scholariuur disciplina melifluis operibᵒ: cum sancti Thomae super utroqꝫ cōmētariis: in hoc eodem volumine: impssis mādato et impensis nobilis ītegerrimiqꝫ Viri Dnī Octaviani Scoti civis Modoetiēsis finis est feliciter datus: Venetiis: Anno incarnationis domini post millesimum quaterqꝫ centesimū nonagesimo octavo. Decimo octavo Kalēdas Iulias. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. In folio..... VIII. D. 11.

Editio duplici charactere gallo-franco excusa gemin. column. Initiales florentes xylographicae sunt.

—— Exemplar alterum..... VIII. D. 12.
—— Exemplar tertium..... VIII. E. 23.
—— Exemplar quartum..... X. E. 34.
—— Alia editio *cum opere* de scholarium disciplina. *Ad voluminis calcem typographica nota his expressa verbis legitur*: Divi Severini Boetij de cōsolatione: nec nō de scholariū disciplina melifluis operibus: cum sancti Thome super utroqꝫ ɔmentariis ī hoc eodem volumine impᵒssis mandato et īpēsis nobilis ītegerrimiqꝫ viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis: finis est feliciter datus; Venetiis: Anno incarnationis domini post milesimum quaterqꝫ centesimum octogesimo nono: Nono Kalendas Ianuarii. Infolio..... VIII. G. 15.
—— Exemplar alterum..... VIII. G. 16.
—— Exemplar tertium..... VIII. G. 17.
—— Alia editio: *cum commentariis*: S. Thomae et Iodici Badii Ascensii. *In fronte primae paginae legitur titulus rubro, et nigro charactere excusus*: Boetius de consolatiōe philosophica et de disciplina scholariū (q̄ ferme oīm iudicio falso autori nostro ascripta est) cū cōmētariis ab infinitis fere erroribus emaculatis. Additum est carmen iuvenile Sulpitii de moribus in mēsa servandis: et Quintiliani praeceptum de officio scholasticorꝫ erga p̄ceptores. *Ad calcem operis haec leguntur verba*: Antonius Petrus duuelandus studiosis salutem. Accipite Boetium de consolatu philosophico duplici cōmentario explanatum: ut si quādo fortuna in vos saeviat (saeviet forte nō sperata: ut de me nunc experior) autoris nostri exemplo philosophicis studiis recreemini: Accipite et disciplinam scholarium eidem autori ascriptam: qq vel stilus huius se ex felici illa boetiana officina haud prodiisse satis testetur. Accipite et Quintiliani praeceptum de officio discipulorum obviis ulnis (ut aiunt) amplectendum. Demum iuuenile car-

Digitized by Google

men sulpitii de moribus in mensa servandis. Erratulis nostris facile parcet spero quicūq3 hunc nostrum Boetium cum illis qui hactenus impraessi sunt conferet : si tamē aliqua nō expiabilia invenerit id exemplari quo usu (sic) sumus oro ascribat. Valete. Ex calcographia Iohannis Clein alemāni nulli impressor3 Lugdunēn. secundi : nono Kalendas Octobris. In folio..... X. A. 2.

Absque nota chronologica. Ad exitum forte Saec. XV. referenda erit haec editio. Nomen enim huius Typographi neque ante 1488, neque post 1519. in annalibus typographicis legitur : sed forma characterum, et impressionis satis evincit eo tempore excusam esse : ipsa vero ignota fuit Bibliographis fere omnibus. Textus majori typo rotundo exprimitur, commentaria textum circumdantia minutioribus gallo-francis, ac rudiusculis litteris repraesentantur. Margines superiores inscriptionibus praediti sunt; externi postillis; inferiores, signaturis. Initiales principes formis ligneis caelatis florentes visuntur, sed custodes et foliorum numeri desunt. In prima pagina huius voluminis tabella xylographica adparet, Typographi stemma exprimens, cum titulo operis, quem superius retulimus, cujus margines formis ligneis caelatis florentibus exprimuntur, et Typographi signo subjectum cernitur romanis litteris : *Iohannes. Clein.*

De Aritmetica. *In summitate primae paginae legitur tantum:* Arithmetica boetii; *in tertia praefationi titulus imminet.* Incipiunt duo libri de Arithmetica anitij manilii severini Boetii viri clarissimi et illustrissimi ex consulis: ordinarii: patricii : ad patricium simmachum. *Absoluto opere Typographus notavit*: Finit arithmetica Boetii bene revisa ac fideli studio emendata Impressa per Erhardum ratdolt viri solertissimi eximia ĩdustria et mira imprimēdi arte : qua nup̄ Venetiis nūc augustae excellet nominatissimus. Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. Mensis maij die vegisima. In 4.°..... VIII. A 32.

In duplici columna excusum est opus, cujus Initiales florentes xylographicae sunt.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 17.
—— Exemplar tertium..... VIII. B. 21.
—— Alia editio. *In medio primae paginae legitur:* Arithmetica Geometria et Musica Boetii. *In calce operis* : Venetiis Impressum Boetij opus p Ioānē et Gregoriū de gregoriis fratres felici exitu ad finē usq3 pductum accuratissimeq3 emēdatū Anno humane restaurationis. 1492. 18. Augusti-Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe Rempu. tenēte. In folio..... IX. F. 38.

Character huiusmodi editionis gallo-francus est major, et minor, et duabus distinguitur columnis.

—— Alia editio. *In medio primae paginae*: De Arithmetica ad Patritium simmachum libri duo—De musica libri quinq3—De Geometria libri duo— De philosophie consolatione libri quinq3— De scholarium disciplina liber un⁹. *In calce*: Venetiis. Impressum Boetii opus per Ioannem et Gregorium de gregoriis fratres felici exitu ad finē vsq3 perductum accuratissimeq3 emendatum. Anno humane restaurationis. 1499. die 8. Iulii. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe Rempu. tenente. In folio..... VIII. D. 13.

Editio perfecte consonat cum praecedenti.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... IX. F. 18.

—— Topica, et commentum in Ciceronis topica. *In calce*: Anitii. Manlii. Severini. Boetii. V. C. et Illustris: ex consulum ordine. Comentarium. In Martii (sic) Tullii Ciceronis. Librum Topicorum: Explicitum et Impressū. Per Dominum Oliverium Servium. De Tholentino. Anno domini. Millequadringentesimooctuagesimoquarto. die uero Vigesima mēsis Februarii. In folio.. X. F. 29.

Absque loci indicatione, quem ex Bibliographis nondum hausi. Huiusmodi editionis meminit *Maittairus* pag. 454. Non tam papyri praestantia, quam litterarum rotundarum nitor libellum hunc commendat. Paginae amplis marginibus sunt circumscriptae: Initialium sedes quadratis spatiis aliquando indicaverat Typographus, aliquando parvis formis insertae visuntur, et raro formis ligneis caelatis florentibus exprimuntur. Signaturas, numerosque foliorum idem Excusor penitus omisit.

—— Traductio Porphyrii, *et quorumdam* Operum Aristotelis *cum commentariis. In primo folio legitur:*

IN HOC CORPORE HEC VO
LUMINA CONTINENTUR
IN PRIMIS

Porphirii ysagoge cum Commentario Boecii.

Aristotelis predicamenta cum ejusdem Boecii cōmentariis.

Gilberti porretani sex principia et magni Alberti cōmentū.

Aristotelis de interpretatione.

Posterior editio de analecticis Aristotelis et interpretatio Linconiensis viri summi que omnia philosophie lumine si fueris studiose lector contemplatus nō parvum ex illis fulgorem doctrine referens ĩmortales nostro artificio gratias habebis Vale et libenter lege. *In tertia pagina* Porphyrio *titulus praefigitur uncialibus excusus litteris:* Avicii Mauli (sic) Severini Boecii viri clarissimi traductio ysagogarum. Porphyrii et in tradutcionem (sic) comentarium incipit feliciter. *Ad calcem totius voluminis haec legenda occurrunt*: Finis libro⁹ Aris. summi phĩ de Analecticis posterioribus et interp⁹tationis Linconiensis cōmentatoris illustris. Ad laudem dei. Parce qui legeris si aliqua minus polita inveneris nam ita libros ex omni parte depravatos invenimus ut licuerit hic inde aucupari sententias. Ideo veniam dabis et errori manū imponas. Vale.

I. R. M. S. N.

In folio..... VII. A. 46.

Absque notis typographicis. Duplici columna impressum constat volumen, excusum rotundis litteris in commentariis, lineas 44. occupantibus: textus gallo-franco majusculo typo exprimitur; absque, numeris foliorum, custodibus, et signaturis. Initialibus adpingendis spatia destinavit Typographus, quibus revera pictas, deauratas, et eleganter ornatas inseruit Illuminator.

Digitized by Google

—— Liber ad Symachum quod trinitas est unus deus et non tres dii. De trinitate carmina ex libro de philosophie consolatione Boetii excerpta. *In fine* : Laus: Altinotanti. *Extat cum tract. de* Trinitate S. Augustini. Venetiis impress. per paganinum de Paganinis Brixiensem. Anno dn̄i M.cccc.lxxxix. die xii. novembris. In 4.°..... I. B. 15.

Boiardi Matthaei Mariae. Bucolicon carmen. *Praeit elegiaca epistola auctoris* Ad illus. et excel. ducem Herculem estensem. *Ad calcem*: Impressum regii per me Ugonem rugerium civem regiensem. Anno domini. M.ccccc. die. i. octobris. *Extat cum* Crotto..... X. B. 64.

Bollani Dominici artium et philosophie doctoris filij Magnifici dn̄i Caudiani in questionē cōeptiōe gloriosissime v̄ginis Marie Prohemium. *Praecedit tamen huic titulo auctoris epistola dedicatoria* ad Nicolaum Marcellum Venetorum Ducem. *Ad calcem legitur tantum* Deo gratie infinite. *Extat in* Quadragesimali Roberti Caraccioli. In 4.°..... III. B. 5.

Absque notis typographicis. Eodem typo impressus est hic tractatus, ac *Quadragesimale Roberti Caraccioli*, excusum a *Ioh. de Colonia* et *Ioh. Manthen*, et ex indicis Tabula ad ipsum pertinet: at separari etiam potuit, ob signaturas de novo incipientes, ut adparet ex aliis exemplaribus infra notatis. Desunt litterae initiales, quae a Miniculario rubro colore suppletae fuerunt, custodes et paginarum numeri. Hanc autem editionem, duplici columna excusam charactere semigallo-franco esse omnium primam, et ab ipso auctore intra annos 1473-1474. fuisse adornatam ex eo deducerem, quod *Nicolaus Marcellus* anno *1473*. reipublicae Venetae tenuit gubernacula, et anno *1474*. mense decembri e vivis discessit. Vide *Amelot de la Houssaye Histoire du gouvernement de Venise*. Quare verisimile videtur, eam Venetiis primam adspexisse lucem, dum et Auctor, et *Marcellus* eodem tempore ibidem, ut ex epistola supra memorata patet, commorabantur, ac arte typographica Venetiis maxime florente haud necesse erat, ut opus suum auctor alibi praelo subiiceret. In editionibus a *Freytag. T. I. Adpar. litter. pag. 201*, *Denis Supplem. pag. 518. Braun Tom. I. pag. 110. laire Tom. I.* p. 104 recensitis, quae etiam sine loci, anni, et typographi adnotatione, sed in folio, impressae fuerunt, adnectitur *Bulla Sixti* IV. de festo *Conceptionis*, data anno *1476*, quae quidem in hac nostra editione haud reperitur; idcirco minime dubitandum eam esse omnium primam.

—— Exemplar alterum..... III. A. 8.
—— Exemplar tertium..... III. A. 17.

Bolognini Ludovici. Tabula Brevis ad facile inveniendum omnes textus: et ēt omnes glosas singulares in utroq3 iure: tā pontificio: q̄3 cesareo: et singularium auctores: cu3 innumerabilibus et quotidianis quaestionibus et articulis insertis pertinentibus ad materias predictorum iurium et glosarum singularium. Et etiam cum insertione consiliorum preclarissimorum doctorum: convenientium fere in omni articulo. Nec non cum novis interpretationibus ac intellectibus ad omnia predicta traditis per clarissimum iuris consultum: Equitemq3 Auratum: sacriq3 palatii apostolici advocatum consistorialem. Et cristianissimi: serenissimiq3 franchorum Regis consiliarium: iura civilia ordinarie in vetustissimo bononie patrie sue studio legentem: Dominum Ludovicum Bologninum: cum pluribus etiam legibus ab originalibus digestorum pandectis per eundem diligenti studio et fideliter habitis: differentibus mirum in modum ab omnibus transumptis codicibus:

Digitized by Google

Anno domini Mcccclxxxxiiij. *Haec in fronte rubro charactere expressa; In calce*: Impressa per me Ugonem de rugeris. Impressorem a no (sic) ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi M. ccccIxxxxv. die uero xxiij. martii. *Adcedunt* Interpretationes nove noviq3 intellectus ad omẽs fere leges: et glosas singulares in prima et secunda parte ff. veteris: cum allegationibus consiliorum praestantissimorum doctorum in omni articulo: *Tum* In prima et secunda parte Infortiati.—In prima et secunda parte ff. novi.—In institutionibus: et in autenticis constitutionibus novellis: et in libris tribus codicis x. xi. et xij. et etiam in consuetudinibus seu vsib⁹ feudorum. *Praecedunt hisce interpretationibus*: Ad clarissimum equestris ordinis virum: ac iure consultissimum: Christianissimi francorum Regis consiliarium: sacrique palatii consistorialis advocatum. D. Ludovicum Bolognintum Laurentii Rossi carmen. *Deinde auctoris* epistola nuncupatoria ad Francorum Regem divum Carolum Valoyes eo nomine VIII. *Tum* Prohemium. *In calce totius operis haec subscriptio:* Expliciunt nove interpretationes: noviq3 intellectus ad omnes tex. et etiam ad omnes glo. singulares in utroq3 iure tam pontificio q̄3 civili cum insertione consiliorū praestantissimorū doctorū fere in omni articulo miro ordine appositorum per clarissimum iure consulem: equitemq3 auratum. Sacri palatii advocatum consistorialem: et christianissimi serenissimiq3 francorum Regis consiliarium iura civilia ordinarie legentem in vetustissimo regie civitatis Bononie: patrie sue: studio: cum pluribus etiam iuribus sertis ab originalibus pandectis per eundem diligēti studio operaq3 habitis: mirū ꝛ modum differētibus a transumptis codicibus omnibus: Quod opus compositum est ꝑ maiori parte in sacro et ameno loco Reverendissimorum patrū suorū predicatorū: dicto Ronzano sito extra portam sancti Māme versus montes dicato Beato Vincentio. Anno domini. M. cccc. xciiij. Et impressum per me Platonem de Benedictis librorum venditorem: et impressorem in studio Bononiensi. Laus Deo amen. amen. Finis.

In folio maj..... VII. D. 8.

Eadem subscriptio extat in fine cujuslibet interpretationis, ita ut separari possint. Quae de hac editione scribit *Mazzuchellius* in *scriptoribus Italiae vol. II. part. III. pag. 1499.* eadem leguntur et apud *Fantutium in Scriptoribus* Bononiensibus, *tom. II. pag. 267.* Ipsi enim notant, quod opera superius memorata, ignota fuerunt *Augustino Fontanae.*

—— Repertorium aureum nuper compilatum.....ad inveniendum miro quodam et facili ordine sigilatim oēs casus necnō alia principaliter et incidenter contenta et decisa in quatuor voluminibus consiliorum ad lucem litteris eneis editorum in illustrissima venetiarum urbe prestātissimi in utraq3 censura dei et iureconsulti ꝛ toto terrarum orbe famosissimi Alexandri tartagni imolēsis cui alio3 salva hac tēpestate temporibusq3 longe retro actis non est inventus similis. etc. etc. *Haec in fronte. Expleta prolixissima inscriptione, seu potius elogio, cujus auctor anonymus fuit fortasse ipse* Bologninus, *sequitur Epistola ipsius* Bolognini *ad Iurisconsultos omnes data* anno dn̄i. M. cccc. lxxxiiij. die prima martij. *Ad calcem haec subscriptio*: Explicit liber quītus sdm̄ ordinem rubricarū decretalium iuxta quem colloctata sunt et locis suis comēdata hec utilia consilia prelibati excellentissimi iure consulti D. ale. imolensis per prefatum. D.

Digitized by Google

Ludovicum bologninū de bononia. V. Iuris doctorē p̄clarissimū iura civilia de mā̃e ī hoc almo boñ. studio legentē: et sic etiā foeliciter explicit p̄us totū op' ad utilitatē studē̄tiū et q̄ dicta cōsi. aurea in p̄mptu hrē̄ voluerint et q̄ huius alexandrini coloris vestes portarę desiderāt q̄ nō ab re celesti compatus (sic) est. Laus Deo clemētissimo et beatissimo sancto petro martiri.
In folio..... VI. F. 15.

Absque notis typographicis. In calce totius operis extat signum Typographi, scilicet rectangulum oblongum erectum linea inclusum; figura instar cordis intus adparet, quae litteram B. inscriptam habet, cuius hasta perpendicularis producta in crucem desinit; eique adposita littera S occurrit: utraque littera inter duo puncta sita est, quod signum fuit *Bernardini de Tridino*, qui *Venetiis* artem typographicam exercuit. Ex relata superius epistola manifestum est, quatuor priora consiliorum *Tartagni* volumina eo tempore, sive anno *1484*, tum *Venetiis*, tum *Bononiae* impressa jam extitisse, et in studiosorum manibus fuisse versata.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 28.

—— Sylogianthon *sive* collectio Florum in decretum. *In medio primae paginae leguntur rubro charactere undecim disticha, quibus Typographus Bononiensis dicat opus doctoribus et Scholasticis. Post dedicationem legitur pariter rubro charactere:* Idem Ugo Rugerius Bononie impressor Anno a nativitate Salvatoris nostri. M. cccclxxxvi. die. x. Ianuarii. *Sequitur* Prooemium ad Ludovicum Ludovisium *auctori adfinitate conjunctum. Opus excipit tabula* qua *absoluta legitur*: Ludovicus bologninus. Utriusq3 Iuris Doctor et eques. Iura civilia de mane ordinarie legēs in hoc almo ac vetustissimo bononiēsi studio. Anno suo primo. 1472.....Laus Deo. Impressum boñ. p̄ Ugon rugeriū.
In 4.°..... VI. E. 9.

—— Exemplar alterum..... VI. E. 12.

—— Exemplar tertium..... VI. E. 15.

—— Exemplar quartum..... VI. E. 33.

—— Tractatus solemnis et aureus Cataldini de Boncompagnis de translatione S. Concilii Basileae ad inclytam Civitatem Ferrariae, et de viribus et importantia litterarum ejusdem et de potestate sanctissimi D. N. Papae emendatus fideliter a Clariss. U. I. C. Interprete Equiteque D. Ludovico de Bologninis in venustissimo Bononiae Gymnasio. *Item*: liber de Praecedentia Doctoris et Militis domini Signoroli de Homodeis cum additionibus Ludovici Bolognini—*Item*: Tractatus Guidonis de Suzaria de tormentis Reorum cum additionibus Ludovici Bolognini—*In calce*: Emendatissime ac diligentissime visa in regia et excelsa civitate Bononiae et impensis Vgonis Rugerii et Benedicti Ectoris Librorum mercatoris fidelis et industria non levi ejusdem Vgonis de Rugeriis impressoris Bononiensis fideliter impressa. Anno a salute christiana M. cccc. lxxxix. die xviii. Februarii. *Vide* Mathesellanis Mathaei de. In folio..... VII. G. 24.

Bolzanii Urbani. Institutiones Graecae Grammaticeos. *Haec in medio primae paginae, in fronte secundae extat epistola cum epigraphe*: Aldus Manutius Romanus Iohanni Francisco Pico Micandulae. S. D. *Folio verso legitur*: Pater noster *et* Ave maria *graece. Et folio tertio sic incipit titulus*: Fratris

Digitized by Google

Vrbani bellunensis ordinis minorum institutiones grammaticae. *In calce haec subscriptio*: Venetiis in aedibus Aldi Manutii Romani. M.IIID. mense Ianuario. Impetravit. ab. Ill. S. V. et in hoc qd in caeteris suis. *Sequuntur* castigationes errorum qui incuria contigerunt. *gr. et lat.* In 4.°..... XVII. G. 32.

Apud *Maittairium* refertur testimonium *Erasmi* qui de nimia raritate huius libri conquerebatur.

Bomdon Francisci de. Decretorum doctoris ad Iulium secundum Pont. max. Oratoris. Pro excellentissimi ac pstantissimi principis Rhodiorum magrī Emerici de Ambosia et tocius sui ordinis obediencia Oracio. *Haec in fronte, in calce postea legitur*: Habita Rome in Aula pontificum et Consistorio publico die xiiii. Octobris. In conspectu summi pontif. Reveren. D. Car. et toto curia: astantibus R. D. F. berengario Sancii de barospe priore navaire F. Tanequino bucelli preceptoriatū montispisulani et cavalarie preceptori. Et F. Martino danse preceptorie de viliel preceptori pro militari ordine Rhodianorum etiam generosis oratoribus. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Quum anno 1503 *Julius* 11. ad pontificatum evectus fuerit, liquide patet hanc editionem ad saeculum XVI. pertinere: eam nihilominus heic retulimus, tum quia ad huius saeculi primordia pertinet, tum quia in *Orationum Variarum* collectione, quae praecedenti saeculo referuntur, locum obtinet.

Bonacioli Ludovici Ferrariensis medici illustris ad Divam Lucretiam Borgiam Ferrariae Ducissam Enneas Muliebris Incipit. Lucas Ripa latinae linguae Parens: Ad Lectorem.

Discere multa licet parvo contenta libello
Vel semel aspecto quod breve carmen habet.
In primis tumidi genitalia semina nervi
Rima dehiscenti fertilis ore rapit.
Inde suos oritur proles auctura parentes
Quam facilis largi copia lactis alit.
Hinc et nosce datur vexent qui corpora morbi
Arceat et diram quae medicina luem.
Borgia debentur tibi praemia numinis instar
Una Bonazolo remq3 animumq3 facis.

Haec in fronte primae paginae, deinde adcedit: Epigramma P. Nicoleti Castellani, *tum Auctoris praefatio, quam argumenta capitum aliaque excipiunt, ac* Hexasticon Ejusdem Ludovici totius operis argumentum. *In calce nulla subscriptio.* In folio..... IX. G. 28.

Sine notis typographicis. Rotundi, et nitidi characteres occupant lineas 27. in paginis plenioribus; signaturae litteris numerisque romanis expressae sunt; foliorum numeri, et custodes desiderantur, nec aliter quam parvo typo notatur initialis. *Maittairus pag. 763.* eam memorat, et *Seemiller IV. pag. 142.* antiquissimam, et pulcherrimam vocat.

S. Bonaventurae. Tractatus et libri quamplurimi. *Verba ista in prima pagina folii primi exscripta habentur. Folio secundo librorum, ac tractatuum index legitur, scilicet,* Breviloquium Soliloquium Itinerarium mentis in Deum etc.

Digitized by Google

etc. *Finem imponit* Octaviani de Martinis Suessani Oratio in vitam et miracula *S. Doctoris* Iuliano de Ruvere *Cardinali sabinensi inscripta. Ad calcem sequentia habentur.* Libri et tractatus una cum oratione in vitam et miracula sancti Bonaventure : generalis quondam ministri fratrum minorum Cardinalis episcopi albanensis et sacre theologie doctoris seraphici : per Martinum flach Argentine civem vigilanti cura impressi finiunt feciliter Anno gratie : M.cccc.lxxxix. pridie Kal. novembris. In folio. ..... II. C. 17.

Pagina quaevis in duas est distincta columnas. Typus est gallo-francus minusculus. Litteras initiales parvas expressit Typographus.

—— Egregium opus subtilitate et devoto exercitio precellens parvorũ opusculorũ. *Verba relata in primi folii prima pagina leguntur, aversam paginam figura ligno incisa occupat, deinde prologus, tum sequitur tabula seu opusculorum index. In fine haec habentur* : Finiunt tractatus quam plurimi sancti Bonaventure de volumine prime partis. Impressi argentine. Anno domini. M. cccc. xcv. In folio..... III. H. 10.

Secunda parte opusculorum caret haec nostra Bibliotheca. Sine dubio haec editio eadem est, quam *Maittairus T. I. Annal. typogr. pag. 596.* adtulit, sed *quatuor* ibidem *volumina* complecti dicitur opus, quod tamen *duobus* tantummodo *tomis* absolvitur. Causa, ob quam *Maittairus* quatuor et non duo volumina opusculorum memorat, prolixius legitur in *Tom. III. Comment. de Scriptor. et scriptis ecclesiast. col. 386. Casimiri Oudini :* Videsis insuper *Fabricium , et Mazzuchellium.*

—— In libros IV. Sententiarum. *In prima aversa pagina voluminis primi legitur* Ioannis Beckenhavb Moguntini *qui praesentem elucubravit editionem epistola ad* Nicolaum Tinctorem de Guntzenhausen Bambergensis Ecclesie Predicatorem , *cui subjectum est carmen eiusdem* Beckenhaub *in laudem* Petri Lombardi et S. Bonaventurae. *Circa finem Typographus sequenti disticho* se prodit.

Quo libri impressor Nurnberge Anthonius ipse
Koberger tentat post sua fata precor.

Carmen sequitur Nicolai Tinctoris *epistola ad* Ioannem Beckenhaud, *quae data est* Ex bamberga Anno a xrĩ nativitate. 1491. mensis marcij die scđo. *In fine quarti voluminis legitur epistola* Iacobi Wimpfelingii Sletstatensis ad quoslibet theologie studiosos *in laudem* S. Bonaventurae *scripta , in qua maxime ea , quae* Ioannes Gerson *in S. Doctoris laudem scripsit , adferuntur.* In folio Tom. IV..... III. II. 3-5.

Typus , quo isti libri impressi sunt , gallo-francus est , et quidem duplex , grandior , quo textus *Petri Lombardi* ; et minutior , quo *S. Bonaventurae* expositio excusa habetur. Litteras initiales parvas adposuit Typographus, et paginarum numeri desiderantur.

—— Exemplar alterum. In IV. Vol..... III. H. 13-16.

—— Alia editio. *In primo volumine praecedit* Iohannis Beckeuhaub maguntini in scripta divi Bonaventure cum textu sententiarum tabula. *Postea* Sequuntur varij articuli erronei omniũ pene facultatum. in anglia et parisius (sic) studiose et aucto-

Digitized by Google

ritative condemnati cum revocatōibus eorūdē. *Cetera, ut in praeced. editione. In fine IV. partis* : Quartus liber sententiarū cum disputatis celebratissimi patris domini Bonaventure ordinis minorum. per Anthonium Koberger Nurnberge impressus Anno domini Millesimo qngentesimo. finit feliciter. Tom. 4. in III. Volum. In folio..... III. H. 19-21.

—— Alia editio super II. lib. Sententiarum. *Operis initio haec tituli loco leguntur* : Viri excellentissimi artium et sacre theologie divi monarce summiq3 pfessoris sup 2.° snt̃a4 dnt̃ Bonaventure mino3 exordine opus pclarissimum feliciter incipit. *Ad calcem operis sequentia leguntur* : Religiosi pr̄is Bonavēture ordinis Mino3 veritatis theologie pfessoris eximij : sacreq3 aplt̃ce sedis Cardinal. sup. secundū sententiar3 scriptu3 finit. Per excelletissimū sacre theologie doctorē magrum Thomā penketh anglicū ordinis frat3 heremitar3 sancti Augustini in famosissimo studio patavino ordt̃arie legētē maxt̃a cū diligētia emendatū. Anno salutis nrē. M. cccc. lxxvij. p. Theodoricū de Reynsburch et Reynaldū de Novimagio socios Venetiis feliciter impssum.
In folio..... III. H. 8.

Hoc opus in duabus columnis charactere gallo-franco minusculo, ac pereleganti impressum est. Litteras initiales parvas adiecit Typographus, sed Calligraphus diversis coloribus adpinxit; prima autem, ubi opus incipit, auro et coloribus fulget. *Maittairus* hanc editionem penitus ignoravit. *Baur in supplem. Bibli. univer. T. I. pag. 234.* meminit commentarii *S. Bonaventurae* in omnes quatuor sententiarum libros *Venetiis anno 1477* impressi, ex quo elucescit, si hoc verum sit, nos tantum hujus operis secundam partem possidere.

—— Exemplar alterum..... III. H. 9.
—— Exemplar tertium..... III. H. 11.
—— Exemplar quartum..... III. H. 12.
—— Exemplar quintum..... III. H. 17.
—— Exemplar sextum..... III. H. 18.
—— Breviloquium, *cum* Biblia Pauperum. *In fronte primae paginae legitur.* Incipit breviloquiū fratris bonefortune de ordine minor3. *In calce*: finitur hic breviloquium fratris Boneventure ordinis mino3. *Adcedit*: Incipit pclarū opus qđbiblia pauperū appellat.9 editū a dnō Bonavētura ordinis minorū putile ot̃b9 predicatorib9 *In fine operis*: Explicit opus p̄clarū dn̄i Bonaventure: biblia paupe3 nūcupatūm. Impssioniq3 Venetiis deditū impēsis Iohannis de Colonia socijq3 ei9 Iohānis manthen de Gherretzem. Anno dn̄i. M. cccc. lxxvij. *Sequitur* Registrum breviloquij Boneventure ordinem dans in cartis ponentis. *deinde*: Registrum biblie paupe3. In 41.°..... XIII. d. 11.
—— Exemplar alterum..... I. B. 8.
—— Exemplar tertium Breuiloquii *tantummodo*..... I. B. 23.
—— Biblia pauperum : *Opus incipit a prooemio absque titulo, quo expleto legitur*: Incipit preclarū op9 qđ biblia paupum appellat9 p9utile omnib9 predicatoribus. *Haec ad calcem operis notata legis* : Expliciunt exēpla sacre scp̄ture

Digitized by Google

ordinata sm̄ alphabetum ut possint que sunt necessaria in materijs sermonū et p̄dicationū facilius a p̄dicatorib3 invēiri : editum a sancto viro bonavetura ordinis mino3. Deo Gratias.

In 4..... XIII. D. 31.

Sine notis typographicis : Editio in duabus columnis excusa, charactere gallo-franco; linearum numerus in quavis integra columna ad 39 usque progreditur. Custodibus, et foliorum numeris nullus adsignatur locus ; initiales vel parvis supplentur formis, vel pro iisdem spatia tantum occurrunt.

—— Dieta salutis a btō bonavētura. Ultimate emēdatū : ac ꝑisi9 noviter impressū. *His tabella rectangularis ligno excusa subnectitur, quae Crucifixi imaginem praesefert. Huic subjacet nomen Typographi, nempe,* Mittelhus. *In aversa facie hujus paginae, alia tabella xylographica occurrit, quae Salvatoris nativitatem exhibet. Ad calcem post tabulam haec nota typographica invenitur*: Sancti Bonaventure doctoris eximij de dieta salutis una cum tractatu de rcsurrectiōe hoĩs a p̄ctō et preparatione ad gratiam tractatus emendat9 nuꝑ et recognitus. cum tabula q̄ accuratissime cōfecto feliciter finit. Parisius (sic) impressus per Georgium Mittelhus. Anno dn̄i Millĩo : c. c. c. c. xcvij. die xxvij. mensis Martij.

In 8..... XIII. B. 49.

De hac editione Bibliographi celebriores silent.

—— Alia editio. *In prima pagina verba ista legi possunt.* Dieta salutis a beato Bonaventure (sic) noviter impressus ac emendatus. Incipit feliciter. *Ad voluminis calcem post tabulam legitur* : Venetiis impressus per Iohannis (sic) de quarengiis de palazago territorii. Bergomensis sub die primo februarii.M.cccc.xcvij.

In 8..... 1. B. 38.

—— Meditatōes devotissime totius vite dn̄i nr̄i Iesu xꝑi sm̄ sanctū Bonavēturā cardinalē ordinis mino3 : incipiendo qnō angeli supplicarūt altissimo deo ꝑ salute humani generis usq3 admissionem spiritus sancti. *Ad calcem legitur*: Expliciunt meditationes devotissime totius vite domini nostri Iesu xp̄i sm̄ sanctū Bonaventuram cardinale3 ordinis minor3. Impresse Papie impensis Iacopi de burgofrancho 1490 die 4. Martij. *Sequuntur* Versiculi arboris vite christi.

In 8..... I. B. 35.

—— Vita di S. Francesco. *In fronte rubro characiere legitur*: Incomenza la vita del glorioso pare san francesco compilata ꝑ il Reverēdissimo patre et doctore eximio meser Bonaventura Cardinale de la sancta matre ecchiesa (sic). In prima de la prophetia de labbate Ioachino. *In calce operis*: Finis Mcccc.° lxxxvij a di vi del mese de februario estata impressa questa opa ꝑ magistro Antonio zaroto da parma in milano.

In folio..... XIII. D. 2.

Editio prima, valde rara, quae refertur a *Maittairo pag. 384. Saxio pag. 566. De la valliere Tom. II. pag. 101.*

Digitized by Google

Boncompagnis Cataldini de. Solemnis et aureus Tractatus de translatione sacri concilij basilee ad inclitam civitatem ferarie et de viribus et importantia litterа3 eiusdem: et de potestate Sanct. dn̄ d. nostri pape. *Haec in fronte, in calce legitur*: Explicit solempnis (sic) et aureus tractatus de translatione sacri concilij Basilee ad inclitam civitatem ferarie et de viribus ac importantia litteraru3 eiusdem et de potestate Sanctissimi domini. d. nostri pape per excellentissimum utriusq3 i. doctorem comitēq3 dominū Cataldinum de boncūpagnis emendatus fideliter a clarissimo. v. i interprete equiteq3 insigni. d. lud. de bologninis in vetustissimo bonoēn gimnasio Anno dn̄. M. ccccIxxxviij. *Sequuntur* Additiones domini Ludovici de Bologninis, *in cujus fine haec typographica nota*: Emendatissime et diligentissime visa in regia ac excelsa civitate Bononie et impensis Ugonis de rugeriis et bn̄dicti ectoris libroru3 mercatoris fidelis. Et industria non levi eiusdē Ugonis de rugeriis impressoris bononiensis fideliter ip̄ssa. Anno a salute Christiana Mccccixxxiiij. die xviij februarii.
In folio. *Extat cum* Mathasellanis..... VII. G. 24.

Bonetti Nicolai. Formalitates secundum viam doctoris subtilis. *In calce*: Impressus est Venetiis per Bernardinum de choris de Cremona et Simonem de Luero. die 7. mensis novembris. 1489. In folio. *Vide* Mayronis Francisci. VIII. E.28.

Bonetti Baverio. *Vide* de Baveriis Ioannis.

Bonfinis Matthaei Asculani. In Horatianis operibus centum et quindecim Annotationes: *Haec in fronte majusculo charactere leguntur; sequuntur duae epistolae, altera* Sacratiss. et Ampliss. Princ. Raphaeli. Antistiti Ostien. Card. divi Georgii Apost. Fisci praefecto Numini suo Bonfinis perpetuā felicitatem; *altera* Angelo Colocio Amico optimo. *In calce.*: Impressum. R. in Regione parionis per Magistrum Stephanum Guillereri de Lothoringia. et Herculem de Nani de Bononia. Socios. In 4.°..... IX. A. 39.

Absque nota chronologica. *Regio parionis* extat *Romae*, quae hodie adpellatur *S. Tommaso in Parione*, ac proinde Romae haec editio excusa fuit. *Hercules de Nani Bononiensis*, *Bononiae* artem typographicam exercuit ab anno 1493, ad 1494 ac eam postea *Romam* advexit. Hujus opusculi meminit *Hummel pag. 269.*, non tamen illud inveni in pluribus aliis quos evolvi catalogis. Character rotundus est et pinguis, charta valde solida, sed non satis nitida; foliorum numeri nulli existunt, initiales spatiis tantum indicatae fuere. Characterum, et impressionis forma permotus adscribendam esse puto ad exitum Saeculi XV.

Bonfrancischis Augustini de. Additiones super Tractatum de maleficijs Angeli de Aretio. *In calce*: Impr. Venetijs arte ac impensa iohānis herbort de siligēstat alamani q̄ non t̄m sumā adhib3 curā ut hec aliaq3 sine vicio verū et o3 diligentia sua elaborata sint opera. Anno dn̄. Millesimo. cccc. lxxxiij. vlt̄a die mēsis aprilis. In fol.....: VI. F. 8.

Bonifacii Papae VIII. (Benedicti Gaietani.) Liber sextus decretalium cum Glossis Ioannis Andreae. *Praecedit index; in fine legitur*: Presens huius sexti

Digitized by Google

decretalium preclarum opus. cum glosis Io. An. Iuris canonici lumen. Alma in urbe roma. Totius mūdi regina et dignissima Imperatrix que sicut preceteris urbibus dignitate preest. ita ingeniosis viris ē referta. nō atramento. plumali. calamo. neq. stilo ereo sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum ad dei laudem industrie est consummatum. Per Vldaricum. gallum et Simonē de luca. Anno. domini. M. cccc. lxxii. die vero. xiii. Octobris. In folio majore..... V. H. 13.

Character huiusmodi editionis gallo-francus est in textu, et minutior romanus in Commentariis. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, et Minicularius eas colore rubro supplevit.

—— Alia editio. *In calce*: Presens huius sexti decretaliū p̄clarum opus. per venerabiles viros leonhardū pflugl⁹ et Georgiū lauer. Rome impssū. Anno dn̄i M. cccc. lxxii. die uero xxiiii. mensis octobris. Pontificatus. S. in xpō prīs et dn̄i nr̄i dn̄i Sixti divina pvidentia pape Quarti. Anno eius scdō finit feliciter. In folio..... V. G. 12.

Editio rarissima, quam *Audiffredus* laudat ex auctoritate tantum *Caillii*, et *Maittairii*; ipse autem fatetur numquam eam vidisse. Tam textus, quam glossae character Romanus est, sed ille major, hic minor. Initiales vel nullae vel minoribus formis expressae aderant; sed Minicularius, rubro et caerùleo colore easdem pinxit, et primam principem auro ornavit in prima pagina impressam.

—— Exemplar alterum..... V. H. 15.
—— Exemplar tertium..... XII. I. 35.
—— Exemplar quartum..... V. G. 12.

—— Alia editio. *In calce rubro charactere legitur*: Sexti decretaliū opus p̄clarū in nobili urbe Magūcia qua imprimēdi arte ingeniosa gratuitoq3 dono gloriosus deus plus ceteris terra3 nationib⁹ p̄ferre illustrareq3 dignatus ē non atramento ē plumali ereaq3 penna cannave sed adivētione quadā p̄pulcra p̄ venerādū virū Petrū schoyffer de gernssheym feliciter ē consummatū Anno dn̄i M. cccc. lxxvi. die nona mensis Ianuarii In folio..... XII. I. 37.

Duo scutula rubra subscriptioni subnectuntur, ut in *Bibliis Moguntinis* observavimus. Character gallo-francus conspicuus duplici columna tam in textu, quam *Apparatu* textum circumdante effulget. Initiales omnes colore rubro pictae adparent, et principem in prima pagina auro ac ornamentis illitis insignem Minicularius reddidit.

—— Alia editio. *In calce haec subscriptio*: liber sextus decretalium una cum apparatu domini Ioannis andree p̄ singularem iuris utriusq3 doctorem dominum Alexandrum neuum in patavino gymnasio iuris canonici lecturam ordinariam obtinentem diligentissime emendatus feliciter explicit. Venetiis ī pressus opera atque impensa Nicolai Ienson Gallici. M. cccc. lxxvi. In folio. XII. I. 22.

Initiales parvis formis excusae tantum aderant, antequam Minicularii industria pictae adcessissent: earum principes auro superbiunt in prima pagina.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... V. G. 16.

—— Alia editio. *In calce* : Presens huius Sexti libri decretaliū praeclarum opus cum glosis Io. Andree iuris canonici lūinis Rome impressum per venerabilem uirū magistrum Udalricum. Gallum almanū alias han ex ingelstat. Civis Winens⁹ (sic) Anno domini M. ccccIxxviii. die vero. iiii. aprilis. In folio..... V. H. 16.

Neque hanc tertiam *Decretalium Bonifacii VIII.* editionem ex typis *Vdalrici Han* Audiffredus unquam vidit, sed ut ipse fatetur, ejus notitiam depromsit ex catalogo editionum Saec. XV. in Bibliotheca *Monasterii Sublacensis* existentium. Textus gallo-franco, sed raris nexibus: glossae vero marginales rotundo charactere. Initiales omnino desunt in spatiis, sed in prima pagina tres principales litterae coloribus et auro elaboratissimae visuntur.

—— Alia editio. *In calce haec subscriptio legitur :* Liber sextus decretalium una cum apparatu domini Iohannis an. per excellentem iur. utriusq3 doctorem dominum Franciscum brevium venetum in patavino gymnasio: lecturam sextī et clementinarum optinentem (sic); diligentissime emendatus feliciter explicit: Venetiis impressus ī pendio Io. de colonia Iohānisq3 Māthen de gheertze3 Sociorū: anno nativitatis christiane. M. cccc. lxxviiij. Sexto decimo calendas mai. In folio..... V. G. 13.

—— Exemplar alterum..... V. G. 15.

—— Exemplar tertium..... V. H. 14.

—— Exemplar quartum..... V. H. 1.

—— Alia editio. *In calce rubro charactere legitur* : Liber sextus decretalium una cum apparatu dūi Ioānis andree accuratissime castigatus feliciter explicit. Venetiis impssus opera atq3 impēsa Bartholomei de Alexandria Andree de asula Mapheiq3 de Salodio sociorū anno salutis christiane. M. cccc. lxxxij. sexto calēdas octobris. In 4.°..... VI. A. 12.

—— Alia editio. *In calce*: finis Sexti libri Decretalium Anno a nativitate dnī. Millesimo. cccc. lxxxiij decimaquarta mensis Madii. In 4.°..... VI. B. 14.

Absque loci, et Typographi notitia. Hujusmodi editionis mentionem facit *Denis in Supplem. pag. 164.* caeteris aliis Bibliographis, quos evolvi, fuit prorsus ignota.

—— Alia editio. *In fine :* Venetiis per Baptistam de Tortis die. vi. Novēbris M. cccc. lxxxiiij. In folio..... V. H. 17.

—— Exemplar alterum..... VI. H. 15.

—— Alia editio. *In calce :* Liber sextus decretalium una cum apparatu dnī Ioānis andree accuratissime castigatus feliciter explicit. Venetiis impssus. Per Bernardinum de Benaliis Bergomensem. Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxiiij. die vero xxvij Ianuarii. In 4.°..... VI. A. 15.

—— Exemplar alterum..... VI. B. 7.

—— Exemplar tertium..... VI. B. 9.

—— Exemplar quartum..... VI. B. 10.

Digitized by Google

—— Exemplar quintum..... VI. B. 22.

—— Alia editio. *In fine rubro charactere legitur:* Liber sextus decretaliū una cum apparatu dn̄i Ioannis andree accuratissime castigatus feliciter explicit: Venetiis impssus opera atq3 impensa Bartholomei de Alexandria Andreeq3 de Asula sociorū: Anno salutis christiane M. cccc. lxxxv. decimo calendas apriles. In 4.°..... VI. A. 11.

—— Exemplar alterum..... VI. A. 17.

—— Alia editio. *In fine rubro charactere*: Venetiis per Andream de Bonetis de Papia. die. xiij. Iunii M. cccc. lxxxvj. *Deinde etiam rubro charactere legitur sequens titulus*: Incipiunt decretales extravagantes que emanarunt post sextum. In folio..... VI. G. 23.

—— Alia editio. *Legitur in fine*: Impressum venetiis per Ioannem de forlivio et Gregorium fratres. Anno domini. M. cccc. lxxxix. die. xvi. februarii. *Deinde pariter rubro charactere*: Incipiunt decretales extravagantes que emanarunt post sextum. In folio..... VI. H. 5.

Tituli librorum, et capitum litteris uncialibus sunt expressi; initiales deerant, sed Minicularius rubro et caeruleo colore eas adiecit. Prima pagina initialem litteram deauratam, et oram internam marginis variis coloribus pictam habet.

—— Alia editio. *Opus desinit hisce verbis rubro colore a Typographo expressis:* Liber sextus decretalium una cum apparatu donmini (sic) Ioannis andree accuratissime castigatus feliciter explicit. Venetiis impressus opera atq3 impensa Thome de Blavis. de Alexād̄ria Anno salutis christiane M. cccc. lxxxix. die. xiiij. aug. In 4.°..... VI. A. 19.

—— Exemplar alterum..... VI. A. 20.

—— Alia editio *In fine:* Venetiis per Baptistam de Tortis die primo April. M. cccc. lxxxxiiij. In folio..... V. G. 14.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi legitur*: Sebastiani Brant *praefatio. Aversam porro folii sexti paginam occupat figura ligno incisa, quae Pontificem Bonifacium exhibet, cui subnectitur* Sebastiani Brant *epigramma. In calce operis sequentia rubro colore expressa leguntur:* Sexti decretaliū op' una cū apparatu: atq3 additiōib' ex novella Iohannis andree viri disertissimi collect. in urbe Basiēn̄. opa atq3 industria Iohān̄is froben de Hammelburg diligenter impressum: felici fine consūmatum. *Sequitur collectio* Clementinarum cum Extravagantibus, *et in earum fine nigro charactere legitur:*.... Iohēs froben de Hām̄elburb Basilee impssiōi op̄am dāt̄ē Regnante maximiliano rege romanorū ī̄clyto. Anno Salut. M.ccccxciiij. Kalendis Septembrib' Lector vale.
In 4.°..... V. D. 14.

—— Alia editio. *Typotheta hanc adposuit notam rubro charactere excusam in calce operis:* Sexti decretaliū una cū apparatu atq3 additionibus ex novella Ioanni andree viri disertissimi collectis in urbe Venetiarum opera atq3 industria Andree Thoresani de Asula diligenter est impressum. Anno salutis. M. cccc. xcix. die. ℣. iij. septēbris. In 8.°..... VI. B. 23.

Digitized by Google

Boninsegni da Siena Iacopo Fiorino. Eclogae V. *Italice, quatuor sunt dictatae* Ad lo Illustrissimo duce di Calabria mandate A di. 111. dapprile (sic). M. ccccIxv111. Aegloga quinta al Magnifico Laurentio de Medici. *In calce*: Impressum Florentiae per me Antonium Bartolomaei Miscomini. A. d. M. ccccIxxx1. die ultimo februarii Feliciter. In 4.° ..... XII. A. 70.

Extat cum *Eclogis Bernardi Pulci.* Vide *Pulci.*

Bononiae Statuta Civilia. *Vide* Statuta.

Borgi Petri. Arithmetica. *Italice. In prima pagina legitur italicum epigramma*: *In tertia pagina incipit opus huic subiectum titulo majusculis formis excuso.* Qui comenza la nobel opera de arithmetica ne la qual se tracta tute cosse (sic) a mercantia pertinente facta et compilata p⁹ Pietro borgi de veniesia. (sic) *In ultima pagina haec legenda adparent*:

S H S V.

Quanto la tua memoria et alto ingegno
Vaglia ne l arithmetica hai mostrato
nel presente volume compilato
petro borgo da te veneto degno.
Questo e apresso de tuti (sic) un chiaro segno
che nō hai perso il tuo tempo passato
havendo e noi e posteri donato
de si preclaro et tanto utile pegno.
Ma l impressor de augusta Errardo experto
di lopera presente stampatore
degno e non di mediocre laude certo
che tanto a queste scientie a messo amore
che ha cum sua nobile arte a tutti aperto
quanto ahi el suo intelletto gran valore
E se pur qualche errore
fusse ne le figure ritrovato
a gran difficulta sia imputato.

Ne la inclita citade venetia a zorni. 2. augusto. 1484. fu imposto fine a la presente opera. In 4.° ..... VIII. A. 28.

—— Alia editio. *In calce*: finita lopera dita lo libro dabacho Impressa in Venexia. (sic) per mi Nicolo de li ferrari de pralormo piemontese stampador nelano. 1491. a di 22. octubrio. Correcta et emendata per lo notabel homo e autore Petroborgi venetia. *Sequitur, ut in praecedenti, post tabulam capitum Italicum carmen, et in fine legitur*: Nela inclita citade venetia a zorni. 22. ottubero. 1491. fu imposto fine ala presente opera

LIBRO DABACHO.

In 4.° ..... VIII. B. 52.

Digitized by Google

Borro Gasparino. *In fronte legitur*: Cominciano li excellentissimi : e devotissimi Triumphi de la gloriosa virgine Maria : Cōposti per il Reverendo in sacra Theologia : e poeta dignissimo maistro Gasparino Borro da Venecia del sacro ordiē di Servi de la vīergiē maria. *In calce extat:* Sonetto de Maestro Alexādro loda del ordine di servi a Lautore.

Tum Typographi nota : finisse li Triumphi Sonetti Canzone e laude dela madona : composti per el Reverēdo patre frate Gasparino Borro Venitiano de sacro ordine di servi : in sacra theologia doctor excellentissimo : Revisti ꝑ el Reverendo padre maistro thomaso da cremona : e frate Simone dal castellazo del ditto ordiē : e Io. Baptista boneto poeta dignissimo : Impressi in Bressa cum ogni diligentia per maistro Angelo Britānico da Pallazolo. die. xxiij. Octobrio. Mcccclxxxxviii. In 4.° ..... II. A. 27.

Boscae Petri. Oratio, *cujus titulus in fronte primae paginae ita excuditur*: Oratio Petri Bosca artium et Sacrae Theologiae doctoris. R. d. Cardin. S. Marci Auditoris Romae habita xi. Kalᵍ Novembris ad sacrum Cardinalium Senatum Apostolicum : In celebritate victoriae Malachitanae per Serenissimos : Ferdinandū et Helisabeth Hispaniarum principes catholicos : feliciter partae : Anno Christi. M cccc. lxxxvii. *Ad calcem legitur* : Finis.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Sine ulla nota typographica, sed ut docet *Audiffredus in catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 282*, editio haec prodiit ex typis *Eucharii Silberi*. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desunt.

—— Exemplar alterum. *Vide* Orationes variae ..... XII. A. 61.

—— Exemplar tertium. *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 49.

Bossii Donati. Chronica. *Praemittitur volumini* Arbor Genealogiae Vicecomitum Principum Mediolani descendentium de Inuorio Ducatus Mediolani *literis rubris distincta. Sequitur Titulus in fronte secundae paginae* : Chronica Bossiana. Donati Bossii Causidici : et civis Mediolanēsis : gestorum : dictorumqꝫ memorabilium : et temporum : ac conditionum : et mutationum humanarum : ab orbis initio : usqꝫ ad ejus tempora : Liber ad Illustrissimum principem Ioannem Galeazium : Mediolanensium Ducem sextum. *In calce operis* : Hoc opus impressum fuit in inclyta civitate Mediolani ꝑ solertissimum artis impressorie magistrum Antonium Zarotum parmensem. Ad impensas probi viri domini donati Bossii civis Mediolanensis : et causidici accuratissimi auctorisque huius pulcherrimi operis. Anno salutis christiane. M. cccc. lxxxxii. calendis Martiis. *In fine totius voluminis extat catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium, usque ad* Guidum Antonium Arcimbōldum, *qui, Auctore vivente, Ambrosianam Ecclesiam moderabatur.* In folio..... XII. H. 33.

—— Exemplar alterum..... XX. H. 14.

Bossi Matthaei Recuperationes Fesulanae. *Praemittitur Auctoris epistola nuncupatoria, cujus inscriptio capitalibus expressa litteris sequens est*: Mattheus Bossus Veronen. Canonicus Regularis Patri et Domino Reverendiss. suo uiro

Digitized by Google

doctrina pietate sanctimoniaq. insigni Petro Barocio Patavino Episcopo Sal. et Foelicitatem in christo. *Huic subnectitur* Epistola Philippi Beroaldi ad Lectorem ; *tum alia epistola auctoris ad* Ioannem Medicem Cardinalem. *Primi opusculi titulus rubro colore ita exprimitur* : Matthaei Bossi Veronensis Canonici Regularis ad Io. Philippum Germanum et Canonicum de tolerandis adversis dialogus incipit. *Ad calcem verba ista notavit Typographus* Recuperationes Fesulanas has elegantissimas Opus quidem aureum et penitus divinum q⁹ castigatissime Impressit omni solertia PLATO de Benedictis Bononiensis in alma civitate BONONIAE. Anno salutis M. cccc. lxxxxiii. decimo tertio Kallendas Augustas. In folio..... XII. F. 15.

In marginibus externis totius voluminis auctorum nomina, et argumenta sunt adposita.

—— Exemplar alterum..... XI. E. 12.

—— Familiares et secundae Matthaei Bossi Epistolae: *sic enim in prima pagina legitur. Folio verso* : Viri eloquentissimi et divini humaniq ; gloria Iuris eminentissimi Iasonis Mayni ad Augustinum Papiēsem Regularem Canonicum in Matthei Bossi Canonici Regularis opera praeclari et meriti testimonii epistola. *In tertia pagina extat* : Ad Iacobum Gallum in libellos et epistolas Matthaei Bossi Canonici regularis. Balthesaris Crassi Veronēn. Hexametrum. *Ad calcem voluminis legitur* : Impressum Mantuae per Vincentium Berthochum Regiensem. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi M. cccc. lxxxxvIII. Quīto idus Novembr. Inclyto et excelso Principe Francisco Gōzaga. IIII. Marchione. Dominii Habenas Foeliciter Gubernāte. In folio..... XII. F. 16.

In principio voluminis extat argumentum epistolarum, ex quo eruitur, hoc volumen alteram *Recuperationum Fesularum* partem constituere ; tertia insuper promittitur, si auctori, annum septuagesimum tunc temporis agenti, edere contigerit.

—— Exemplar alterum..... X. A. 25.

—— De instituendo sapientia animo disputationes. Per dies. VIII. In Pratis. D. Leonardi Iuxta Veronam Religiosissime Habitas Lector Agnoscito quibus o vere sapiens per Christum Evadito. *Haec in prima pagina majoribus litteris expressa leguntur. Extat Nuncupatoria epistola Auctoris ad Severinum Calchum. Ad calcem operis verba haec impressa sunt:* De instituendo Sapientia animo octava et ultima collatio finit: *Supersunt quatuor paginae, in prima extat* M. Antonii Aldeghati Mantuani ad Lectorem Epigramma; *sequitur registrum, et in fine nota haec typographica occurrit*: Opus hoc Impressum ē q⁹ accuratissima fide et diligētia licuit: sano distinctoque charactere a Platone de Benedictis Bononiae Anno salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo quīnto Octavo Idus Novembris. Laus. Deo In 4.°..... VII. B. 23.

—— De veris ac salutaribus animi gaudiis. *Libello absoluto legitur* : Matthaei Bossi Veronensis canonici Regularis Vera et salutaria Animi gaudia

Digitized by Google

Finiunt. *Sequitur* Timothei Veronensis, *cui primo opusculum direxisse videtur, epistola in auctoris, et operis laudem. Ad calcem haec typographica nota*: Impressit Florentiae Ser Franciscus Bonaccursius. Anno salutis M.cccclxxxxi: Sexto Idus Februarii. In 4.° ..... VII. B. 24.

In principio huiusmodi opusculi adest epistola *Angeli Politiani*, qua hoc opusculum MS. ad *Laurentium Medicem* miserat, ut ipso adprobante praelo subiiceretur. Ex epistola vero eiusdem *Bossi Roberto Salviato* inscripta, et inter *Recuperationes Fesulanas* edita, constat *Laurentium* tantum opus probasse, et plusquam sexcenta exemplaria in lucem edita fuisse.

—— Sermo; *cuius titulus ita expressus legitur in fronte opusculi, sed uncialibus formis:* Matthaei Bossi Veronensis Canonici Regularis in Iesu Christi Salvatoris Passione Flebilis et devotissimus sermo. *Nota Typographica in calce excusa hoc pacto cernitur.* Impressum Bononiae per Platonem de Benedictis de Bononia Anno salutis Millesimo quadringētesimo et nonagesimoquinto tertio Idus novembris. In 4.° *Extat cum* Ioan. Franc. de Tuciis..... XIII. A. 31.

Bottoni Bernardi. *Vide* Parma Bernardi De.

Bourdon F. Francisci Decretorum doctoris. Oratio pro capessenda contra Infidelis expeditione: habita in conspectu Sanc. in Xpō patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia pape VI. Ex parte Reveren. ac precellentissimi domini D. petri daubusson Card. Sancti Adriani magni magistri Rhod. *Haec in fronte; in calce legitur*: Proposita per prefatum f. franciscum de Bourdon decretorum doctorem die quinta decembris anno salutis christiane millesimo quingentesimo primo. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Character est gallo-francus incerti Typographi. Editio parum cognita.

B R

Bracciolini. *Vide* Poggii.

Bradwartini Thomae. *Vide* Bravardini.

Brandolini Lippi Raphaelis Iunioris. Oratio parentalis de obitu Guillermi Perrerii Primarii causarū apostolicarū auditoris Romae in templo sanctae mariae de populo. Kal. decembr. habita. M. D. in 4.° *Vide* Orationes varie. IX. A. 58.

Praecedit Auctoris Epistola ad *Nicolaum Advogarium Canonicum Ferrariensem.* Data *Romae Sextodecimo Klās Januarias.* Character est Romanus elegans *Eucharii Silberi.*

—— Exemplar alterum..... XII. A. 81.

—— Oratio de obitu Dominici Ruuere sancti Clementis Presbyteri Cardinalis. Romae in templo sanctae mariae de populo: ad patres: et populum habita.

Digitized by Google

M. D. I. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 5.

Praecedit Auctoris Epistola ad *Dominum Ludovicum Ruuere Episcopum Taurinensem.* data *Romae III Idus* Maias. Character est elegans Romanus *Silberi.*

—— Exemplar alterum..... XII. A. 81.

Brant Sebastiani. *In fronte primae paginae rubro charactere gallo-franco legitur.* Navis stultifera a domino Sebastiano Brant primū edificata: et lepidissimis teutonice lingue rithmis decorata: Deinde ab Iacobo Lochero philomuso latinitate donata: et demum ab Iodoco Badio Ascensio vario carminū genere nō sine eorundem familiari explanatione illustrata. *Huic titulo tabella xylographica subjacet dictam navim exprimens, et in ipsa tabella legitur:* Navis stultorum: *et in anteriori latere navigii adparet haec chronologica nota:* 1497. *Navi subditur epigramma cum titulo rubro charactere excuso:* Navis stultifera ad Lectorem. In 4.°..... XIII. D. 26.

Exemplar mancum in fine, ac proinde nullum indicium typographicum extat. Ex iis quae supersunt coniici potest ipsum fragmentum esse editionis *Basileensis* anno 1497. per *Ioannem Bergman de Olpe*, quam describit *Braun Pars. II. pag. 291.* Quam accèptum hoc opusculum in suo ortu omnibus fuerit, ex eo colligi datur, quod post primam Basileensem editionem anni 1495. quinque aliae editiones uno eodemque anno 1497. typis excusae prodierint, scilicet, *Argentorati* per *Iohannem Griininger; Augustae Vindelicorum, per Iohannem Schonsperger*, et tres *Basileae* per *Iohannem Bergman de olpe.* Epigrammata typo gallo-franco majusculo describuntur, minusculo vero explanationes, et totum volumen iconismis xylographicis undique refertum adparet.

Brascha Santo. Descrizione, o sia Relazione del suo Viaggio a Gerusalemme. *Praecedit Auctoris epistola.* Ad magnificum dominum Antonium Landrianum Ducalem Thesaurarium generalem. *In fine extant duae Orationes metro Italico ab eodem compactae, ac deinde epistola* Ambrosii Archinti Mediolanensis ad Sanctum Brascham ducalem Cancellarium. *In calce*: Impressum Mediolani per magistrum Leonardum Pachel Auno (sic). M.cccc.lxxxxvii. die xxvii. Mensis Ianuarii. In 4.°..... II. D. 4.

Haec editio latuit *Saxium.*

Bravardini Thomae. Geometria speculativa recoligens omnes conclusiones geometricas studentib9 artium et philosophie aristotelis valde necessarias simul cum quodam tractatu de quardratura (sic) circuli noviter edito. *Haec in fronte primae paginae leguntur: in calce postea Typographus hanc notam addidit.* Et sic explicit Geometria Thomae bravardini cū tractatulo de quadratura circuli bene revisa a Petro sanchez ciruelo: operaq3 Guidonis mercatoris diligentissime impresse (sic) paris9 in cāpo gaillardi. Anno dnī. 1495. die 20. Maij. In 4.°..... VIII. A. 38.

Editio parum cognita, et a *Maittairo* primum citata: typo medio gallo-franco, admodum nitido, excusa, absque titulo, et numeris paginarum: in marginibus vero mathematicae figurae accuratissime impressae visuntur.

Digitized by Google

BREBIAE GABRIELIS. Commentaria in Psalterium. *Vide* Biblia, *pag. 88.*

BRENTII ANDREAE. In Pentfcosten (sic), Oratio. *Sic legitur in fronte* opusculi; *praeit tamen brevis Auctoris nuncupatoria.* Oliverio Cardinali Neapolitano. *In calce haec legenda occurrunt.* Ad Lectorem. Autor pauca huc ex se contulisse profitetur. Si qua autem laus est aliorum dicta colligere quod nō negat Isocrares (sic): si bene fiat: Cum nihil dicatur quod prius dictum non sit: eam sibi dari non recusat Brentius. Acta. Xysto. IIII. Pont. Max. Orbi ius legesque dante. Ann. XII. In. 4.º ..... II. D. 3.

Editio sine notis typographicis; refertur tamen ab *Audiffredo in catalogo Roman. Edit. Saec. XV. pag. 257.*

—— Oratio ad Sixtum IV. de somniis. *Praeit Auctoris nuncupatoria* Zachariae Barbaro Venetorum Oratori. In 4.º ..... VIII. B. 27.

Sine ulla typographica nota. Dubium admodum est, num haec editio inter Romanas numeranda sit, uti *Laire Tom. I. pag. 197. autumavit*; quam tamen ignoravit *Audiffredus.* Utcunque tamen sit, rem in medio relinquo, et paucula tantummodo de eadem hic dicere non inutile arbitror. Editio est foliorum 15, amplissimis marginibus, optima charta; Romano grandiusculo nec ineleganti charactere excusa, sine signaturis, numeris et custodibus.

—— Hippocrates de natura hominis—de victu—de tuenda valetudine—Medicinae lex—Hippocratis iusiurandum—Hippocratis demonstratio q artes sunt. Hippocratis ṽvectiva in obtrectatores Medicinae—Quae quidem opera ut latine et emendare (sic) legerentur. Curavit Andreas Brentius Patavinus.

Francisco Dedo Venetorum oratori.

Res variae a multis certatim dantur amicis
Grata recessuro munera Dede (sic) tibi.
Haec nos: quae uenetū culto legat ore iuuētus.
Ingenii nostri munera parva damus.

In 4.º *Vide* Hippocrates..... VIII. B. 27.

Haec leguntur primo folio verso voluminis, in quo nulla typographica nota adparet: occurrunt insuper in ipso opusculo quinque Interpretis epistolae ad diversos: I. epistola ad *Sixtum IV.* praeposita tribus prioribus opusculis: II. ad *Oliverium Cardinalem Neapolitanum*, praeposita quarto; III. ad *Io. Cardinalem Novariensem*, praeposita quinto: IV. ad *Hieronymum Trapolinum*, praeposita sexto: V. ad *Iacobum Sangenisium*, praeposita septimo. Editio est charactere Romano eleganti Stephani Plannck, absque numeris, signaturis, ac custodibus.

—— C. Iulii Cesaris oratio Vesontione belgice (*Galliae belgicae*) ad milites habita. *ab* Andrea Brentio, *ex ipsius* Caesaris *commentariis, ac ex codicibus partim graecis, partim latinis, integre e latino versa. Praeit ad Caesarem decastichon Auctoris*; *deinde legitur*: Ad Xystum quartum Pontificem maximum Andree Brentii Patavini Oli. Cardi. Neapolit. Secre. epistola. *Hanc excipit* Andree

Digitized by Google

Brentii Patavini. In C. Iulii orõem p'fatio ad quirites. *Ad opusculi calcem adiecta sunt epigrammata quatuor in ipsius* Brentii *laudem: quorum auctores sic exprimuntur:* Litavicus, Franciscus, M. Lucius, Ambrosius. In 4.° *Vide* Orationes variae ..... IX. A. 58.

Absque notis typographicis, sed *Romae* excusa charactere gallo-franco *Stephani Plannck*, ut observat *Audiffredus pag.* 422. Quaelibet pagina lineas 33. complectitur, foliisque 8. absolvitur opusculum absque signaturis, custodibus, et foliorum numeris; ex initialibus unica parva littera exprimitur in principio, reliquae desunt.

—— Alia editio In 4.° ..... XIII. A. 23.

Notis typographicis pariter destituta, sed typo Romano, licet rudiusculo, excusa, qui lineas 34. occupat in singulis paginis. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desunt, et pro initialibus parvae adsunt litterae, et totum opusculum foliis 10. constat impressis: An haec editio cum illa conveniat, quae tantummodo refertur a *Seemiller Tom. III. pag. 190.* et Romana existimatur, alii videant.

Breviarium Capuanum. *In prima pagina verba ista rubro colore expressa legi possunt:* Index oꝰu3 hic ɔtēto4 et primo de psalmis p ordꝫ lr̄arū. *Ad calcem integri operis, pariter rubro charactere, legitur:* Explicitū est op9: qꝺ vulgo breviariū appellat: iussu Iordani Gaytani Archiep̄i Capuani et patriarche Antiocheni sūma cura ac diligētia recognitū: solertiq3 industria impressū Capue p Cristianum preller almanum. Anno salutis. Mcccclxxxxix. die x. Martii. Pōtificat9 Innocētii. viij. pōtificis maximi anno. V. Regni ferrandi aragonei regis invictissimi anno xxxj. Et p̄sulat9 eiusdem Archiep̄i felicissimi anno xliiij. In 4.° ..... XI. B. 36.

Excusum est volumen duplici columna charactere nigro, et rubro. Nostrum exemplar in principio plurium foliorum defectu laboret; hinc incipit *ab Indice*, sicuti superius indicavimus. Nonnulli Bibliographi referunt hanc editionem in forma 8. et eam tribuendam esse censent *Matthiae Moravo*, vel alii Typographo Neapolitano, et non *Capuae*, sed *Neapoli* impressam. Qua ratione ipsi permoti haec omnia adfirment, nostrum non est inquirere. Hujusmodi editionis *Capuanae* rarissimae, ac pervetustae, quam *Iordanus Caietanus Archiepiscopus Capuae* ad officium rite celebrandum, deletis erroribus, sublataque lectionum varietate, typis *Capuae* existentibus anno 1489 mandari curavit, uberiorem notitiam dat *Michaël Monacus* in opere, *Sanctuarium Capuanum.*

—— Constantiense. *Opus incipit a tabula litterae dominicalis, et in aversa folii primi pagina, figura ligno incisa veluti schema horologii horizontalis, ad inveniendam litteram dominicalem et aureum numerum, visitur. Folio sequenti, rubro colore legitur*: Incipit tabula succ̄ctim ex̄ alphabeti ordine modum ostentans inveniendi psalmos: hymnos: dom̄cas: festa sanctorum: in calce uero seu fine hui9 cōmune de sanctis etc. etc. etc. *Indice absoluto, tribus foliis comprehenso, sequitur* Kalendarium *sex folia occupans, deinde rubro pariter charactere*: In nomine dn̄ nostri ihesu xp̄ amen. Incipit psalterium cū suis pertinētib9 Sm̄ modū eccle9 Constāciens9 ordinatū. Ab octava ephe̅ usq3 ad qdragesimaz. etc. etc. etc. *In calce Breviarii haec typographica nota*: Kalenda-

Digitized by Google

riū. psalterium. hymni. breviarium. cōmune sanctorū iuxta chorum ecclesie Constañ. diligentissime emendatum. Erhardi Ratdolt viri solertis mira imprimendi arte: qua ſuper Venetiis: nunc Auguste vindelicorū excellit nominatissim⁹ Explicit feliciter. Añο domini. M.cccc.xcix. *In aversa hujus ultimi folii pagina extat typographi insignia cum inscriptione*:

Erhardi Ratdolt felicia conspice signa
Testata artificem qua valet ipse manum.

Sequitur officium. In dedicatione ecclesie, *tribus foliis* constans. In folio..... XIII. F. 3.

Initiales litteras tum ligno incisas, tum rubro colore impressas adposuit Typographus: folia quoque romanis numeris, et plagularum fasciculos litteris signavit. Typus est gallo-francus ruber et niger. *Zapfius* in *Annal. typograph. August. pag. 135.* editionem hanc diligenter descripsit.

—— Dominicanum. *In calce haec typographica nota, rubro charactere impressa, legitur*: Explicit Breviariū de camera sm̄ usum sacratissimi ordinis fratrū p̄dicato4. Ad honorē gloriā et laudē oĩpotentis dei pr̄is et filii et spūs sancti: et bt̄issime semper v̄ginis marie gl⁹iosissime genitricis dei et dn̄i nr̄i iesu xp̄i: et bt̄ dn̄ici pr̄is nr̄i: Accipite Reverēdi prēs seniores et emeriti de ordĩe fratrū p̄dicato4 breviariū de camera sm̄ usum ipsi⁹ ordinis: cū oĩb⁹ novis rubricis: et officiis sāctificationis btē v̄ginis et festis ix. et triū lectionū nup̧ institutis: nec nō et lectionib⁹ oĩb⁹ tā ferialib⁹ q̄3 festivis: et per octās et in octavis oĩbus de tp̧e et de scĩs dicēdis: et leōnib⁹ de cōi scō4: et officio beati dn̄ici p̄ris nr̄i in iij. feria. cū suis leōnib⁹ p̧ totū annū. Itē officio btē v̄gĩs in sabbō cū suis leōnib⁹ accōmodatis: et offō quotidiano eiusdē. Itēq3 offō defuncto4 in vigiliis novē et triū lectionū p̧ annū dicendo cū suis rubricis: officijs pro coĩcādis et inungēdis ẓfirmis: et mortuis tā frīb⁹ q̄3 secularib⁹ etiā puerulis sepeliēdis appropatis (sic): nec nō et bn̄dictiōib⁹ itinerātiū: oĩonibusq3 ab eis in via existētib⁹ faciēdis. Insup̧ et modo absolvēdi quascūq3 tā a cēsuris q̄3 a peccatis multiplici: Reverēdissimo prē frē Ioakino turriano veneto sacre theologie eximio p̧fessore gn̄ali magistro existēte. Cōgregationiq3 lōbardie in secūdo suo vicariatu Rdo. p. frē Vincētio de castro novo clarissimo sacre theologie p̧fessore p̄sidēte: In alma venetiarū urbe ad ĩstar exēplaris correctissimi Per optimū virū Andreā de torresanis de asula studiosissime impssū. Anno salutifere ĩcarnatiōis. M. ccccxciiij die p̄ma Martij. Et orate p̧eo q̧ tāti tā et diuturni opis laborē sustinuit ut de⁹ ei pctā sua remittere dignet.⁹ Amen. Laus deo et bt̄ssime semp̧ v̄gini marie dei genitrici: et btō dominico prē nrō in secula seculo4. Amen. In folio..... XIII. E. 17.

Exemplar, forsan in principio aliquot foliis caret, hinc incipit a Kalendario, quatuor folia continente. Gallo-francus est typus, qui in duplici columna nigro, et rubro colore, in singulis paginis lineas 44. implet. Numeri foliorum sunt romani, sed minoris formae; signaturae, et custodes habentur. Initiales ut plurimum florentes exprimuntur, et in marginis ora superiori festa celebranda sunt indicata.

—— Olomucense, *tribus voluminibus comprehensum. In primo volumine*

Digitized by Google

primae paginae superior pars majusculis, rubrisque typis hdec verba legentium oculis exhibet: Breviarū iuxta ordinē ecclīe Olomucē dioce.9 *Sequitur* Kalendarium *quo expleto, sequitur* Tabula alphabetica ad inveniendum psalmos scdūm ordinem: quorum Nūerus etiam hic apponitur. *Quae verba aeque, ac sequentia, rubro colore sunt expressa: adcedit nempe alia* Tabula festorum et sanctoruq; s3m ordinē alphabeti annexo numero foliorū in quibus festa otinentur. *Tandem ipsum* Breviarium *his verbis pariter rubro colore excusis incipit*: In nomine dom̄ini nostri iesu christi. amen. Incipit ordo psalterij iuxta ritum et modū ecclesie Olomucensis. dominica die Invita. *Post psalterium sequuntur* hymni, et Accessus Altaris.

—— *In secundo volumine continetur* Pars hyemalis. *In fronte primae paginae rubro charactere legitur*: Incipit cōmune sanctorū et primo legenda cū omelia de sanctis tempore pascali. *In calce hujus voluminis verba ista rubro colore excusa leguntur*: Finit pars hyemalis de sanctis. Una cum hystoria Sancte Appollonie.

—— *In tertio volumine* Pars Estivalis. *Titulus in fronte primae paginae rubro charactere legitur*: Incipit pars Estivalis de tempore. Et primo. In vigilia sancte trinitatis. *Ad calcem integri operis legitur rubro colore haec subscriptio*: Elaboratum diligenti adhibita examinatione impensis providi viri Iohannis Reinardi (alias grüninger) Exaratum ē breviarium Argentine. Anno nostre salutis. M.ccccxcix. Kalēdas vero Novembris duodecimas. finit feliciter. In 8.° Tom. III..... XIII. B. 40-42.

Praestantissimam hanc editionem Bibliographis incompertam deprehendi: adii enim post Bibliographos diligentiores, et Catalogorum Scriptores, etiam *Frytag, Seemiller, Denis, Gemeiner Panzer, Braun, Zapf Vogt*, qui de editionibns *Argentinae* excusis diffuse scripserunt, nec ullum vestigium huius editionis apud eos reperi, adeo ut in ea opinione confirmatus sim, ipsam omnium Bibliographorum nempe diligentiam fugisse, ac proinde exactiori descriptione indigere, ut primum forsan a nobis citatam. Characteres rubri et nigri gallo-franci minusculi elegantes in membranis impressi sunt, et in paginis singulis duas columnas replent, quarum quaevis lineis constat 39. Initiales Sanctorum imaginibus, ac variis coloribus pictae, ac deauratae ut plurimum adjectae sunt Miniculatoris industria: aliquando vero spatia tantum reliquit Typographus. Folia quoque romanis numeris, et plagularum fasciculi litteris, ac arabicis numeris signati visuntur. In prima pagina voluminis I. post titulum superius relatum, in quadrangulo xylographico conspicitur imago ligno incisa, quae S. *Wenceslaum* regio diademate coronatum, sinistra vexillum cum epigraphe in summitate: S. *Wenceslaus*, dextera gladium gerentem, ostendit inter duos Angelos, qui duo scuta, quae duo diversa gentilitia stemmata exhibent, in manibus tenent. Folio verso legitur *Mandatum Stanislai Episcopi Olomucensis Ecclesiae* ad suae dioecesis clericos, ex quo discimus duorum stemmatum, unum esse peculiare Ecclesiae *Olomucensis*, alterum gentilitium ejusdem Episcopi *Stanislai*. Legitur enim in calce huiusmodi *Mandati*: *Et ut huiusmodi librorum Impssure per nos date a cūnctis plenior fides adhibeat. Admtsim9 ut oībus et singulis voluminibus harū seriem litterarū in fronte apponi.*(sic) *Ut cum armis nostris episcopalib9 ac peroriis nec non patronis nostrarum. In signiis iuxta formam extra Annotalam.* In primo volumine post *Kalendarium* figura ligno incisa occurrit, perinde ac schema horologii horizontalis, cui subjecta est rubrica ad inveniendam litteram dominicalem, in cuius fine legitur:

Quatuor partes anni
Dat clemens hyemem. dat petrus ver cathredatus.
Estuat urbanus. Autumnat symphorianus.

Folium in tertio volumine, quod notatam subscriptionem refert, ad calcem insigne rubrum exhibet Impressoris.

Digitized by Google

—— Romanum. *In calce voluminis rubro charactere haec typographica nota occurrit:* Explicit breviarium sm̄ morem romane curie: Impressū venetiis per franciscum de Hailbrun. et Nicholaū de frāchfordia: Anno domini M.cccc.lxxvii. deo gratias.

In 8.° ..... XIII. B. 32.

Exemplar nostrum mancum, incipit enim a signatura. *C. I.* Excusum est duplici columna, charactere nigro, et rubro, et licet gallo-francus sit, nitore tamen commendatur.

—— Alia editio. *In aversa pagina primi folii agitur de aureo numero. Sequitur deinde* Kalendarium ecclesiasticum, canones festorum mobilium, ac noviluniorum. *Hoc excipit* Tabula Psalmorum, Hymnorum, *ac* Sanctorum. *Haec omnia quatuor folia complectuntur, deinde rubro charactere legitur*: In noīe dn̄ī nostri ihē xp̄i amen. Ordo psalterii scdūm morē et consuetudinē romane curie feliciter incipit. *In fine rubro charactere haec typographica nota:* Explicit breviarium s̄m ordinē scē Romane eccl̄ie: magna cū diligētia revisū et fideli studio emendatū per fratrē philippū de Rotingo Mantuanū ordinis mino4 de observantia: Impressum Venetiis arte et impēs' Nicolai de frāckfordia. Anno dn̄ī. M.cccc.lxxxv. deo gratias. *Adcedunt plura alia. v. g.* Lectiones S. Bernardini. Officium conceptionis virginis marie editum per reverendum patrem dūm Leonardum nogarolum. Lectiones S. ignatii ep̄i et martiris. Officium Sancti ioseph sponsi glōsissime (sic) v̄ginis marie matris dei. *Tum* Registrum hujus breviarii; ac demum Rubricae *rubro charactere impressae*: *In aversa facie ultimi folii leguntur quaedam* dicta S. Bernardi, *excerpta ex ipsius operibus.*

In 8.° ..... XIII. B. 34.

De hac veneta editione *Breviarii* apud praestantiores rei bibliographicae Scriptores altum silentium est, ac propterea longe rarissima omnino adparet. Exemplar integerrimum est, impressum in membranis duplici columna, characteribus admodum elegantibus gallo-francis, rubro, et nigro colore excusis. Foliorum numeri arabes in ora superiori paginarum indicantur, sicuti etiam conspiciuntur prope signaturas, quae expressae sunt Romanis litteris.

—— Alia editio. *In medio primae paginae charactere rubro legitur*: Breviarium de camera secundum usum Romanum. *Folio secundo accedit* Kalendarium; *titulus in prima* Breviarii *pagina*: In nomine domini nr̄ī iesu xp̄i amen. Ordo psalterii s̄m morem et consuetudinem romane curie feliciter incipit. etc. etc. *Haec rubro sunt colore expressa. Typographica nota ad calcem breviarii his verbis rubro charactere exprimitur*: Ad honorem: laudem: gloriam: et exaltationem dei omnipotentis patris filii et spiritus sancti: gloriosissime matris eiusdem domini nostri iesu Christi: sanctorum et sanctarum omnium: accipite venerabilissimi sacerdotes breviariū de camera ad usum romanum: instar exemplaris correctissimi maxima cū diligentia impressum: Cremone per Carolum de darleriis. Anno salutifere incarnatiōis dn̄ī millesimo quadringentesimo nonagesimo: nono pridie nonas Aprilis. Laus deo. *Huic subnectitur Typographi signum, ru-*

Digitized by Google

bro colore excusum. Rubricae *sequuntur*, *tum* Tabula *rerum*, *quae continentur* in Breviario, et Registrum. In folio..... XIII. F. 4.

Frustra de pulcherrima hac editione apud Bibliographos praecipuos ego quaesivi, apud quos de nullo libro constat anno 1499. Cremonae typis edito; ut proinde magno in pretio ea habenda esse videatur. Volumen excusum est duplici columna, charactere semigallo-franco nigro et rubro, qui lineas implet 34 in paginis. Numeri foliorum et custodes desiderantur, signaturae vero suo loco occurrunt. *Officia* quoque in ora superiori paginarum indicantur rubro colore expressa. Exemplar pulcherrimum, charta magna impressum, atque nitidissimum est, perinde ac recens e praelo prodierit; integerrimum quoque, quod quidem rarum est.

—— Alia editio. *Titulus in fronte primae paginae rubro colore excusus :* Individue trinitatis nomine invocato. Psalterii ordo iuxta ritum quem nunc romana servat ecclesia incipit. *Expleto Breviario*, *sequuntur* Rubrice generales breviarii veteres appellate, *quae pariter rubro colore sunt excusae*, *et septem folia implent.* In folio..... XIII. F. 19.

Excusum est volumen duplici columna in membranis nitidissimis, charactere gallo-franco, qui lineas 48. in paginis integris implet. Numeri foliorum, et custodes desiderantur, signaturae vero suo loco visuntur. Initiales parvae fuerant expressae, sed Minicularius colore rubro, et caeruleo easdem supplevit. Exemplari in principio, et fine aliqua folia desunt, nec sine diligentiore observatione editionem esse dicere ausim *Nicolai Ienson.* Characteres enim quamvis gallo-franci sint, nitore tamen commendantur, ut sunt aliae editiones eiusdem elegantissimi Typographi iisdem formis impressae.

Bricoti Thomae. *Vide* Bruxcellensis Georgii.

Britannici Gregorii. Sermones funebres vulgares: litteraliterq3 pronunciandi. Item sermones nuptiales pulcherrimi. *Post haec verba quae in medio primae paginae leguntur*, *sequuntur haec alia :* Hoc in opusculo cōtinētur sexaginta q̄tuor sermones de mortuis vulgarizandi tā pro vivis q̄3 pro mulieribus et ta3 pro pueris q̄3 pro puellis cōmunes et singulares.

Item decem cum octo latini et luculenti cōmunes nec non particulares.

Item undecim orationes nuptiales elegantissime : quarum quedam proprie : quedam cōmunes.

Item supra mille auctoritates pro defunctis interponēde pro arbitrio.

Item quindecim orationes vulgares pro defunctis communes.

Item decē nuptiales vulgares cōmunes.

Folio verso, Ad lectorem Epigramma elegiacum *legitur*, *deinde occurrit auctoris nuncupatoria epistola cum epigraphe* : Ad Reverendissimū in Christo Patrē et dūm. D. Paulum zane. humanarum oīum pastorē et divino afflatu epm̄ Brixianum Benemeritum: frater Gregorius Britannicus Sacri ordinis predicato' p'fessor. S. P. D. *Epistola data est:* Ex ede divi Floriani q'rtodecīo Kalēdas aprilis 1495. *Hanc sequitur* Pauli Zani *responsum*, *hoc excipit Tabula*, *cui sub-*

Digitized by Google

ditur registrum, deinde Sermones. *Ad calcem sermonum nuptialium vulgarium, sive* integri operis, *legitur*: Impressum Venjetis. (sic pro Venetiis).
In 8.°..... III. B. 34.

Sine nomine Typographi, et loci indicatione. Typus hujus libelli gallo-francus est, et unaquaque pagina 36. lineas complectitur. Initiales litterae ligno excusae sunt. Signaturae adparent, custodes, et foliorum numeri desiderantur, tituli in marginibus superioribus occurrunt, et quaevis pagina duplici columna distinguitur.

Britannici Ioannis Angeli. Commentaria in Persium. *Extant cum* Persii Satyris. *Vide* Persii.

Britonis Guillelmi. Expositiones Prologorum S. Hieronymi in Biblia. *Vide* Biblia..... 7. G. 18-23.

Britonis Natalis Hervei. *Vide* Hervei.

Brixiani Theophili Carmina. *Praeit*: Theophili Brixi. Carmen Erotematicon. *Adcedit epistola ejusdem* Theophili *inscripta* lll. Principi Guidoni V. Monfe. Urbini Duci. *Sequitur*: De vita solitaria et Civili: ad Invictiss. Principem Guidonem Ubaldum Monferetrium Urbini ducem. Dialogus, *interlocutoribus* Mauro eremita et Pyrro equite. *Hunc sequuntur Elegi plures encomiastici* de vita et moribus Divi Bernardi Abbae Claravalensis, *quibus inserta Elegia, cui titulus:* Divi Benedicti pro instauratione monasticae religionis prolata supplicatio et accepta a deo promissio. *Postremo habentur Hymni novem: tres priores in* S. Benedictum: *tres intermedii in* S. Lucam; *tres ultimi in* Solemnitate Beatae Iustinae. *Typographi subscriptionem antecedit epistola* Heliae capreoli Augustino Aemylio *inscripta*, *tum monitum ejusdem Typographi ad Lectorem. Ad calcem.* Impressit Brixiae Bernardinus Misinta Papiensis chalcographorum castigantiss. Hieronymo Donato Praetore eminentiss. Anno Theogoniae M. cccc. xcvi. In 4.°..... X. B. 29.

Brixiensis Petri. *Vide* Monte Petri de.

Bruni Leonardi Aretini. *Vide* Aretini.

B. Brunonis. Psalterium beati Brunonis episcopi herbipolensis. *Titulus relatus legitur in primo folio. Octo sequentia folia occupat* operis et auctoris commendatio: temporum correctio: punctorum diversa positio: utilitas psalmorum etc. etc. *Folio decimo* incipit Psalterium *cum commentariis* B. Brunonis. *Psalterio adjecta habentur:* Canticum Esaie: Canticum Ezechie: Canticum Moysi: Canticum Anne: Oratio Abacuch. Canticum Moysi secundum: Hymnus trium puerorum. Canticum Zacharie: Canticum S. Marie: Oratio Dominica: Simbolum apostolorum: Hymnus quem Sanct⁹ Ambrosius et Sanctus Augustinus invicem condiderunt: Fides catholica sct̄ Athanasii episcopi. *In fine legitur:*

Digitized by Google

beati Brunonis psalteriū ex doctorū dictis collectū per Anthonium Koberger impressum. Anno incarnate deitatis millesimo quadringētesimononagesimo septimo finit feliciter. . . . . .
In 4.°..... XIII. B. 4.

Opus istud *Norimbergae* excusum, ubi praefatus *Antonius Koberger* artem typographicam exercuit, duplici charactere gallo-franco excusum; qui major in textu, minor vero in commentariis textum circumdantibus adparet, ita ut columnae tres in quavis occurrant pagina: nullos custodes, aut paginarum numeros exhibet. Initiales parvas, et signaturas adposuit Typographus, et *Psalmorum* numeri in ora superiori paginarum indicantur.

Bruti Iacobi. Corona Aurea coruscantibus gemmis: et preciosissimis conserta margaritis ℓ qua he per pulchre et scientifice matℓe parisiensi more pertractantur. *In fronte folii primi haec verba leguntur*; *in aversa facie ejusdem folii reperitur elenchus operum in volumine contentorum. Sequitur* Praefatio, *deinde brevis epistola nuncupatoria Auctoris* Ad Illustrissimum atq3 Excellentissimum Principem: et dominum suum: dominum Ioannem Franciscum de Gonzaga Marchionem: Rhodigiiq3 comitem. *In calce voluminis*: Finit Corona aurea impressa Venetiis per Ioannem de Tridino alias Tacuinum M.cccc.lxxxxvi. die xv. Ianuarii. In 4.°. ..... VIII. A. 14.
—— Exemplar alterum..... VIII. A. 19.
—— Exemplar tertium..... VIII. A. 29.
—— Exemplar quartum..... II. D. 37.

Bruti M. Epistolae. *Praeit*: Renuccii viri clarissimi in epistolas bruti ad nicolaum quintum pontificem maximum (sic) proemium. *In calce libelli*: Finis Florentiae facta est harum epistolarum impressio Per Antonium Francisci Venetum. Anno Domini M.CCCCLXXXVII. X. Kalen. Iulias. In 4.° *Vide* Diogenis Epistolae..... IX. B. 65.
—— Alia editio. In 4.°... ..... X. B. 3.

Absque notis typographicis. Deest in hac editione epistola nuncupatoria *Renuccii Thettali*. Excusa est charactere Romano cum signaturis, et foliorum numeris. *Denis in supplemento pag. 710.* eam memorat. Extat impressum cum epistolis *Diogenis Cynici* etc. etc.

—— Alia editio. *In calce nulla subscriptio.* In 4.°..... X. B. 16.

Character, quo exprimitur editio haec, notis typographicis prorsus destituta, rotundus, et nitidus est, et lineas 26. complet in paginis integris; signaturae adparent, sed custodes, et foliorum numeri desunt. Bibliographi quamplurimi aliam editionem, sine notis typographicis, referunt, quae ex auctoritate *Audiffredi pag. 404.* fortasse est inter prima specimina artis typographicae *Adami Rot.* Cum exemplar hujusmodi editionis, quam Romanam censent, desit nostrae Bibliothecae, certo iudicare haud possumus, an nostra editio eadem sit ac illa. Haec quoque nostra forsitan *Romae* lucem vidit; sed nullo certo indicio id nobis constat. Si eadem est, ac illa ab *Audiffredo* relata, tunc, ut ipse *Audiffredus* citato loco scripsit, *magnam redolet haec editio antiquitatem*; si autem ab illa est diversa, cum hujusmodi editionis nulla mentio apud Bibliographos reperiatur, hinc non immerito inter rariora Bibliothecae cimelia recenseri debet.

Digitized by Google

Bruti Petri. Victoria contra Iudaeos. *In folio primo occurrunt carmina* P. Ioannis Bonaviti Mantuani *in operis laudem : sequitur epistola auctoris ad eumdem* Bonavitum, *deinde alia carmina ejusdem* Bonaviti *adparent.* Praefatio *auctoris, cui haec inscriptio imminet*: Petri Bruti Veneti episcopi Catharēsis. Ad viros nobiles vicētinos de omni genere virtutis benemeritos victoria contra iudaeos. *Adcedunt XV. objectiones Iudaeorum, earumdemque refutatio, deinde Orationes duae, quarum altera ad summum Pontificem, qua ipsum hortatur ad expellendos a Christiano Orbe Iudaeos, altera vero Vicentinis gratulatur, quod Iudaeos iam expulissent. Ad calcem typographi et editionis notitia hoc pacto legitur:*

Est opus impressum papiensi Simone clarum :
Compositum petri praesulis ingenio.
En ego sum simon papiensis nomine civis
Bivelaquam nuper fata dedere mihi
Hunc virtute mea librum magnoq. labore
Impressi : nostrae virginis ob meritum.

Impressum vicentiae. Anno domini. M. cccc. lxxxiiii. die tertio mēsis octobris.

Hisce versibus subnectitur Registrum, *deinde sequuntur aliqua carmina variorum auctorum in laudem* Petri Bruti, *eiusque operis.*

In folio..... III. G. 14.
—— Exemplar alterum..... III. G. 15.
—— Exemplar tertium..... III. G. 22.

Bruxellensis, *vel* Bruxcellensis Georgii. Expositio in logicā Aristotelis: una cum Magistri Thome bricoti textu de novo inserto: nec nō cum eiusdē questionib⁹ in cuiusuis fine libri additis. diligentissime etiam de novo in margine quotata: ut incipiētibus cōtenta pateant ad primos intuitus. Cura summa ac diligentia castigatum. *Haec rubro charactere leguntur in fronte folii primi. Huic subnectitur signum Typographi, cum epigraphe :* Iehan de Vingle. *In calce totius voluminis*: Expositiōes he logicales divi magistri Georgij Bruxcellēsis: diligentissime recognite ꝑ prestantē virū sacre theologie ꝑfessorem Magistrum Thomā bricot : qui textū cōtinuatiuum a se in formā quā vides traductū nec non in cuiusuis libri questiones inseruit. Impresse tandem accuratissime Lugduni per magistrum Iohannem de Vingle picardie nationis. Sub anno salutis. M. cccc. Nonagesimo sexto. Die vero vicesima Mensis Augusti. Regnante Karolo Valesio francorum rege xp̄ianissimo Octavo sui nominis. In 4.°..... VIII. A. 1.

B U

Buccardi Ioannis Francisci *sub nomine* Pyladis. Piladae Genealogia. *Majusculis litteris titulus expositus legitur in prima pagina : folio verso, extat auctoris epigramma, cujus inscriptionem, quatuorque priores versus hic exhibemus :*

Digitized by Google

Ad Lucam Tertium patritiorū Brixiae splēdorē
Et Mecoenatem suum
Pylades.
Tertie Cura poli: Musarum gloria luca:
Carmine Divorum suscipe quaeso genus:
Quod pylades nuper fictum tibi dedicat uni:
Dum sibi praesidii te satis esse putat.

Ad calcem opusculi legitur tantum: Finis.

In 4.°..... X. B. 54.

Editionem hanc ignoravit *Em. Quirinus*, qui in suo opere de *Brixiana literatura*, *par. 2. pag. 296.* loco primariae hujus editionis, citat duplicem *Hesiodi Theogoniae Basileensem* editionem saec. XVI; utrique quarum adjunctum fuit hoc Piladae opusculum. Editio est excusa optimo charactere Romano, cum signaturis tantummodo, et initiales xylographicae sunt. Non dubito autem quin ex praelis *Britannicorum* prodierit, et verisimiliter *Iacobi.*

Bulgarinis Bulgarini de. Super rubrica et tit. soluto Matrimonio quemadmodū dos petaī in xxiij libro ffo4. *Ad calcem haec subscriptio*: Explicita est presens interpretatio super rubrica et l. i. ff. soluto matrim. anno salutis M .cccc. lxxxxi. Senis impressa cū additionibus per Magistrum Henricū de harlem diė. xv. mensis Martii.

Victoris campanatici iuris civil⁹ scolastici.
Utile et in pretio vel sit subtile quod optas.
Id Bulgarini spiritus arsq3 docet.

In folio. *Vide Tracta. varii*..... VI. G. 9.

Burchiello Domenico Fiorentino. Incomenciano li sonetti de Burchiello Fiorentino Faceto et Eloquente in dire Cancione et Sonetti sfogiati. *Hujusmodi titulus legitur in fronte opusculi; ad calcem*: Cura et diligentia Antonii de Strata de Cremona Opus Burchieli Florentini Impressum Venetiis. Anno domini. M. cccc. lxxxiii. die vero. viii. Februarii. Ioāne Mocenico ĩclyto principe Venetiis prĩcipante. In 4.°..... XII. B. 72.

—— Exemplar alterum..... X. B. 75.

—— Alia editio. *In prima pagina.* Sonecti del Burchiello. *In calce voluminis extat* Registrum, *deinde.* La tavola del Burchiello per alfabeto, *quae quatuor folia implet.* In 4.°..... XII. B. 25.

Citat hanc editionem *Cl. Mazzucchellius vol. II. par. IV. pag. 2436.* subjecta hac annotatione: *Senza nota di luogo, nome di stampatore, e anno; la qual edizione mostra di esser stata fatta in Firenze circa il 1490.*

Burgensis Pauli de S. Maria. *Vide* Maria.

Burgo S. Sepulchri de Lucae. *Vide* Pacioli.

Digitized by Google

Buridiani Iohannis. Questiones perutiles ab exelentissimo (sic) magistro Iohāne buridaō p̄fecte super libros methafisice aristotil⁹ felicit⁹ ĩcipiūt. *Huiusmodi titulus in primae columnae fronte legitur, haec vero ad calcem*: Hic desinunt Methafisicales questiōes breves ꝫ p̄ utiles super. 12. libris Methafisice Aristotel⁹. Que ab exelentissiō magistro Iohanne buridiano diligētissima cura cum correctione ac emēdatione ĩformam redacte fuerunt. In 4.°..... XII. B. 51.

Sine indiciis typographicis. Nullum foliorum numerum ac custodem in hoc volumine deprehendi, secus vero de signaturis dicendum est. Typus, quo excuditur, gallo-francus admodum rudis est, et geminam columnam amplectitur, qui lineas occupat in paginis integris 34. In superioribus marginibus eodem charactere, sed majusculo libri indicantur. Initiales ligno excusas, sed valde inelegantes, et figuris ornatas adposuit Typographus. Editionem hanc frustra apud Bibliographos praecipuos quaesivi, attamen *Parisiensem* ex plurium rerum observatione iudico, et ex typis forsan *Durandi Gerlier* editam, licet *André Chevillier*, in opere *de l' origine de l' imprimerie de Paris* de ea altum silentium teneat. Quod pertinet ad *Buridiani* opera haec primum citata fuere a *Fabricio* in *Tom. I. Biblioth. lat. Med. et infi. aetatis pag. 306.* ubi leges: *Prodiere universa* (*Buridiani opera*) *Iohanne Dullardo Gandavensi curante Parisiis 1500.* cui facile subscriberem quoad locum impressionis: at quoad annum, haec nostra ob ruditatem, et duritiam typorum, nec non et formam impressionis, antiquiorem eam censeo anno 1500.

Burlei Gualterii. Preclarissimi viri anglici sacre pagine professoris excellentissimi sup artem veterem Porphyrii et Aristotelis expositio sive scriptum feliciter incipit. *In fronte primae columnae is titulus legitur: ad calcem haec typographica nota adposita visitur*: Explicit scriptum p̄clarissimi viri Gualterii Burlei Anglici sacre pagine p̄fessoris eximii: in artem veterē Porphirii: et Aristotelis. arte ac impensa Ioannis herbort Alemani: qui non solū summā curā adhibet ut sint hec sua suave quoq3 sine vicio: ve4 ut laute sint etiam elaborata. Impressum vero venetiis. Anno M.cccclxxxi. Quarto Idus decēbris. In folio..... VIII. C. 39.

—— Alia editio. *Legitur in calce*: Explicit scriptū preclarissimi viri Gualterij Burlei Anglici sacre pagine p̄fessoris eximii in artem veterē Porphyrii. et Aristotelis. arte ac impēsa magistri Bernardini de Tridino ex monte ferrato Impressum Venetiis Anno. M.cccc.lxxxv. In folio..... VIII. F. 13.

—— Alia editio. *In calce haec typographica nota*: Explicit scriptum preclarissimi viri Gualterii Burlei Anglici sacre pagine professoris eximii in artem veterem Porphyrii et Aristotelis: Venetiis Impressum per Ottinum Papiensem. Anno salutis M.cccc.xcvii. V. Idus Maii. Regnante inclyto principe Augustino Barbadico. In folio..... VIII. E. 24.

—— Alia editio. *In fine legitur*: Gualterii āglici sr̄ vīlib⁹. p̄dicam̄tis. sex p̄ncipijs. et ꝑhyrmēiis Art. op⁹ emēdatū ꝑ r̄veredū Symonē alexādrinū ordr̄ p̄dicato4 bachallarium ĩpressū venetijs ꝑ magr̄m xp̄oforū arnoldū feliciter explicit. In folio..... VIII. F. 35.

Haec editio, anni nota destituta, refertur a *Denis in supplemento pag. 526. circa 1474.* et immerito in *Catalogo Pinelli Tom. I. pag. 262.* notatur: *absque loci indicatione.*

Digitized by Google

—— Super octo libros physico4. *Haec in fronte primae paginae. Folio verso nuncupatoria epistola primo loco adparet, cujus initium.* Ex illustri baduario4 familia q̄ olī ꝑticiacha dicebaī oriundo dn̄o Sebastiano cēsori coīs. venetia4 p̄stātissimo Nicholetus vernias theatinus S. p. d. *Nicoletus se correxisse Burlei opus typographorum rogatu adserit in hac epistola. Prooemium, seu prologus sequitur, exinde opus; quo absoluto legitur*: Et ī h. finiī expositio excellētissimi phī Gualterij de burley anglici ī libros octo de physico auditu. Aristo stragerite emēdata diligētissime. Impressa arte et diligentia Boneti Locatelli bergōmēsis. sūptib⁹ ỳo. et expensis Nobilis viri Octaviani scoti modoetiensis. Et humato (sic) Iesu eiusq3 genitrici (sic) virgini Mariae sint gratie infinite. Venetiis Anno salutis nonagesimo p̄mo supra millesimum et quadringētesimū. Quarto nonas decembri. *Tabula adcedit, tandem Typographi signum.*
In folio. ..... VIII. E. 24.

—— Exemplar alterum..... VIII. D. 5.

—— Scriptum super libros posteriorum Aristotelis. Cum textu seriatim inserto: *In prima pagina notata haec majusculis characteribus leguntur: ad calcem integri operis:* Expliciūt ɔclusiones cum ꝑbationibus suis date a magistro Gualterio burleo. Impresse Venetiis sumptib⁹ Nobilis viri domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Millesimo q̄dringentesimo nonagesimo quarto. Quarto idus novēbris. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. *Sequitur Registrum, et deinde Typographi signum.* In folio..... VIII. E. 24.

——. Scriptum super libros Ethycorum Aristotelis. *Praeit nuncupatoria* Burlei Reverendo in christo patri et dn̄o dn̄o Ricardo divina disponente clemen-tia Ulmensis sedis episcopo. *Ad calcem legitur*: Gualterii Burlei doctoris egregij super decem libros Ethico4 expositiones expliciunt. Venetiis per Octavianum Scotum Modoetiensem. Anno salutis. M.° cccc. lxxxi. Sexto idus May. Ioanne. Mecenico Inclyto Venetiarum duce. In folio..... VIII. E. 34.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 35.

Burtii Nicolai. Musices opusculum cum defensione Guidonis Arretini. *Praeit auctoris epistola, quae primo operis titulo sequenti subditur*: Nicolai Burtii parmensis: musices professoris: ac iuris pontificii studiosissimi: musices opusculum incipit: cum defensione Guidonis aretini: adversus quendam hyspanum veritatis praevaricatorem. *Deinde.* Pauperibus clericis: ac religiosis: Nicolaus Burtius: S. P. D. *Carmen auctoris ad lectorem, in voluminis calce legitur, postea nota haec typographica*: Impēsis Būdicti librarii bonon. ac sumā industria Ugonis de rugeriis: qui propatissimus (sic) huius artis exactor imp⁹ssus Bonōie. Aō dn̄i M. cccc. lxxxvij. die ultimo aprilis. In 4.°..... XII. B. 37.

Totum volumen instructum est schematibus, et musicis notis ligno insculptis. *De Burius Biblioth. Instructive pag. 540.* describit hanc editionem his verbis. *Ce volume est assez rare et recherchè des Curieux. Il est imprimè en lettres Gothiques et ornè de figures, et de notes de Musique. On lit a la fin une Piece de Vers latins, au bas de laquelle se trouve la description qui termine le volume.* Ante *Deburium* editionem hanc retulit *Cl. I. B. Martinus* in sua *Musices historia, tom. I. pag. 451.*, desideratur tamen apud *Orlandium et Maittairum.*

Digitized by Google

—— Bononia illustrata. *Praedictum lemma legitur in fronte primi folii, semi-gallo-franco grandiori, rubroque charactere excusum. Folio verso incipit auctoris carmen elegiacum ad* Io. Bentivolum Secundum Senatus Bononiensis moderatorem faustissimum. *Incipit deinde opusculum ipsum, praefixo sequenti titulo, pariter charactere rubro:* Bononia illustrata a Ioanne Bentivolo secundo senatus Bononiensis Principe faustissimo ad Lectorem. *In calce:* Bononiae: anno salutis. M. cccc. lxxxxiiii. Ex officina platonis de Benedictis huiusce artis exactoris probatissimi Libellus q̄ pulcherrimis caractheribus (sic) impressus. In quo Origo situsq3 Bononiae. Hinc viri illustres: qui ingenio claruerint tam domestici q̄ externi. Templa quoq3 ac corpora sanctorum ibidem consepulta. Postmodum oppida vicus factiones: quae quondam hic viguere. Gestaq3 Bononiēsium sub brevitate contenta: una cum illustri Bentivolorum genealogia connumeran-
tur. Si quid tamen in eo mendae et erroris insertum fuerit: non impressoris negligentia: sed potius famulorum incuria pretermissum putes. Nam ille ingenio: litteraturaq3 nō mediocri dotatus: et tali exercitio īter caeteros excultisimus est. *Huic subscriptioni nonnulla subnectuntur variorum carmina in Auctoris laudem.* In 4.°..... X. B. 53.

—— Musarum: nympharumq3 ac sūmorum deorū epytomata. *Item*: Oratio ad sūmum deū. Oratio ad M. Virginem. *Adcedit*: Elogium Bononiae ex quo hujus urbis amoenitas, situs, necnon doctorum singularium, atq3 illustrium virorum Monumenta reserantur. *In calce*: Impressum Bononiae ānō salut. M.cccc.lxxxxyiii. die xxi. Ianuarii. per Vincentium et fratres de Benedictis Bononienses: huiusce artis impressores accuratissimos. Ioanne Bentivolo secūdo patre patrie: foelici auspicio gubernante. *In aversa parte ultimi folii legitur*: Ad Lectorem.

Tractu Felsineo musae sunt: oppida: sylvae
Nomina doctorum: Bentivolumq3 genus.

In 4.°..... X. B. 47.

Bustis Bernardini de: Rosarium sermonum predicabilium ad faciliorem predicantium cōmoditatem novissime cōpilatum. In quo quicquid preclarum et utile in cūctis sermonariis usq3 in odiernū editis continetur: hic ingeniose enucleatum atq3 solerti cura collectum invenies. *Praedictus titulus occurrit in medio folii primi, in prima parte operis. Sequitur Epistola nuncupatoria Auctoris* domino Bernardino sacrosante Romane ecclesie tituli sancte crucis in hierusalem presbytero cardinali; *deinde aliqua* Pulchra carmina in cōmēdationē hujus operis *et* Tabula rubricarum prime partis rosarii. *In calce extat* Registrum, *cui haec verba subiiciuntur*: Impressum Venetiis per Georgium Arrivabenis sūb anno dominice incarnationis. 1498. p̄die Kalēdas Iunias.

—— *In fronte primi folii secundae partis.* Secunda pars rosarii de Bustis. *In calce haec typographica nota occurrit*: Finit compendium sermonum predicabilium quod Rosarum (sic) appellatur noviter editum per fratrem Bernardinum de Bustis ordinis minorum: ac diligentissime per ipsum revisum et castigatum Impressum vero Venetiis maxima cum diligentia per Georgium de Arrivabenis ab anno

Digitized by Google

Incarnationis dominice M.cccc.lxxxxviii. xvii. Kal. Septembris. In 4. III. C. 19-20.

Tam in prima, quam in secunda parte occurrit Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum, in quo circulus extat secundum horizontem sectus; pars superior nigra litteram A inscriptam habet, ex qua crux duplex procedit, et circuli excedit circumferentiam; pars inferior alba est.

—— Exemplar alterum..... III. C. 21-22.

—— Mariale de excellentiis Regine celi. *Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. In folio secundo legitur operis dedicatio ad Alexandrum VI. In calce voluminis haec typographica nota occurrit:* Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum pachel. Anno domini. M. cccc. lxxxxiij. die. xxi. Maij. In 4.°..... II. D. 43.

Initiales xylographicae sunt, praeter quam in sermonibus, quum iconibus *B. M. Virginis* spatia occupentur.

—— Exemplar alterum..... II. D. 44.

Butrio Antonii de. Commentariorum super primo libro decretalium pars. II. *tantum, sive* lib. II. *Ad calcem.* libri II. Finis est huius scdi libri eximii ac celeberrimi utriusq3 iuris doctoris domini Anthonii de Butrio sup̄ p̄mo decretalium in duob⁹ voluminib⁹: quē quidem̄ et nōnullos dīverso4 electorūq3 libro4 a dūo Vdalrico gallo almano felicit̄. impressos. a prudenti equidem viro Simone Nicholai chardella de Lucha merchatore fide dignissimo: sua facultate cura diligentia āplexos: q̄ paupe4 cēsus: divitūq3 avaritiā miserat⁹. ab egregiis vero viris emendatos in lucē reddidit āno salut. M. cccc. lxxiii. die. xviii. novēbr. āno pōtificat⁹. Sixti iii.

Nycodemi ỿs⁹. ad patruel⁹ laudē.

Aspice q̄ lector geniū sublime simōis
Antiquis prestet. qd.⁹ facit arte nova.
Imp̄mit hic Rome cētū sex q̄nq: p̄ ānū
Aetas tot libros. non dedit añ tibi.
Hos eme: venales ubi sint si q̄ris ī urbe?
Post cast4. flore quaq: petend⁹ ager.
Aurea q̄ scripsit: ubi nūc sedet ille mg̃r
Dans hodie p̄uo: si sapis! adp̄pera.

In folio..... VI. F. 7.

De hac perrara editione, cujus secundam partem tantummodo possidet haec nostra Bibliotheca, vide *Audiffredi Catalogum Rom. Edit. Saec. XV. pag. 138.*

—— Incipit Lectura excellentissimi utriusq3 iuris interpretis domini Anto.

Digitized by Google

de butrio a titulo de transla. prela. usq3 ad ti. de off. dele. sup quibus titulis dn̄s Abbas non scripsit. vel. Si scripsit reperire potest nemo. *In prima columna folii primi laudatus titulus habetur. In calce legitur :* Explicit scriptū d. Antonii de butrio utriusq3 iuris doctoris super titulis primi decretalium super quibus non repitur dn̄i Abbatis scriptum. Impressum Venetiis per Bernardinum de novaria. Anno. M. cccc. lxxxv. die xxi. novembris. *Adcedit.*

—— Secunda ps dn̄i Antonii super p̄mo decretalium. *In calce:* Impressum Venetiis p Bernardinum de novaria Anno domini. M. cccc. lxxxv. die vij decembris. In folio..... VI. G. 2.

—— *Alia editio. In calce :* Rubrice de trāslatiōe ep̄i vel electi per. do. Abbatē lecte et noviter invente cum lectura excellentissimi utriusq3 iuris interpretis. An. de Butrio inserte. ingenio ꝛpēsisq3 Bernardini de Tridino Venetiis ꝛpresse Anno incarnatiōis currēte. M. cccc. lxxxviij. tertio Idus Iunij. felr̄ expliciūt. In folio..... VI. D. 15.

—— Alia editio. *Ad calcem legitur tantummodo*: Explicit scriptum d. Antonij de butrio utriusq3 iuris doctoris sup titulis. p̄mi decretalium sup qbus non repit̄ dn̄i Abbatis scriptū. In folio..... VI. F. 13.

Editionem hanc notis omnibus typographicis destitutam *Denis in supplemento pag. 527.* tribuit *Venetis Typographis Ioa. de Colonia*, ac *Ioa. Manthen* de *Gertetzen*, uti revera ex similitudine characteris gallo-franci evidenter adparet.

—— Speculum de Confessione: *Praedictus titulus in fronte primae paginae legitur, cui subjecta est Auctoris epistola, cujus initium :* Compulsus equidem fui fratres carissimi precibus quorūdam confesso4 : ut aliquod opusculum de confessione pro salute aia4 christi fideliū : q̄ sepe se deo et sacerdotib9 cōfiteri nitunt̄ cōstruere vellim. *Ad calcem operis haec legenda occurrunt :* Circa presens opusculum : Speculum de confessione nuncupatum : quod compositum fuit per dominum Antonium de Butrio Bononiensem utriusq̄e iuris doctorem excellentissimum : Frater amantissime diligenter stude : et bene documenta sua perlege: ut quid in cōfessiōibus agendum sit recte scias: q̄a in eo multos casus de penitentia notabiliter declaratos invenies. Et si tibi aliquod inornatum aut incorrectum Carissime lector apparuerit : scias hoc esse scriptorum defectu : et non ex culpa cōpositoris. tamen deū pro me. P. B. C. et omnibus sepe rogato. obsecro. Vale. Et hoc opus accuratissime cum omni diligētia effigiatum impressum est Vincentie per Hermannum Levilapidem Coloniensem. in āno domini. M.cccclxxvi. ꝛdictiōe viii. die vero mercurii ultima mensis Ianuarii.

A M E N.

In 4.°..... XIII. D. 28.

Digitized by Google

C A

Caballi Francisci. De aïali pastillos theriacos et theriacā ingrediēte liber. *Hic titulus legitur in fronte primae columnae folii primi. In fine*: Finit liber de aïali theria pastillos theriacāq3 pficiente a francisco Caballo Brixiensi viro preclaro: Venetiis editus. Hoc volumen impressum est Venetiis per Simonem de Luere Impēsis dnī Andree Torresani de Asula. xx. Aug̃. M. ccccic.
In folio. *Extat cum* Consiliis Montagnanae..... IX. G. 10.

—— Alia editio. *In calce legitur*: Finit liber de animali theria pastillos theriacāq3 conficiente a francisco Caballo Brixiensi viro preclaro: Venetiis editus. Ibidemq3 impressus ec. cc.
In folio. *Extat cum* consiliis Cermisonis..... IX. G. 8.

Sine nota chronologica, et Typographi nomine; extat tamen in calce. Signum *Octaviani Scoti*. In catalogo Bibliothecae *Thott. Tom. VII. pag. 55.* refertur haec editio ad finem saeculi XV.

—— De numero partium ac librorum Physicae doctrinae Aristotelis Ioanni Aurelio eius filio. *Haec leguntur in fronte primi folii majusculis litteris expressa. In calce autem operis*: Francisci a caballis de numero et ordine partium ac librorum physicae doctrinae Aristotelis ad Ioannem aurelium ejus filium liber finit.

Absque notis typographicis. Editionem aeque ac opusculum apud celebriores Bibliographos, qui etiam post saeculum XV. scripserunt, haud reperire potui. Typographus hoc in volumine cudendo formis rotundis litterarum usus est. Margines exhibent titulos in superiori parte, et signaturas in inferiori, numeri autem foliorum desiderantur. Editio Venetiis excusa videtur, ad exitum saeculi XV.

Caccialupi Iohannis Baptistae de Sancto Severino. Utilis aurea et quotidiana repeticio legis admonēdi in titulo. ff. de iure iurādo. Senis repetita Anno domini. M.cccc.lxvi. *Is titulus legitur in fronte primae columnae folii primi. In fine operis haec nota typographica occurrit*: Finis. Explicit repetitio aurea legis admonendi de iureiurādo famosissimi et copiosissimi plerisq3 censure doc. Do. ioannis baptiste Caccialupi de scō Severino diligenter recognita p egregiū legum doc. Barnardinū (sic) pesturinū de pontremulo. impressioniq3 senis dedita opa et ꝑpensis. Magistri heinrici (sic) de colonia. Anno salutis M.cccc.lxxxix. *Sequitur* Reptorium in legē admonēdi ec. ec. ec. In folio. *Vide:* Tractatus varii in jure..... VI G. 9.

Cadrati Petri Episcopi Antiac. Ex urbe Biturica Oriundi Oratoris christianissimi Francorum regis ad sanctissimum dn̄u nostrum dn̄u Innocentium papam octavum. *Ad calcem*: Habita in consistorio publico. Anno dn̄i M.cccclxxxv. die vero undecimo februarii. In 4.°
Vide Orationes variae..... IX. A. 58.

Volumen eleganti charactere Romano excusum est, quod *Audiffredus pag. 273.* tribuit *Ioh. Besicken.*

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 29.

CAESARIS C. JULII. Commentarii de Bello Gallico ec. ec. *ex recognitione* Io. Andreae. *In calce* Anno Christi. M.cccc.lxix. die vero XII. mensis maii. Paulo Florente II. anno. eius. v. Rome in domo Petri de Maximis. *Occurrunt ultimo folio* Aleriensis Epistola. et Elenchus *singulorum librorum, qui continentur in volumine. In folio*..... XII. F. 21.

Absque Typographi nomine. Satis constat Impressores hujusmodi venustissimae editionis fuisse *Conradum Sweynheym, et Arnoldum Pannartz.* Epistola *Aleriensis*, et Elenchus ultimo folio habentur, quod in aliquibus exemplaribus in principio ponitur. Perperam a *Io. Aug. Ernesti Biblioth. Fabric. Tom. I. pag. 259.* scriptum fuit, in hac editione haberi tantum libros V. de Bello Gallico: dubium enim omne tollit ipsa voluminis evolutio, qua singula in elencho enuntiata, in illo reipsa inveniuntur. Exemplar elegantissimum, et perfectum egregiae hujus, et omnium primae *Commentariorum C. I. Caesaris* editionis. Haec ad rem typographicam spectant: nunc addere lubet, quae possessoris, et Miniculatoris opera adiecta fuere. Littera initialis cuiusvis libri, pro qua spatium Typographus reliquit, auro, et coloribus depicta cernitur; in prima vero operis pagina, praeter initialem litteram, ora superior, interior, et inferior marginis, ornamento praedita est, et praecipue inferior, quae scutum exhibet, ubi stemma gentilitium pingitur. Tituli librorum manuscripti sunt rubro charactere, et notulae nonnullae pariter mss. in ora externi marginis visuntur.

—— Exemplar alterum..... XX. G. 21.

—— Alia editio. *In calce haec subscriptio litteris quadratis excusa cernitur:* Caii Iulii Caesaris Commentarios Belli Gallici: Civilis Pompeiani: Alexandrini: Africi: Ac Hispaniensis Nicolaus Ienson Gallicus Venetiis Feliciter Impressit. M. cccc. lxxi. In folio..... XII. F. 10.

Editio secunda propter Typorum elegantiam in pretio habenda. Tituli excusi commentariis praefiguntur; initiales parvis expressae formis aderant, sed a Miniculario, qui primae paginae margines stemmate, et aureis ornamentis insignes reddidit, auro, et caeruleo colore majores depictae fuere.

—— Alia editio. *In calce:* Anno Christi M.cccclxxii. die vero. xxv. mensis augusti. in domo Petri de Maximis. In folio..... XX. G. 22.

Editio Aleriensis secunda, quae ex eadem typographia prodiit, ac illa anni 1469. Epistola *Io. Andreae* in hac editione, haud aliter quam in prima dicti anni, habetur in fine voluminis, una cum indice. Tituli autem librorum, qui in priore editione mss. tantum habentur, in hac impressi sunt. Initiales desunt, nec a Miniculario suppletae fuere in spatiis a Typographo relictis: attamen idem Miniculator primam litteram, qua opus incipit, auro, et coloribus insignem reddidit.

—— Alia editio. *Folio primo inscriptio nuncupatoriae epistolae imminet.* Petrus Iustinus Philelphus Sal. Pl. dicit Iohanni Simonetae ducali Secretario. *Absoluto opere Typographus notavit*: Anno Christi M. cccc. lxxvii. die vero. x. Mensis Februarii. Hoc opus diligenter emendatum Antonius Zarotus parmensis huius preclare artis magister politissimus quam maxima potuit diligentia impressit. *Adcedit* Index Commentariorum. C. Iulii Caesaris: et earum: quas ad

Digitized by Google

cognitionem urbium et fluminum et locorum vir clarissimus Raymundus Marlianus invenit : atq. addidit : *Ad calcem legitur* : Finis. In folio.. XII. F. 22.

Sine loci indicatione, verum opus prodiit *Mediolani*, ubi praedicto anno *1477*. *Antonius Zarotus* imprimebat. Vide *Saxium pag. 566. Maittairum pag. 734. et Pinellum Tom. II. pag. 60.*

—— Alia editio, *ex recensione ejusdem* Philelphi. In fine : Anno Christi M. cccc.° lxxviii sexto idus apriles philippus Lavagnia. Mediolanensis commentaria Caesaris imprimi fecit Mediolani. *In reliquis cum editione praecedenti convenit.* In folio..... XX. G. 23.

—— Alia editio *ex recognitione* Hieronymi Bononii Tarvisini. *In fine* Commentariorum de Bello Gallico: Civili Pompeiano : Alexandrino Hispaniensi : Et Africo liber ultimus Finit : Quos Michael Manzolinus Parmensis librariorum solertissimus suo sumptu fieri curavit. Tarvisii Anno Gratiae. Mcccclxxx. Pridie Kalendas quintilis. *Sequitur epistola cum inscriptione* : Iuris consulto Gravissimo Antonio Zoiano Vicentino clariss. praetoris praefectique Tarvisii Aluisii Vendramini Veneti patricii Vicario meritissimo Hieronymus Bononius Tarvisinus. *Absoluta epistola adcedit*: Ejusdem Hieronymi carmen ex Illustrium operū argumentis. *Deinde* Index, *et* Tabula Raymundi Marliani, *ut in precedenti editione.* In folio..... XX. G. 24.

—— Alia editio *curante eodem* Hieronimo Bononio. *In calce post indicem, et tabulam* earum rerum quas ad cognitionem urbium ec. ec. ec. *uti in praecedenti editione, legitur*: Impressum Venetiis opera et expensis Octaviani Scoti Modoetiensis. M. ccccLxxxii. xii. Kal. Septēbris.
In folio..... XX. G. 25.

—— Exemplar alterum..... XX. G. 26.

—— Alia editio. *In calce* : Impressum Venetiis per Magistrū Theodorum de Ragazonibus de Asula. Anno ab incarnatione domini. M. cccc. lxxxx. die vero. xiii. Iulii. In folio..... XX. G. 27.

—— Exemplar alterum..... XX. G. 28.

—— C. Iul. Cesaris oratio Vesontione belgice ad milites habita. *Praedictus titulus orationi praefigitur. Sequitur* Andreae Brentii ad Caesarem decastichon, *deinde legitur,* Ad Xystum quartum Pontificem maximum Andree Brentii Patavini Oli. Cardi. Neapolit. Secre. epistola, *in qua dicit se orationem partim ex graecis, partim ex latinis litteris sumpsisse, quas in Bibliotheca ejusdem Pontificis reperat. Hanc excipit* Andree Brentij Patavini. In C. Iulij oroēm pfatio ad quirites. *Ad calcem opusculi extant epigrammata quatuor in ipsius* Brentii *laudem, quorum auctores sic exprimuntur.* Litavicus-Franciscus-M. Lucius-Ambrosius. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Absque notis typographicis, sed *Romae* excusa haec oratio fuit charactere *Stephani Plannk*, ut observat *Audiffredus pag. 422.* Opus absolvitur foliis 8 sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris; ex initialibus una parva littera exprimitur, reliquae desunt. Typus est gallo-francus, et lineas 33. complectitur in paginis integris.

Digitized by Google

—— Alia editio. In 4.°..... XIII. A. 23.

Sine ullis notis typographicis, signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Character rotundus est; et lineas 34. in paginis occupat, opusque constat foliis 10. Initiales parvis sunt excusae formis. Utrum editio haec inter memoratas a *Seemiller Tom. III. pag. 190.* sine notis typographicis locum habeat, an ignota censenda sit; ad trutinam revocare in praesenti non vacat.

Caesarii Cisterciensis Monachi Heysterbacensis, Dyalogi XII. Visionum atq3 miraculorum. *In calce* : duodecime distinctiōis dyalogi miraculorum Cesarii Cisterciēs.9 Mōchi: et ꝑ cōsequēs totius dyalogi finis felicit.9 Deo Gratias.

Codicis exigui stilus autorem reticiscens
Ingeror in medium : veluti nova verbula spargens.
Sicut mitis amor terat aspa mitius illa
Corrigat : ac mores addat nota vera salubres.

In folio..... XIII. F. 23.

Volumen hoc notis typographicis, nec non custodibus, signaturis, et foliorum numeris carens, exprimitur gallo-franco charactere duplici columna distincto in quavis pagina, quae lineas complectitur 35. Initiales deerant, sed pennicillo Miniculator rubras adjecit. Inscriptiones in superioribus marginibus iisdem typis excuduntur, quibus totum opus expressum est. *Clar. P. Ioseph Hartzheim* in suo opere *Bibliotheca Coloniensis pag. 44.* innuit editionem anni *1481. Coloniae* excusam, veluti primam; nostra autem antiquior videtur ob typorum duritiam, et ruditatem.

Caii Valerii Flacci. *Vide* Valerii Flacci.

Calderini Domitii Philologi Veronensis. Commentaria in M. Valerium Martialem. *Vide* Martialis.

—— *Ejusdem* Commentaria in Iuvenalem cum defentione Martialis. *Vide* Iuvenalis.

—— *Ejusdem* Observationes in Persium. *Vide* Persii.

—— *Ejusdem* In quaedam Virgilii Opuscula commentaria. *Vide* Virgilii.

—— *Ejusdem* Emendationes et interpretationes in Statii Sylvas. *Vide* Statii.

—— *Ejusdem* Interpretationes in Sappho Ovidii, et quaedam Propertii obscura loca. *Vide* Ovidii, *et* Propertii.

—— *Ejusdem* defentio cum recriminatione in calumniatorem Commentariorum in Martialem et cum recriminatione adversus Brotheum Grammaticum. *Vide* Martialis et Iuvenalis.

Calderini Ioannis. Repertorium Iuris: *Operi nullus est praefixus titulus, nec praefatio aliqua praemissa: sed immediate incipit a Littera A. his verbis*: Haec dictio A. interdum includit etc. etc. *Ad finem operis legitur*: divini ac humani iuris. res tam supernas quam subternas bene disponensis reperto-

Digitized by Google

rium dissertissimi doctoris Caldrini (sic) perimpressum primo ydus decembris. M. cccclxxiiii. feliciter explicit. Tom. II. In folio..... VI. G. 24-25.

Sine loci, et Typographi nota. Character, quo hoc opus impressum, idem est, quo *Michael Wenster* Basileensis Typographus *Gasparrini Pergamensis* epistolas excudit; hinc ex eadem officina in lucem prodiisse colligitur. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaevis 47. continet lineas: charta est firmissima, sed minus polita: desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, et litterae initiales, quarum primam tantum Miniculator auro, et variis coloribus adscripsit.

—— Tractatus de ecclesiastico interdicto. *In calce.* Explicit tractatus de ecclesiastico interdicto domini Iohannis Calderini decre. doctoris excellentissimi. In folio..... VI. C. 23.

Absque typographicis notis. De hac editione legi poterunt, quae adnotavimus in collectione *Conclusionum, sive decisionum antiquarum dominorum Auditorum de Rota.*

Calendarium. *Vide* Ioh. Regio Montani. *Vide* Ephemerides.

Calphurnii Titi Siculi. Bucolicum Carmen. *In calce haec subscriptio legitur quadratis litteris expressa.* Titi Calphurnii Poetae Siculi Bucolicum carmen Finit. Anno Incar. dominice. M. cccclxxii. In folio par..... XII. E. 25.

Calphurnium, Ovidii epistolam de morte Drusi, Probam Falconiam, et Gregorium Tifernatem eodem anno, eademque opera impressos fuisse, ac *Ausonium Peonium*, satis liquere puto ex Indice, qui huic operi praecedit, in quo omnes isti Auctores una oratione cunjunctim efferuntur, et plerumque in uno volumine compacti reperiuntur, siculi extat exemplum nostrum. In fronte autem hujusmodi operis occurrit Editoris allocutio, in cujus calce legitur: *B. G. (idest Bartholomaeus Girardinus) A nativitate christi ducentesime Nonagesimae quintae Olympiadis Anno. II. VII. Idus decembris. Venetiis.*

—— Alia editio. *In fronte folii primi legitur* Bucolica Calphurnii et Nemesiani. *Primae Eclogae occurrit titulus, quadratis formis excusus*, scilicet, Titi Calphurnii Siculi Bucolicum Carmen ad Nemesianum Karthaginensem. *In fine* Finis Bucolicorum Calphurnii. *Adcedit*: Aureli Nemesiani Poetae Cartaginensis Ecloga prima. *In calce*: Aureli Nemesiani Poetae Kartaginensis Bucolicorum finis. Impressum Parmae per Angelū ugoletū: E vetustissimo atq3 emendatissimo Thadaei Vgoleti codice e germania allato ĩ quo Calphurnii et Nemesiani uti ĩpressi sunt tituli leguntur. *Ultimo folio extat decastichon cum titulo* Epitaphium Romae in lapide, *ac tandem Impressoris signum cum litteris* A. V. In 4.°..... X. B. 20.

Absque nota chronologica. *Maittairus pag. 748.* et *Auff: pag. 92.* referunt editionem hanc ad annum *1490.*

Digitized by Google

Cambanis Vitalis de. Incipit utilis tractatus clausula4 que solent apponi in contractib9. in rescriptis. in privilegiis. in ultimis voluntatibus. in sententciis. in inventarijs. et in alijs dispositionibus etc. etc. etc. *Praedictus titulus legitur in fronte primae columnae folii primi. In calce totius operis haec legenda occurrunt:* finis est operis clausularum quod est satis copiosum et utile in materia propria tam in iudicando in advocando et legendo ubi sunt inexquesite auctoritates doctorum et iurium. Impressum in alma civitate Neapol9. regnante invictissimo Rege ferdinando. per magistrum Mathiam Morauum. fideliter ac correctum et revisum per clarum doctorē iurium dn̄m paridem parthenopensem probatissimum sūptu tn̄ et sollecitudine nobilis Iohannis Anthonii Camos q̄ animose imprimi fecit. In anno domini. M. cccc. lxxviij. die nona mensis Aprilis In folio..... XI. D. 6.

Editio eximiae raritatis, et pulchritudinis.

—— Exemplar alterum..... XI. D. 13.
—— Exemplar tertium.. ..... XI. D. 22.

Camerarii Ioannis. Dalburgii Vormiacensis Episc. Oratoris. Ill. Princ. Philippi Comitis palatini Hreni (sic) Innoc. viii. Pont. Max. dicta gratulatio. *In calce*: dicta Anno post natum christum. M. cccc. lxxxv. prid. Non. Iul. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Character huiusmodi oratiunculae Romanus est minus elegans *Eucharii Silberi*. Vide *Audiffredi Catalog. Roman. edit. Saec. XV. pag. 274.*

Camers. *Vide* Mutii Macarii.

Campani Ioannis Antonii. Opera omnia. *Ad calcem voluminis* Michaelis Ferni *tetrastichon legitur*:

Michael
Rumpite si libeat iā nunc mea stamina parcae
Imperium vitae non habet ulla meae.
Vivere qd9 posthac properantia fata negarint
Id mihi Campani iam monimenta dabunt.

Epigramma haec verba excipiunt: Quid evolvis substasq9 anceps emptor? an nondū satis p9spectus sum tibi Cāpanus Aprutinus Antistes? Antistes Aprutinus an nondū tibi sum satis perspectus Campanus? Eme: exere: excute illos tuos: tuos illos Cariosi nummi loculost (sic) deprome quantum deposcit bibliopola Nam si paeniteat nisi ineruditus duplum vult rependere sed eme. *Tandem haec typographica nota*: Characteribus Venetis impressum Romae per Eucharium Silber alias Franck Vnius ipsius Michaelis Ferni Mediolanū (sic) cura correctione et impensa. Anno christianae salutis. M. cccc. xcv. Pridie Kl9as Novēbris. Omen ac-

Digitized by Google

cipite viri litterati quoniam in vigilia Sanctorum Omnium expunctum. Sint gratiae dño. In folio..... XI. F. 2.

In prima pagina *Campanae* figura ligno incisa refertur, variis inscriptionibus circumdata. Post *Epigrammata Campani* tabula xylographica adparet *Michaelis Ferni* stemma inter varia emblemata repraesentans, ut ex epigrammate subiecto erui posse videtur. Quare in allata subscriptione opus dicatur impressum *Romae characteribus Venetis*, explicatu difficile est. *Audiffredus pag. 336.* illis verbis suspicatur indicari opus impressum fuisse charactere Venetiis comparato.

—— Exemplar alterum..... XI. F. 3.
—— Exemplar tertium..... XI. F. 4.
—— Exemplar quartum..... XII. H. 55.
—— Alia editio. *In fronte primae paginae titulus imminet*: Omnia Campani Opera quae continentur hoc in libro. *Sequitur elenchus operum*: *Ad calcem integri voluminis legitur*: Bernardini Vercellensis iussu domini Andreae Torresano de Assula (sic). *Registrum in ultima pagina impressa adparet, cui nota typographica iterum excusa subnectitur, scilicet*, Impressum Venetiis per Bernardinum Vercellensem iussu domini Andreae Torresano de Assula. In folio..... XI. F. 1.

Sine anni nota: operi praemittitur *Privilegium Ludovici Mariae Sfortiae Michaeli Ferno datum 1495. D. 26. Martii.* Editio, uti videtur, juxta Romanam ejusdem anni expressa. Eam memorant *Maittairus pag. 591. Denis pag. 527.* et *Fossi Tom. I. pag. 454.*

—— Oratio dñi Io. Ant. Cāpani Epi Aprut. in Cōvētu Ratispon. ad exhortādos prcipes Germano4 ꝫ Turcos: et de Laudib⁹ eorū legato existen Reverēdissimo dño Car. Senen. M.cccc.lxxi. *Haec in fronte: In calce legitur tantum.* Finis In 4.° *Vide* Orationes variae... ..... IX. A. 58.

Constat hoc opusculum ex XII. foliis, sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus, atque excusum est charactere gallo-franco medio Stephani Plannck; adeoque octo saltem annis, uti judicat *Audiffredus pag. 423.* posterius tempore, quo oratio habita fuit. Num vero detur editio aliqua, hac antiquior, uti verisimile videtur, incompertum mihi est.

Campelli Iulii. Oratio ad Alexandrum VI. *Vide*: Estensis Nicolai Mariae.

Camphari Iacobi Ianuensis. Dialogus de Immortalitate animae. *Vernaculo sermone, praefixo hoc titulo*: De Immortalitate Anime in Modum Dialogi vvlgariter incipit Prologus lege Feliciter. *In fine*: De immortalitate animae oposculum (sic) in modum dialogi explicit feliciter. In folio..... XIII. E. 24.

Nulla huic operi nota typographica apposita fuit: sed haud dubitare licet, quin ex typographia *Philippi de Lignamine* circa annum 1472. una cum opere de linguae defectibus (quod dicitur *Pungi lingua*) *Dominici Cavalcae* vulgatum fuerit, et missum *Matthaeo de Marco* avunculo suo, uti adparet ex nuncupatoria epistola ipsius *Philippi*, quae extat ad calcem operis de *Immortalitate animae*, et ad

Digitized by Google

principium operis de linguae defectibus *P. Cavalcae*, quae quidem opuscula plerumque sunt in unum volumen compacta. *Lignamineus* enim in descripta epistola utrumque opus a se impressum fuisse scribit, et utriusque argumentum, et praestantiam exponit. *Matthaeus de Marco*, hoc eodem anno, scilicet 1472. diem suum obiit. Porro editionem hanc eximiae profecto raritatis, cum illis contuli, quae ab ipso *Lignamine* impressae fuerunt, nimirum *Marci Fabii Quintiliani Institut. Orator. Lib. XII. S. Leonis Papae Sermones*, tantamque characterum similitudinem deprehendi, ut nequaquam dubitarim ad praedictum *Philippum de Lignamine* pertinere editionem nostram. Ceterum de ea fusius disputatur apud *Audiffredum in Catal. Edit. Saec. XV. pag. 110.*

CAN IOHANNIS. *Vide* Cani.

CANALIS MATHIAE FERRARIENSIS. De passione dñi Oratio. *Praeit auctoris epistolium* divo Innocentio Cibo cc. ec. *In fine* :

Ad Vasinū Combera
Ora vides nimio sanctum referentia patrem
Eterni gerit hic omnia jura dei.
Innocuus prodest multis : cole numen : adoro
Hoc ego : nos quoniam sponte beare potest.
Finis

In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 40.

Libellus constat ex foliis V. sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus; et est charactere gallo-franco *Stephani Plannck* excusus.

CANARIO ANTONII DE. Preclarissimus et solēnis tractatus de executione instrumētorum. *Praedictus titulus legitur in fronte folii primi, et in calce haec typographica nota* : Expeditus sit tractatellus iste ad laudem et gloriam dei omnipotētis ec. ec. cū ptestatione salvo iure addendi sive minuendi : submittens ipsum charitative correctioni cuiuslibet melius sentientis per me Antoninm (sic) de Canario. M. ccccxxxiii. Impressus. Piscie impensis nobilis iuuenis Bastiani filii Ser Iacobi Gerardi de Orlādis de Piscia : Opera presbyteri Laurentii et Franchi fratrum et filiorum Iacobi Cennis florentinorum opificum sub annis nativitatis domini nostri Iesu christi. M. cccclxxxvi. et die. xvi mensis Martii ad laudem et gloriam domini Iesu christi redemptoris nostri eiusq3 beate gloriose virginis Mariae et Sanctorum Iacobi et Sebastiani totiusq3 celestis curie paradisi. *Adcedit*

Ejusdem Preclarus et solennis tractatus de insinuationibus cum aliquibus additionibus insertis cujusdam magni iur. cōsul : studii pisāni. *In calce* : Impressum Piscie impēsis nobilis iuvenis Bastiani filii Ser Iacobi Gherardi de Orlandis de Piscia : opera presbyteri Laurenti et Franchi fratrum et filiorum Iacobi Cennis florentinorum opificum. sub annis incarnatiōis dñi nostri yesu Christi. M. cccc. lxxxvi. et die. VII. mēsis Martii. Ad laudem et gloriam etc. etc. *ut supra*
In folio..... VII. C. 26.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In calce*: Explicit tractatus Insinuationis editus p me Antonium d⁹ Cannaro minimum legum doctorem. Salvo iure addēdi et minorandi. sub annis domini. Mccccxl. et mense. septēbris dicti anni. quē subicio (sic) charitative correctioni cuiuslibet melius sentientis. Impressum Mediolani ad Impensas dn̄ Petri Antonj d' Castelliono. Anno dn̄ Mcccclxxxxiij. die xxiij mēsis decembris. In folio..... VI. F. 16.

—— Solennis : vtilis : et quottidianus (sic) tractatus de Excusatore. *In fine*: Sequuntur duo consilia in eadem materia Excusatoris : que cum reperierimus scripta in copia in fine suprascripti tractatus. Cum sint excellētissimorum doctorum. Conveniens visum fuit nobis imprimere. *Post primum consilium* : Ego Marianus Sozinus Senensis utriusq3 iuris doctor et sacri consistorii advocat⁹ subscripsi solitoque sigillo sigillavi. *Post secundum consilium.* Et ita dico et consulo iuris esse Ego Thomas doccij de senis utriusq3 iuris doctor. Finiunt duo elegantissima cōsilia clarissimorum doctorum in materia dicti tractat⁹ Excusatoris. Impressum Piscie Anno nativitatis M. cccclxxxix. die. xvi. februarij. Ad laudem dn̄i nostri Iesu xp̄i etc.
In folio..... VII. G. 23.
—— Exemplar alterum..... VII. G. 28.

Cancellariae Apostolicae. Practica. *Vide* Pau Hieronymi.

Cancellariae Apostolicae Regulae. *Vide* Regulae.

Candidi Petri. *Vidē* Decembrii Petri Candidi.

Canis Ioannis Iacobi. De modo in iure studendi. *Inscriptio epistolae nuncupatoriae imminet* : Petro Vecturio novello iuriū scholari Iohannes Iacob. Can. Iuris utriusque Consultus : de modo in Iure Studendi libellum : ac salutem P. mittit. *Conclusio operis ad calcem extat cum excusatione, cui subiungitur typographica nota.* B. . V. . I. . P. . F. . Anno dom̄. M. cccc. lxxvi. Kall.⁹ Octobris . . Laus deo. In 8.°..... XII. B. 71.

Absque loci, et Typographi notitia, quae forsan in notatis litteris continetur. Vide *Fossi Tom. I. pag. 459.*

Canones Poenitentiales ex Summa Astesani extracti. *Extant cum supplemento* summae Pisanellae Nicolai de Auximo. *Vide* Auximo.

Canonici Ioannis Quaestiones super octo libros Physicorum Aristotelis. *Ad calcem quaestionum super VIII. libros physicorum legitur* : Expliciūt qōnes sup⁹ octo libris phisicor4 ar4 doctoris p⁹fundissimi fratris iohānis canonici fratrū minor4 Anno 1. 4. 7. 5. die 2. mēs⁹ ap⁹l⁹ Padue inp⁹sse. *Quaestiones aliae adcedunt, quibus absolutis, verba ista leguntur*: Expliciūt questionēs p⁹fundissimi docroris (sic) Iohannis canonici ordinis m̄or4 sup⁹ 8.° libris ph̄corum ar4 padue impresse. i. 4. 7. 5.° die 2. 5. mēs⁹ aprilis. In folio parvo. VII. A. 19.

Sine Typographi nomine. De hac editione, quae prima est, vide *Fossi Tom. I. pag. 457.*

Digitized by Google

—— *Alia editio. In fine :* Qōnibus subtilissimis clarissimi doctoris Ioannis canonici ex ordĩe minor4 oĩ cura et diligētia venerādi frĩs frācisci de benzonib⁹ de crema bacchalarij sacre theologie ĩ ɔventu Venetiar4 ꝑ ĩgenio adhibita finē ĩposuit Octavian⁹ Scotus de Modoetia. M.cccc.lxxxi. In folio..... VIII. D. 27.

—— Exemplar alterum..... .... VII. A. 52.

—— Alia editio. *In fine* : Questiōib⁹ subtilissimis clarissimi doctoris Ioānis canonici ex ordĩe minor4 : nuꝑ ꝑ phĩe lectorē scĩ Nicholai d⁹ Venetiis fratrē franciscū mōtis feretri suma cura castigatis cum textu in ꝑncipio questionū ĩterposito. finis ĩposit⁹ est venetiis a Boneto locatello sumptibus et expensis nobilis viri dñi Octaviani Scoti Modoetientis. Anno dñi 1492 septimo Idus februarij. In folio..... IX. F. 33.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 15.

Cantalycii Iohannis Baptistae. *In fronte folii primi leguntur* Epigrammata Cantalycii et aliquorum discipulorum ejus. *Secundo folio tabella ligno incisa* Cantalycium *sedentem, discipulis suis stipatum, eosque docentem exhibet, et verbum* Silentium *hinc et illinc circa caput ipsius expressum est. Huic tabulae subiecta est rotundis litteris inscriptio* :. Cantalycii Epigrammatum liber ad Polydorum Tybertum Caesenatem Equitem Comitemque Cantalycius Polydoro suo S. P. D. *Sequitur Prologus, deinde* epigrammatum liber. *In calce operis* : Impressum Venetiis per Matheum capcasam parmensem anno incarnationis domini. M. cccc. lxxxxiiii. die. xx. ianuarii. In 4.°..... X. B. 48.

Capellae Martiani Minei Felicis. *Primo folio recto characteribus gallo-francis majusculis impress. legitur.* Opus Martiani Capellc de Nuptiis Philologie et Mercurii libri duo = de grammatica = de dialectica = de rhetorica = de geometria = de arithmetica = de astronomia = de musica libri septem. *Folio verso nuncupatoria adest epistola, cujus epigraphe :* Ad Reverē. in Christo patrē et dominū. D. Ioānē Chaeregatum divina p⁹videntia Episcopum Catharēsē Frācisci Vitalis Bodiāi Epistola. Opus *in tertia pagina incipit, et ad calcem voluminis legitur*: Martiani Capellae liber finit: Impressas Vincentiae anno salutis M. cccc.xcix. xvii. Kalendas Ianuarias per Henricum de Sancto Vrso Cum gratia et privilegio decem annorum : ne imprimatur neq ; cum Commentariis : neq ; sine : et caetera : quae in ipso privilegio continentur. Laus Deo et beatae Virgini. In folio..... VIII. C. 41.

Orlandius n. 46. et Seemiller pag. 109. vocant hanc editionem *principem*, atque rarissimam.

—— Exemplar alterum..... XII. F. 19.

—— Alia editio. *In secunda pagina occurrit epistola huic inscriptioni subjecta*: Reverendo et Amplissimo Pontifici Arretino. D. Cosmo Pacio viro undecunq. doctissimo Dionysius Berthocus Regiensis. S. P. D. *Typographica nota haec extat*

Digitized by Google

ad voluminis calcem: Martiani Capellae liber finit. Impressus Mutinae. Anno salutis. MCCCCC. Die xv. Mensis Maii. Per dionysium Berthocum.
In folio..... VIII. D. 23.
—— Exemplar alterum..... IX. F. 26.

Caper Fl. De Ortographiâ et latinitate Verborum. *Extat impress.* cum aliis veteribus grammaticis. *Vide* Grammatici Veteres.

Capitaneis Thomae de. Oratio, *cujus titulus in fronte legitur:* Oratio Thomae ex Capitaneis de celleonibus ordinis predicator4 theologie eximii professoris Comēdatarii monasterii beate Marie de pietate dei ordinis cisterciēn Cenacēn dioces.9 Oratoris xp9ianissimi frācor4 regis. ad Sixtū. iiij. pon. max. in die oīm sanctor4 hĩbita (sic) in capella sacripalacij āno dñi Mcccclxxxiij. In 8.º *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Editio sine notis typographicis, quae nec foliorum numeros, nec custodes, nec signaturas gerit. Typus gallo-francus est, et in qualibet integra pagina 33 lineas comprehendit. Totum libellum constat foliis sex. *Audiffredus pag. 258.* hanc refert Orationem, et eam tribuit Typographo *Stephano Plannck*; quamvis *P. Laire pag. 255. Eucharii Silberi* typis fuisse exaratam iudicet.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 39.
—— Exemplar tertium..... XIII. A. 49.

Capponii Nicolai. *Vide* Montani Cola.

Capranica Dominici de. Cardin. de Firmo. Tractatus brevis ac valde utilis de arte et scientia bene moriendi. *Haec in fronte; in fine vero legitur:* Impressum est hoc opusculum Venetiis per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt de Augusta: una cum Petro loslein de langencen correctore ac socio. M.ccccLxxvIII. In 8.º..... II. D. 17.
—— *Italice. Circa summitatem primae paginae haec legitur inscriptio:* Questa operecta tracta del larte (sic) del bē morire cioe ĩ gratia didio. *Folio secundo incipit prooemium, cuius titulus ita exprimitur:* Comincia el proemio del arte del ben morire. cioe ingratia didio. Compilato et composto plo reverendo padre monsignore cardinale di fermo. Anno. domini. M. cccc. lii. *Absoluto opere legitur* Finis. deo Gratias. Qui finisce loperecta dellarte del morire cōposta perlo reverēdo in Christo padre monsignore Cardinale di Fermo a Roma negli anni del nostro signore Iesu Christo. M.CCCC.lII. nel Pontificato di Papa Nichola quinto. anno sexto. *Rhythmus italicus adcedit, qui una cum sequenti subscriptione paginam penultimam, et ultimae partem occupat:* Finito. A laude didio et della Virgĩe Maria Perme Frāciescho di dino diacopo Fiorentino negli āni del signore MCCCCLXXXVII. Et Adi Vii. del Mese di Febra (sic) di decto Anno. In 4.º..... XIII. D. 19.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 33.

—— Alia editio, *quae perfecte cum editione praecedenti convenit. In calce*: Finito A laude didio et della Vergine Maria perme Frācieschо di dino di Iacopo fiorentino negli āni del signore. M.cccclxxxviii. E adi. vi. del mese di Febrajo. Finis. In 4.°..... XIII. B. 29.

—— Exemplar alterum..... II. B. 49.

—— Alia editio. *In calce*: Stampado fo questa operetta dellarte del ben muorire cō li figure accomodati per Iohannē clein e Piero himel de almania. Negli anni del Signore. M. cccc. lxxxx. In 4.°..... II. B. 49.

Editio forsan Lugdunensis, dum in illa civitate *Iohannes Clein* typographicam artem exercebat: nomen vero *Petri Himel* est prorsus ignotum. Bibliographis non paucis consultis, hanc editionem invenire mihi non contigit.

Capuani Francisci Commentarium in Sphaeram mundi Iohannis de Sacrobosco, *et ejusdem* Scriptum in Theoricam Planetarum Georgii Purbachii. *Extant impressa cum* Sphaera Io. de Sacrobosco, *et* Theorica Purbachii. *Vide* Sacrobosco.

Caraccioli Roberti de litio Ordin. Min. *Praeit tabula sermonum. Titulus operi imminet sequenti modo*: sacre theologie migistri nec non sacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de litio ordinis Minor4 professoris op⁹ quadragesimale putilissimum quod de penitentia dictum est. *In fine*:

Vendelinus ego gentis ognomine spiere:
Roberti haec caste purgata volumĩa pressi:
Sedis apostolice Romano praeside Sixto
Magnanimo et Venetum Nicolao p̄ncipe Truno
M. ccccIxxij. xx. quintilis.

Adcedunt: Sermo ī festo ānūtiatōis vginis mariae et eiusdem Roberti cum tribus aliis sermonib⁹ sequentib⁹. S. de p̄destinato numero dānato4 et de cathenis. *In calce totius voluminis*: Finis triū sermonū Fratris Roberti. S. de annūtiatiōe virgĩs marie. de predestinato numero damnator4 et de cathenis.

In folio..... II. E. 33.

—— Exemplar alterum..... XIII. C. 4.

—— Exemplar tertium..... III. F. 18.

—— Alia editio: *cui praecedit etiam tabula sermonum. In calce*:

Rubertus celeber finxit non parva minorum
Gloria me fratrum Paulo regnante secūdo.
Quarto sed Sixto veniēs Halbrūna alemānus
Franciscus formis veneta me pressit in urbe
Mille quadringentis et septuaginta duobus.

In folio..... III. E. 3.

Initiales, quae deerant, eleganter suppletae sunt a Miniculario variis coloribus pictae.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... III. E. 5.
—— Exemplar tertium..... III. E. 6.
—— Exemplar quartum..... III. F. 15.
—— Exemplar quintum..... III. F. 19.
—— Alia editio. *In calce* :

Quem legis : impressus dum stabit ť aere caracter :
Dum non longa dies vel fera fata p̄ment.
Candida p̄petuae non deerit fama Cremonae
Phidiacum hinc supat Bartholomeus cbur.
Cedite chalcographi : millesima vestra figura est.
M. cccc. lxxii. Nicolao Truno Duce
Archetypas fingit solus at iste notas.
Venetiarum Regnante Impressum fuit Hoc.
Opus Focliciter.

In 4.°..... XIII. A. 4.

Pro Initialibus pingendis spatia reliquit Typotheta, quas Minicularius expressit rubro, et caeruleo colore; sed princeps littera auro superbit.

—— Exemplar alterum..... III. A. 2.

Tres ergo anno 1472. prodiere *Venetiis* editiones horum sermonum, et *Romae* etiam apud *Sweynheym* quae deest nostrae Bibliothecae : quaenam fuerit prima harum quatuor editionum, Bibliographis non satis constat.

—— Alia editio, *in cujus calce sequentes versus habentur.*

Robertus divi Francisci ex ordine scripsit.
Hec tibi ! qum (sic) paulus papa secundus erat.
Ast pressit manibus hec tersis in basilea.
Bernardus richel. Cum michaele wensel.
M. CCCC. LXXV.° fluente.

In folio..... III. V. 4.

—— Alia editio. *Praecedit tabula sermonum, et post sermones cernitur index alphabeticus. In calce haec typographica nota legitur*: Celeberrimi Theologie magistri : necnō sacri eloquij p̄conis fratris Roberti Ep̄i Aq̄ū. Ordr̄s minor4 pfessoris quadragesimale cū ceteris trib⁹ sermonib⁹ ei ānexis : suū hic oñdit finem. Venetiisq3 ī̄pressū ē ī̄pensis Iohannis de Coloniā : ac socij ei Iohānis Māthen dē Gherretzem. M. cccc. lxxvi. In 4.°..... III. A. 1.

—— Exemplar alterum..... III. C. 8.

—— Alia editio. *Post tabulam sermonum, occurrit titulus rubro colore excusus. Absolutis sermonibus.* Incipit tabula predicationū de adventu xp̄i magistri Roberti ordinis minorum cū nonnullis aliis p̄dicatiōib⁹ in hoc libro cōtent⁹. *Adcedit insuper* Tabula sermonum de Timore iudiciorum dei. *Sequitur* Episto-

Digitized by Google

la venerabilis clarissimique in sacra theologia migistri fratr. (sic). Roberti Caracoli de licio ordinis minor4 : ad reverendissimū et illustrissimū dñm dominū Ioannem de aragonia : serenissimi domini nostri ferdinandi regis sicilie etc. etc. filiū et locutenentē generalem apostolice sedis prothonotarium : in qua sua docilitas commendatur. *Opus deinde incipit, quo expleto, haec typographica nota legitur in calce operis*: Celeberrimi theologie magistri necnō sacri eloquij preconis fratris Roberti epī Aquiñ ordini minor4 professoris sermōes quadragesimales : de adventu : et de timore iudicior4 dei cum quibusdam aliis annexis feliciter expliciunt. Impressi in civitate Venetiarū p franciscum renner de Hailbrun. M. cccc. lxxix. In 4.° ..... III. C. 4.

—— Exemplar alterum ..... III. C. 13.

—— Exemplar tertium ..... II. C. 34.

Editio haec fugit Bibliographos, quos consului.

—— Alia editio. *Ad calcem operis sequens habetur notitia.* Singularissimum opus quadragesimale sacre theologie celeberrimi magistri Roberti carazoli aleciensis : ordinis minorū fratris : ac pontificis aquinatis. per venerabilem mirificumq3 magistrum Mathiam Morauum. Anno domini M. cccc. lxxix. die vero decima mensis Augusti Neapoli summo conatu impressum finit.
In folio ..... XI. A. 22.

Editio elegans, ac inventu difficilis. Initiales deerant, sed a Miniculario suppletae sunt colore rubro.

—— Exemplar alterum ..... XI. C. 27.

—— Alia editio. *In calce legitur post verba* Celeberrimi theologiae magistri etc. etc. Impressi ī civitate Venetiar4 per Octavianum Scotum Modoetiensem. Mcccc.lxxxii. pridie Kalendas februarii. In 4.° ..... II. A. 9.

—— Alia editio. *Titulus supra relatus rubro colore excuditur. Post sermones quadragesimales adcedunt*: Sermo in festo annunciationis virginis Marie = Sermo de predestinatorum numero et damnatorum = Sermo de cathenis = Sermo de spe bona = Sermo de Virginitate = Sermo de iudicio pestilentie. *Ad calcem voluminis legitur* : Finis. Celeberrimi theologie magistri necnō sacri eloquij pconis fratris Roberti episcopi Aquinen. Ordinis minor4 professoris sermones quadragesimales : de advētu : et de timore iudicior4 dei cū qbusdā aliis annexis feliciter expliciunt. Impressi in Civitate Venectiarum (sic) per Ioānem de forlivio et Gregorium fratres Anno dñi. M. ccccIxxxx. die. 15. Martii. In 4.° III. A. 24.

Huic subscriptioni subiungitur Typographi symbolum, quadrangularis videlicet figura duplici linea constans, quae litteram X. magnam inscriptam habet, cuius e medio surgit crux duplex, quae litterae altitudinem metitur, et usque ad rectanguli verticem protrahitur : litterae Z G. hinc, et illinc expressae habentur.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... II. B. 40.
—— Exemplar tertium..... II. C. 35.
—— Exemplar quartum..... III. B. 11.
—— Exemplar quintum..... III. B. 12.

—— Alia editio. *In fronte primae paginae legitur*: Sermones declamatorii praestantissimi viri Roberti Liciensis: ex Seraphico Minorū ordine: sacre Theologie ꝑfessoris: Pontificis Aquinatis: per adventum domini: et Sanctam quadragesimam: Itē de timore iudiciorū dei: de ĩmortalitate animae ratiōalis: de eterna beatitudine: Et per solēnitates totius anni domini Sabaoth et Sacratissime Virginis matris dei. *Folio verso extat epistola* F. Philippi de Rotingo, *qui editionem curavit*, Universis hominum piscatoribus orthodoxis, *qua absoluta, haec typographica nota occurrit*: Impressum Venetiis per Georgium de Arrivabenis Mantuanum. M. cccc. lxxxxvi. die xvi. Maj. *In calce totius voluminis legitur*: finis sermonum p̄stantissimi viri Roberti liciēsis. ex seraphico minor4 ordĩe. Sacre theologie ꝑfessoris Pōtificis aquinatis quos revisit et fideli studio purgavit ab erratis librario4 frater Philipp⁹ derotingo eiusdē s⁹aphici ordĩs mĩorū observātiū: quotatiōes Theologo4 faciēs ampliores ad solatium et utilitatē evāgelizantiū verbū dei. laudē et honorē et gloriā btĩssime trinitatis et ĩtemerate Vgĩs marĩs marie: ac seraphici patris frācisci totiusq3 celestis curie Amen. In 4.°..... II. B. 41.

—— Alia editio. *Volumen hoc eadem continet, quae in praecedenti habentur, et in fine haec typographica nota.* Celeberrimi theologie magistri: nec non sacri eloquij precōis fratris Roberti episcopi Aquiñ. ordinis minorum professoris: sermones quadragesimales: de adventu: de timore iudiciorum dei cum ꝙbusdam aliis annexis feliciter expliciunt. Venetiis per Gabrielem de grassis de Papia. In 4.°..... III. C. 11.

Sine anni nota. Character gallo-francus est, lineis 49. distinctus in quavis columna, nam duabus costant paginae. Signaturae videntur, sed custodes et foliorum numeri desiderantur, et initiales parvis formis in spatiis excusae sunt. Penultima pagina continet registrum, et symbolum Typographi rubro colore excusum, quod litteram G. inter duo puncta refert, et haec minoris formae A inscriptam habet, e cujus vertice crux duplex surgit. Rectangulum linea inclusum haec omnia continet.

—— Sermones quadragesimales de peccatis. *Praeit titulus rubro colore excusus*: In nomine domini iesu christi. Incipit q̄dragesimale de peccatis sm̄ frēm Robertū caracholum de licio: ordinis mino4 ep̄m liciēsem. Et primo dn̄ica septuagesime: de numero damnato4 ꝑpter eorum peccata. *In calce operis haec verba occurrunt*: Explicit quadragesimale de peccatis ceptum in civitatem Litii: ibiq3 cōpletum ad laudem et gliām oĩpotētis dei et virginis gliōse marie ac btĩsimi prĩs francisci et novi sācti Bonaventure. Amen. finitū est anno dn̄ 1483. die 9 mensis octubris hora vespertina: Et ĩpressū Venetiis per Andream de toresanis de asula. Anno dnĩ. 1488. die 5. Kal⁹ octobris. *Sequitur nuncupatoria epistola cum epigraphe*: Ad Reverendissimū dn̄m Ioannē de Aragonia sancte Romane ecclesie. tĩ. sancti Adriani presbyterum cardinalem: *deinde* Tabula sermonum et capitulo4. In 4.°..... III. D. 18.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In medio folii primi legitur:* Sermones fratris roberti de peccatis: *in aversa parte ejusdem folii extat epistola nuncupatoria superius relata. In folio secundo adparet titulus, pariter colore rubro excusus, quem supra innuimus. In fine sermonum post verba illa* Explicit quadragesimale, *ut in precedenti observavimus, haec nota typographica occurrit.* Et impressum Venetiis per Ioānem de forlivio et Gregorium fratres. Anno dñi 1490. die. 11. mensis maij. In 4.° ..... III. B. 4.

Initiales parvas expressit Typographus, et Minicularius tantum primam litteram majorem reddidit, coloribusque ornavit: oram item inferiorem ejusdem primae paginae operis gentilitio stemmate auro, et floribus decoravit. Penultima pagina continet registrum, et symbolum typographi superius relatum.

—— Exemplar alterum..... II. D. 50.

—— Italice. *In prima pagina secundi folii prologus auctoris adparet, cujus inscriptio*: Prologo di frate Ruberto a Ferdinando Re di napoli in lopera sequente. *Ad calcem integri operis legitur*: Finisce el quadragesimale del novello Paulo Fra Ruberto facto ad cōplacētia de la Sacra Maiesta del Re Ferdinādo. Impressa nela citta de Trivisi per Maestro Michel Manzolo da palma. Nel Mccccl xxvi iii. Ad di xvi ii. di Marzo. Finis *Tabula in penultima pagina adest, qua absoluta legitur.* Finis Laus Immortali deo. Amen. In folio.. XIII. D. 3.

—— Alia editio. *Folio primo verso auctoris prologus occurrit, uncialibus litteris excusus, quem supra innuimus. Absolutis sermonibus legitur*: Finisce el quadragesimale del novello Paulo fra Roberto facto ad complacentia de la sacra maesta del Re Ferdinando impresso in Venetia p' Ioāne Rosso da Verceglie nel. M. cccc. lxxxviii. a di x. de Novembrio: Regnante lo inclyto principe di Venetia Augustino Barbarigo: In 4.° .... II. C. 2.

—— Exemplar alterum..... III. B. 8.

—— Sermones de Aduentu. *Tabula sermonum primum folium occupat*, et *in secundo folio titulus in fronte primae columnae legitur*: Roberti d' licio ex ordine mino4 in theologia peritissimi: verbi dei in hac etate oratoris eloquētissimi: p̄dicationes a prima dn̄ica de adventu quottidie inclusive usq3 ad quartā: et dc fèstivitatib⁹ a nativitate dn̄i usq3 ad epiphaniam cū nōnullis alii suis p̄dicationibus feliciter incipiunt. *Sub eodem signaturarum ordine sequitur*: dominici Bollani questio de conceptione gloriose virginis marie. *Terminatur his verbis*: deo gratie infinite. In 4.° ..... III. A. 15.

Perelegans gallo-francus character huius editionis, cui nulla typographica nota adposita fuit, intra fines linearum 40. columnam quamlibet constituit. Nullum custodem, aut foliorum numerum volumen praesefert, quamvis signaturas habeat expressas elementis, arabicisque numeris. Initiales parvas adposuit Typotheta, quas Miniculator majores reddidi, ac rubro, caeruleoque colore pinxit. Hujus editionis meminit *Panzer Tom. 4. pag. 15.* qui eam refert ad annum 1476.

—— Exemplar alterum..... III. B. 5.

Digitized by Google

—— Exemplar tertium ..... III. A. 6.
—— Exemplar quartum..... III. B. 7.
—— Sermones de timore divinorum iudiciorum. *Praeit* Pistola Venerabilis clarissimiq3 in sacra theologia magistri fratris Roberti caraczoli de licio ordinis minorum : ad Reverendissimum et illustrissimum dominū dominum Iohannem de Aragonia : Serenissimi domini nostri domini Ferdinandi Regis sicilie etc. filium et locumtenentem generalem. Apostolice sedis Prothonotarium: In qua sua docilitas comendatur. *Expleta epistola* Incipit prologus: in quo opus de timore divinorum Iudiciorum. In quo exponuntur mistice verba Iohannis in themate. *Haec typographica nota occurrit in calce operis:* Sermones clarissimi in sacra theologia magistri fratris Roberti Caratzuli delitio ordinis mĩorū de timor. iudiciorum dei. impressi in civitate Neapolis Per Arnaldum de Bruxella. die. xxi. mensis Iulii. Anno. M. cccc. lxxiii. In folio..... XI. C. 3.

Typus elegans rotundus praestanti chartae impressus est. Foliorum numeros, custodes, et signaturas Typotheta neglexit, et pro initialibus pingendis spatia reliquit, ubi interdum minoribus formis indicavit litteras, quas Minicularius exprimere debuisset.

—— Alia editio. *Praecedit Auctoris* Epistola ad Iohannem de Aragonia. *In calce nulla subscriptio.*
In 4.°..... III. A. 16.

Nullus custos, et foliorum numerus adparet in hac editione, quae tamen fasciculos signatos exhibet. Duplex columna characteris gallo-franci nitidi paginam quamvis implet, columna vero lineis 40. constat Initiales parvas reliquit Typographus, quas Minicularius colore rubro, et caeruleo pinxit, ac majores reddidit. Quamvis haec editio nota careat typographica, tamen *Gesner p. 4, Denis pag. 604 et de la Valliere* eam referunt ad annum 1475.

—— Exemplar alterum..... III. A. 7.
—— Exemplar tertium..... III. B. 7.
—— Sermones de Laudibus Sanctorum. *Aversa pars folii primi exhibet nuncupatoriam epistolam* Iohannis Marci Cynici Beatrici Aragoniae. Hūgariae Bohemiaeq. Reginae, *rotundis litteris excusam, quae quidem epistola in quamplurimis hujusmodi editionis exemplaribus desideratur. Sequitur* Tabula presentis operis etc. etc. *qua expleta Sermones incipiunt, huic titulo subjecti.* In nomine dnĩ nostri ihu xp̄i Incipit prima pars sermonū de laudib⁹ scōrum scdm̄ fratrē Robertū caraczolū delicio ordinis minorum Episcopum Aquinatem. *Ad calcem sermonum haec notata fuere:* Celeberrimum opus de laudibus sancto4 per Reverendum in xp̄o patrem. fratrē Robertū Carazolum. de Licio. Ordinis mino4. Antistitem Aquinatem compilatum. finit feliciter. Impressum Neapoli sub invictissimo Rege Ferdinando. per Mathiam morauum: Secundo Kaleī februarij M. cccc. lxxxviiij. *Sequitur* Registrum carta4 hujus voluminis.
In 4.°..... XI. A. 20.

Ex plurium, quos adii, Bibliographorum silentio hujus editionis raritatem conjicio.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XI. B. 1.
—— Exemplar tertium, *cui deest epistola* Cynici..... XI. B. 2.
—— Exemplar quartum..... XI. B. 3.
—— Exemplar quintum..... XI. B. 4.
—— Exemplar séxtum..... XI. B. 5.
—— Alia editio. *In calce operis:* Clarissimi ac celeberrimi preconis fratris Roberti Caracoli (sic) de licio: Ordinis minorum: Pontificis Aquinatis: opus de laudibus sanctorum accuratissime per Georgium Arrivabenu (sic) Venetiis Impressum: Anno a natali christiano. M.cccc.lxxxix. Nonis Quintilibus. Deo Gratias *Typographi signum huic subscriptioni subditur, scilicet rectangulum nigrum in quo circulus extat secundum horizontem sectus; pars superior nigra, litteram A inscriptam habet, ex qua crux duplex procedit, et circuli excedit circumferentiam; pars inferior alba est.* In 4.°..... III. B. 5.
—— Exemplar alterum..... III. C. 17.
—— Exemplar tertium..... II. C. 24.
—— Exemplar quartum..... II. C. 32.
—— Alia editio. *In fine, Typographi cura haec notata sunt:* Examinatū opus p egregiū sacre thelogie (sic) doctorem magistrū Gasparinū boro venetū sacri ordinis servorum dive Marie regularis observantie. Et impressum venetiis per Bernardinum benalium. Anno dūi M. cccc. lxxxx. die kl⁹ octobris. In 4.°..... III. B. 1.
—— Exemplar alterum..... III. C. 10.
—— Exemplar tertium..... III. C. 12.
—— Exemplar quartum..... II. C. 33.
—— Exemplar quintum..... II. C. 34.
—— Exemplar sextum..... III. D. 21.
—— Exemplar septimum..... III. D. 22.
—— Sermones tres, *scilicet* de Annūtiatione Virginis Marie = de predestinato numero damnatorum = De cathenis. In 4.°..... XIII. C. 4.

Editio notis typographicis destituta, quae tamen prodiit ex officina *Vindelini de Spira*, et iisdem prorsus characteribus, quibus anno 1472. ipse impressit ejusdem auctoris *Quadragesimale dictum de Poenitentia*, primo loco huius articuli a nobis relatum.

—— Specchio di Fede. *Haec verba majusculis formis occurrunt in medio folii primi. In adversa parte legitur*: Incomenza la epistola de fra Roberto da lezze a lo Illustrissimo Alphoso de Aragonia: Duca de Calabria: primogenito del regno. *Absoluta epistola adcedit*, Risposta del Serenissimo duca de Calabria ad Fra Ruberto. *Tabella xylographica extat in medio folii secundi, quae* Robertum *concionantem coram auditoribus exhibet. Huic imminent verba ista:* Fra Ruberto. *Opus absolvitur sequenti subscriptione:* Qui finisse el libro compilato novamente da quella corona di predicatori chiamato frate Roberto carazola de lege del ordine de li

Digitized by Google

frati minori per divina gratia episcopo de Aquino Vicario generale di tutto el regno elqual libro e intitulato Speculum fidei: cioe Spechio della fede in uulgare et latino ad contẽplatione dello Illustrissimo Signor Alfonso de Aragonia duca de Calabria et primogenito della Maiesta del Re ferdinando per divina gratia Re di Napoli et el ditto libro fu compilato nel Anno. M. cccc. lxxxx. et fo presentato al ditto Illustrissimo duca che visitava la provintia di poglia p non se trovare altra copia che uno certo originale scripto de propria mano del ditto fra Roberto ad utilita de molte persone e stato pdutto in luce per zoanne di lorenzo da Bergamo e per essere opera utile e necessaria a tutti gli fideli cristiani. El serenissimo Prĩcipo con la Illustrissima signoria di venetia ame cõcesso gratia p ãni dexe che nesuno altro nõ possa fare ĩprimere ne fare stampare la ditta opera ne in Venetia ne in alcuna altra terra ne in logo alcuno della ditta Signoria. Et se in terra aliene la fosse stãpita (sic) nõ possa uegnir ne esser cõduta ne se possa vẽdere per via alcuna in le ditte terre della ditta Illustrissima signoria sotto pena de perdere le opere et di ducati uñicinq3 pchaduna opa da essere applicada come parera ala Illustrissima signoria nostra. Laqual opa e stata uista et corretta per lo religioso padre fra stefano de Capua de lordine de li fratri minori elquale con ogni diligentia e cura ha uista et correcta a di. xi. Aprile. M. cccc. lxxxxv. In folio..... II. C. 18.

—— Exemplar alterum..... III. E. 13.

—— Exemplar tertium..... III. F. 1.

Carae Petri Iurisconsulti et Comitis ducalis Sabaudiae Senatoris et Legati ad Alexandrũ. VI. Pont. maximũ Oratio: Romae in pubblico Consistorio habita Anno salutis. M. cccc. xciii. *In fine*: Vivat Alexander. In 8.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Editio est charactere Romano *Stephani Plannck*, cum signaturis, constatque ex decem tantum foliis, quorum primum nil aliud conspiciendum praebet, quam titulum eodem modo exaratum, sicuti hic exhibetur.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 42.

—— Decreta Sabaudiae ducalia tam vetera quum nova. *Vide* decreta Sabaudiae.

Caraffae Iohannis: Tractatus de Simonia editus per magnificum utriusq3 iuris doctorẽ ac vice cancellariũ dñm iohãnem caraffa dignissimũ sub cui⁹ doctr̃na audivi Anno dñi M. cccc. lxxviii. *Hic titulus occurrit in fronte primae columnae folii primi: in calce majusculis litteris legitur.* Deo gracias Finitur Tractatus de Simonia. In folio..... XI. D. 11.

Editionem hanc inter Romanas computandam esse censet *Audiffredus, in catalogo Rom. Editionum saec. XV. pag. 357* eamque adscribit *Adamo Rot.* At noster *Giustiniani* in suo opere *Saggio Storico-Critico sulla Tipografia di Napoli*, non *Romae*, sed *Neapoli* ex typis *Sixti Riessingerii* prodiisse docet, cui sententiae et ego libenter adstipulor. Ipsa vero est eleganti charactere Romano excusa, duabus columnis linearum 51, sine signaturis, foliorum numeris, ac custodibus: folia sunt XII.

Digitized by Google

CARAVAJAL BERNARDINI DE. *Vide* Carvajal.

CARCHANO MICHAELIS DE. Sermones quadragesimales de decem preceptis. *Is titulus majusculis litteris expressus legitur in medio folii primi. Sequitur* Tabula presentis operis. *In fronte primae columnae folii secundi legitur rubro charactere* : fratris Michaelis de mediolano ordinis mino4 de observantia : viri apostolici ac veritatis evāgelice ferventissimi p̄dicatoris. Sermones quadragesimales de decem preceptis. *In calce.* Expliciunt sermones quadragesimales de decem preceptis decalogi fratris Michaelis de Mediolano ordinis mino4 observantie. Impressi venetiis per Ioān̄e et Gregoriū frēs de gregorijs. Anno salut. M.cccc. xcij. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi sigillum.*
In 4.° ..... III. B. 9.
—— Exemplar alterum ..... II. C. 27.
—— Quadragesimale seu sermonarium duplicatū scilicet per Adventū et Quadragesimā: de penitētia et eius partib⁹. *Haec leguntur in fronte primae columnae folii primi: in calce operis:* Quadragesimale seu sermonariū de pn̄a duplicatū p̄ adventū vedelic3 et q̄dragesimā a venerabili viro fratre Michaele Mediolanensi ordinis fratrū minorū de observantia editum: qui tum sanctimonia vite: tum ferventissima verbi dei predicatiōe a deo innumeris meruit coruscare miraculis feliciter explicitū est. Impressū optimaq3 castigatione emendatū: cura et impensis Nicholai franckfort. 3. idus decēbris. Anno salutis. i487. Venetiis.
In 4.° ..... III. A. 20.
—— Exemplar alterum ..... III. A. 22.
—— Exemplar tertium ..... III. B. 2.
—— Exemplar quartum ..... III. C. 6.
—— Alia editio. *In calce totius operis post verba:* Quadragesimale seu sermonarium etc. etc. Impressum Venetiis optimaq3 castigatione emendatū: per Georgium de Arrivabenis. Anno dn̄i M. ccccIxxxxvj. die xxviij. Septembris.
In 4.° ..... II. A. 2.
—— Exemplar alterum ..... III. B. 22.
—— Exemplar tertium ..... III. B. 25.
—— Sermonarium triplicatum. *Praeit* Tabula sermonum contentorū in h⁹ volumine. *Folio tertio in primae columnae fronte opus incipit praevio hoc titulo:* Sacri eloquii p̄conis celeberrimi fratris Michaelis Mediolañ ordinis minorū regularis observātie opus p̄utilissimū p̄ adventū et quadragesimā de peccato in genere et de tribus peccatis principalibus. s. supbia. avaritia et luxuria. *In calcem haec conjecta sunt verba:* Explicit sermonariū triplicatum per adventum: in quo tractatur de peccato in generali. Et per duas quadragesimas: in qua4 una tractatur de trib⁹ pct̄s p̄ncipalib⁹ superbia videlic3 luxuria et avaritia cū speciebus et filiabus suis. In alia v̄o de reliquis q̄tuor pct̄s capitalib⁹ gula videlic3 accidia ira et ̄vidia cū speb⁹ ac etiā filiab⁹ suis diffuse describit⁹ Qđ quidem cōpilatū ē p̄ venerabilē fratrē Michaelē de mediolano ordinis m̄o4 regularis observātie verbi dei p̄dicatorem. Imp̄ssum v̄o Venetiis p̄ franciscū de hailbrun et Nicolaū de franckfordia socios. M. cccc. lxxvi. Laus deo.

Digitized by Google

In 4.° ..... II. B. 15.
—— Exemplar alterum ..... III. A. 5.
—— Exemplar tertium ..... III. A. 11.
—— Exemplar quartum ..... II. C. 28.
—— Exemplar quintum ..... III. A. 19.
—— Exemplar sextum ..... III. A. 23.
—— Exemplar septimum ..... III. A. 10.
—— Sermonariū de comēdatione virtutū et reprobatiōe vicio4 : editum p R. P. fratrem Michaelē de carchano mlanensem. ord. mino4 de observa. pconē aplicū. *Haec leguntur in medio folii primi ; idem titulus in fronte primae columnae secundi folii denuo occurrit , sed rubro colore excusus. Post sermonarium legitur epistola cum epigraphe* Reverendo in christo patri domino fratri Hieronymo de Tornielis. ordinis minorum observantie regularis in partibus cismontanis dignissimo vicario generali Raphael peragalus S. D. P. *Sequitur* Tabula omniū ptium principalium totius operis. *In calce* : Impressum mediolani per magistrum Uldericum scinzenzeler āno dn̄i Mccccclxxxxv. die. xi Julii. In 4.° ..... II. C. 30.
—— Exemplar alterum ..... III. A. 4.

Carlerii Aegidii. Casuum consultationes, *in duobus voluminibus. Priori volumini titulum dedit*: Sporta fragmentorum in qua de conservatione bonorū ecclesie occasione quorudā detinc̄tiū illa: defensorium ecclesie: Tractatus de cōmunione non osecrātiū sub unica specie etc. etc. etc. *Cuilibet volumini praefixa est* Tabula contēto4 in sporta fragmēto4. *In calce voluminis secundi haec typographica nota legitur* : Explicit sporta fragmentorum mgr̄ egidii carlerii decani ecc̄ie cameracēsis impssa in opido bruxellensi ducatus brabātie. Anno domini M.ccccclxxviij. Tomi 2. In folio ..... VI. E. 24-25.

Nullum indicium de Typographo hujusmodi rarissimae editionis, quae forsan prodiit ex celebratissima officina *Fratrum, et Clericorum vitae communis*, uti cruimus ex similitudine characterum.

S. Caro Hugonis de. *Vide* Hugonis de S. Charo.

Carpanis Dominici de. De nutrienda memoria epistola. *Titulus praefixus huic epistolae :* Eximio ll. doctori domino Salvatori de peregrinis de maidamagister (sic) Dominicus de carpanis de Neapoli ordinis minorum. *In calce opusculi legitur* : Anno domini. M.ccccclxxvi. indictiōe. iiii. die uero. xvi. decembris Regnante Serenissimo et Illustrissimo domino nostro. D. Ferdinādo dei gratia rege Sicilie Hierusalem et hungarie et cetera Regiorum (sic) vero eius Anno. xviii. Foeliciter amen. Vale peritusq3 in multis in istis etiam suscipe vires amē. In 4.° ..... XI. B. 16.

De hac editione in catalogo *Bibl. Thott. Tom. VII. pag. 162.* mentio habetur : *Giustiniani* in suo opere *della Tipografia Napoletana* putat eam *Neapoli fuisse* evulgatam.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... ..... XI. B. 12.

Cartusiani Ioannis. Opus nosce teipsum. *Praecedit Auctoris epistola, qua subiicit iudicio omnium Catholicorum, doctorum, et magistrorum, aeque ac Christi fidelium opus suum corrigendum; additque ad significandam intentionem suam numquam scilicet discedendi ab Ecclesiae opinione, cruce paginas obsignatas voluisse. Huic subnectitur praefatio quaedam.* Ad intentionem scriptoris intelligendam. *Sequitur.* Oratio ad infrascriptos. Opus Nosce te interpretatum ad suos diversis degentes religionibus (sic) dilectos filios. *Ad calcem operis alia Auctoris obtestatio reperitur, quae primae consona est, eaque absoluta, Typographus haec subiungit*: Actum hoc opus ex inclyta: atq: famosa officina Nicolai Ienson Gallici: Olympiadibus dn̄icis. Anno videlicet. M. cccclxxx. q̄rtas klēdas Iulias. In 4.° parvo..... XIII. D. 21.

Exemplar nitidissimum, quasi recens e praelo; integerrimum quoque, quod rarum est.

Cartusiani Ludolphi. Vita Iesu Christi. *In fronte primae columnae folii primi characteribus majusculis rubro colore excusis haec sunt expressa:* Incipit prologꝰ in vita Ihesu xp̄i descripta iux̄ serie quatuor evangeliо4 a quodā magne deuocōis ac religiositatis patre sacri ordis carthus. monacho professo domꝰ mōtis beate marie virginis ꝑpe inclitam civitatē Argentinensem. *Ad calcem totius voluminis, Typographi cura haec notata sunt, rubro pariter colore excusa:* Impressum in opido Augustensi per Anthonium Sorg. Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo. *Folio verso sequitur* Rubrica capitulorum in vita xp̄i. In folio..... XIII. G. 8.

Quantae raritatis editio haec sit, satis ex eo constat, quod eam ignoraverint non solum Bibliographi quamplurimi, quos adii, verum etiam ipsemet *Georgius Guilielmus Zapf*, qui *Annales Augustanae Typographiae* conscripsit, et temere docuit praefatum Typographum *ab anno Mccccl.xxv. usque ad annum Mccccxcvii. operibus imprimendis insudasse, teste etiam ipso Mich. Maittairio pag. xxvi. §. ix.* dum laudata nostra editio notam typographicam offert an. 1470. Temere etiam *Braun* ex auctoritate *Seemiller* scripsit primam hujusmodi operis editionem fuisse illam an. 1474. sine Typographi, et loci indicio elucubratam. Integrum hoc opus duabus columnis, gallo-franco quidem, sed pereleganti charactere in charta satis firma excusum est. Lineas 55. inveni in quavis columna, dummodo integra sit. Foliorum numeri, et signaturae omittuntur, et pro initialibus, nisi Minicularius eas rubro colore adpinxisset, spatia tantum extarent. Capita quoque in marginibus superioribus, litteris, et romanis numeris rubro charactere ab ipso Minicolario indicantur, qui notulas quamplurimas eodem colore adposuit in marginibus externis, et inferioribus.

—— Alia editio. *Folio primo verso praefatio excuditur subjecta litteris.* Yhꝰs; *in sequenti adest* Prologus Ludulphi cartusiensis ī meditationes vite Iesu christi. *Ad calcem totius operis legitur*: Explicit venerabilis religiosi Landulfi almi ordinis cartusiensis viri doctissimi evangelistarum et evangelii totius ītерpretatio et expositio ac super ipsis meditatio. Impꝰss. Mlꝰi. ītpensis nobilis viri. d. Petriantonii de Castiliono. ac opere arteq; Iohꝰ is antonij de onate. *Ad-*

Digitized by Google

cedunt rubricae capitulorum. In folio..... II. E. 30.

Saxius pag. Dcviii. observat *Ioannem Antonium de Onate* una cum fratre *Benigno* typographiam *Mediolani* statuisse *anno 1477.* et inter primos ejusdem labores hanc editionem esse recensendam, quum annis sequentibus frequentius typos suos impenderit edendis libris Iurisprudentiae.

—— Alia editio. *In fronte primae paginae legitur*: Iesus xp̄s deus marie virginis unigenitus. *Sequitur praefatio, ut in praecedenti editione. Ad calcem operis notam typographicam sequentem inveni.* Explicit saluberꝛa vīsq3 sectāda iugiṫ xp̄ianis celo4 sc̄ita ꝑ uenerabilē religiosū lādulfū almi ordꝛnis cartusiēsis virū doctissimū verūq3 evāgelista4 inṫp̄tē ac xp̄i ihū ꝑegrꝛatōis otēplatorē dᵒvotissimū cuiᵒ nisi vitā actusq3 ac sc̄tissimā passiōe3 ꝛscluptā cordis ꝛuiolabilᵒr uiscerib⁹ tenuisset fuissetq3 ꝑ uirib⁹ uestigia subsecutus nunq̄3 univsa illiᵒ opa instructōes q̄d nrās ordꝛate adō dūoteq3 ac solide texuisset. Lege itaq3 qꝺq3 etᵒnis optas aliqū gaudiis ñtᵒcē certior factuᵒ q̄r q̄ꝺ q3 die lᵒbrevissꝛa3 accepis sctī hᵒ voluꝛs lectō3 ī q.° q̄dē celo4 rdolēt favi et suavissꝛa fragrā sino4 thꝛata bto4 srsubāli uacuᵒ pāe n̄ māebis. Impssū Mlī ꝑ nobilē uirum d. Petrūātoniū dᵒ Castiliono. ac ope arteq3 Iohꝛsātoni d' onate. *Sequuntur.* Rubricae capitulorum. In folio..... III. F. 3.

Haec Mediolanensis editio latuit *Saxium.* Exceptis iis, quae supra notavimus, cum altera in reliquis perfecte convenit; nam ambae duplici columna excusae, et lineas 60 continent in quavis columna nullumque custodem, aut foliorum numerum praeseferunt. Litterae principes minoribus formis excusae sunt, sed in hac secunda editione eas Minicularius caeruleo et rubro colore adpinxit, et nonnullas auro etiam ornavit.

—— Alia editio. *In fronte primae paginae, majusculis typis gallo-francis, titulus legitur*: Vita christi sive meditationes scdm̄ seriem evāgelista4 ꝑ dūm Leutolphum de saxonia patrē devotū argentine in carthusia ꝑfessum ob laudē dei cōpilata. *In fine sequentia habentur:* Presens opus vite christi sm̄ seriem evangelistarum. per Leutolphum de Saxonia patrem devotū Argentine in charthusia professum ob laudem dei et profectum proximi est effectum. et in inclita civitate Nurnberga per Antonium Koberger bn̄ visum sic effigiatum. Grās et merito agimus deo altissimo q̄ vitam iesu christi eius unigēti filii hoc estivali tꝑe perfecimus in vigilia Assumptionis Virginis gloriose. Anno videlicet millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. In folio..... III. G. 8.

Carvaial Bernardini. Oratio de eligēdo summo Pontifice: habita Rome in ecclesia sancti Petri ad sacratissimū senatū Cardinaliū Innocētio Octavo demortuo: ꝑ R. in xp̄o patrē Bernardinū Carvaial Pacen̄ Ep̄m: Regis et Regine Hispanie Oratorem: die transfigurationis dominice: sexta Augusti. M. cccc. xcij. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Audiffredus memorat hanc editionem, pag. 309, charactere gallo-franco *Stephani Plannch* excusam, et eam refert ad annum 1496.

Digitized by Google

—— Oratio in die Circūsionis dn̄ice in capella dn̄i n̄ri Sixti pape. iiij. habita per Reverēdū dn̄m Bernardinū Carvaial artiū et theologie magistrum. S. d. n. cubiculariū. Anno pōtificatus eiusdē tertiodecimo. Salutis dn̄ice. M.cccc.lxxxiiij. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Opusculum est excusum charactere gallo-franco, constatque foliis VIII. memoratum ab *Audiffredo pag. 261.*

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 49.

—— In Cōmemoratione Victoriae Baecnsis Civitatis apud sanctum Iacobum Hispanor4 de urbe: Sermo ad Senatū Cardinalium habitus die dominica x. Ianuarii. M. cccc. xc. per R. P. D. Bernardinum Carvaial Episcopum Pacēn Regium Oratorem. In 4.° *Vide* Orationes Variae..... IX. A. 58.

Hujusmodi editionis typus est gallo-francus, quam *Audiffredus pag. 292.* tribuit *Stephano Plannch.*

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 49.

—— Consolatoria epistola in obitu serenissimi dn̄ Iohannis Hispanie principis ad Catholicos Regē et Reginā eius parentes p Reverendissimum in Christo patrem et dominum D. Bernardinum Carvaial Cardinalem sancte Crucis in Ierusalem Episcopum Saguntiñ alias hispano sermone missa Demum per Garsiam Bouadilla eius secretarium latine traducta ac Reverēdissimo in christo patri dnō Didaco Mēdoze Patriarche Alexandrino Hispalēn Presuli ob devotionem dedicata. *Huic titulo praecedit enunciata nuncupatoria epistola Garsiae Bovadillae; deinde sequitur* Consolatoria epistola, *cum epigraphe*: Serenissimis dn̄is ferdinādo et Heisabeth Hispaniarū Regi et Regine Catholicis. D. mihi ob servantissimis. B. Cardinalis Sancte Crucis humill⁹ com̄. *In calce hujusmodi epistolae legitur:* Rome Kl⁹ decēbris salutis christiane. Anno. M. cccc. lxxxxvij In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Suspicamur, et non quidem temere, editionem hanc, tametsi laudatam a *Nicolao Antonio*, in sua *Bibl. Hisp. nova Tom. I. pag. 216. ab Audiffredo pag. 342. et a Denis pag. 312.* nunquam tamen ab ipsis fuisse inspectam, quia titulum, et descriptionem ipsius haud accurate tradunt.

Casali Ubertini. Arbor vite Crucifixe Iesu. *Prologis duobus liber primus subiectus est, quorum primus hunc titulum uncialibus litteris habet:* Incipit Prologus in Librum qui intitulatur Arbor vite crucifixi Iesu: et dicitur opus Ubertini de Casali qui fuit frater professus Ordinis minorum Beati Francisci. *Ad calcem operis, quod quinque libris absolvitur, legitur:* Liber qui intitulatus Arbor vite crucifixe Iesu devotissimi fratris Ubertini de Casali ordinis minorū felicit⁹ explicit. Impressus Venetiis p⁹ Andreā de Bonettis de Papia. Anno M.cccc.lxxxv. die xii. Martii. Ioāne Mocenico inclyto principe regnante. In folio. III. C. 2.

—— Exemplar alterum..... XIII. C. 6.

—— Exemplar tertium..... III. F. 7.

—— Exemplar quartum..... III. E. 8.

—— Exemplar quintum..... III. F. 11.

Digitized by Google

—— Exemplar sextum..... III. F. 12.

Casalupis Io. Baptistae de. *Vide* Caccialupi.

Casati Ioannis iureconsulti civis Brixie ad Baptistam zenum patricium Venetum Reverendissimum d. d. Cardinalem sancte Marie in porticu pro Senatu et populo Brixiano Oratio. *Hic titulus praefigitur opusculo : ad calcem legitur :* Impressum Brixie per Bernardinum de misintis de Papia. Anno domini M.cccc. lxxxxiiii. idibus Iuliis. In 4.º..... XIII. A. 39.

Ex plurium silentio Bibliographorum, quos consului, editionem valde raram, et fortasse ignotam censeo.

Cassandrae Fidelis. Virginis Venetae in Gymnasio Patavino Pro Bertucio Lamberto Canonico Concordiensi Liberalium Artium Insignia Suscipiente. Oratio. *Haec leguntur in fronte opusculi majusculis typis excusa. Absoluta oratiuncula, sequuntur.* Ludovici Scledei Vicentini epistola ad Cassandram. Cassandrae epistola ad Ludovicum Scledeum. Angeli Tancredi Lucani epistola ad Divam Cassandram : Venetam. Francisci nigri : Veneti doctoris : in dictam Cassandram pistaeam paeonicum Sapphicon. *Hisce omnibus absolutis adcedit nota Typographi* Lucilii Santritcr Helbronnensis *in laudem* divae Cassandrae, *in cuius calce legitur:* Anno salutis. M. cccc. lxxxvi i i. Calen. xiiii Eebruar. (sic) Venetiis. In 4.º..... XII. A. 48.

Casselina sive compendiolum sacre scripture de brevibus et longis absq5 declaratione sed ponitur virgula super syllabam producendam. Et primo in prologo Genesis. *Laudatus titulus conspicitur rubro charactere gallo-franco excusus in fronte folii secundi, nam folio primo averso legitur* Prologus operis. *In calce voluminis haec typographica nota occurrit :* Explicit casselina Impressa Venetiis ꝑ Bernardum de morano casaleñ. Anno d. M. cccc. lxxxvij. die xviij. maij. In 8.º..... XII. B. 83.

Cassiani Ioannis. De institutis cenobiorum : de octo principalium vitiorum remediis et Collationes. *Praefationi auctoris imminet titulus :* Incipit prefatio beati Iohānis heremite qui Cassianus drꝰ ꝛ duodecim libros de institutis cenobior4 et de octo principalium viciorum remediis. *Praefatio* Collationibus *etiam praefigitur, et absoluto opere legitur :* Expliciunt vigintiquatuor collationes sanctorum patrum conscripte ab Ioāne heremita qui et Cassianus dicitur. Impresse apud Venetias Anno dnī. M. cccc. lxxxx i. In folio..... II. E. 29.

Absque Typographi notitia.

—— Exemplar alterum..... III. G. 23.

Cassinensis F. Samuelis Opus : quod liber ysagogicus inscribitur. Quia ad doctrinam Scoti: et ad aristotelica logicalia mirabiliter introductorius. *Allatus titulus*

Digitized by Google

legitur in fronte folii primi: Folio verso extat Epistola Francisci Rueri Sacerdotis ad Peritissimum artium et medicine doctorem dnm̃ Magistrum Gabrielem de Pirovano medicum ducalem. *Expleto libro Isagogico sequitur* Dialogus figurarum precedentium libri ysagogici quo ad principia incōplexa logicalium intentionum strictim breviterque expressivus feliciter incipit. *Huic opusculo adcedit* Secunda argumentatio fratris Samuelis or. minorum contra magistrum Damianum or. predicatorum de eo q̄d nititur sustinere deus est consanguineus Ioannis. *Ad calcem totius operis legitur*: Impressum Mediolāi. Anno Christiāe salutis M. cccc. lxxxxiiij die xxij. Aprilis. In quo si quid errati vl⁹ mendosi fuerit inventum. Impresso4 imputetur aut impericie aut incurie, non solertie auctoris libri qui omnia castigatissime scripta dereliquit. In 4.°..... VIII. A. 29.

Deest nomen Typographi, sed ex symbolo editioni apposito dignoscimus fuisse *Ulericum Scinzeler*; scilicet quadrangulum parvum erectum linea inclusum quod circulum continet, ex cujus inferiori parte linea surgit in duplicem Crucem extra peripheriam desinens; ita tamen ut brevis hasta basi obliquae infixa circuli concavae parti insideat, et brachia ipsius crucis ei parallela exhibeat. In eodem circulo litterae V. S. cernuntur. Initiales litterae xylopraphicae sunt, et tabulae quamplurimae ligno incisae suo loco occurrunt.

—— De modo descernendi falsum Prophetam a vero Propheta inter reprobandum falsam prophetiam atq3 visionem fratris hieronymi. *Haec leguntur in medio folii primi: adversa pagina occurrit* Epl'a ad fratrem Hieronymum in q̄ breviter enarrat̄ q̄d moverit autorē pūtis ſvective: enarrat̄ q3 modus qui tenet̄ in tractādo: et q̄ veritas occultari non pōt ubi sp̄s est Christi. *In calce operis post italicum carmen dictum* Sumaria de'l libro, *haec typographica nota legitur*: Impressum in alma urbe Mediolani. Mccccl̄xxxxvii. prīo Aprilis. Ad laudem et gloriam omnipotentis dei gloriosae virginis matris eius ac totius coelestis curiae Triumphantis. Amen Laus deo semper. In 4.°..... II. D. 51.

Saxius pag. 600. memorat editionem hanc; sed de eius Typographo nullam notitiam tradit.

Cassiodori (Marci Aurelii) Clarissimi Senatoris in Psalterium Expositio. *Haec leguntur in medio primi folii majusculis typis gallo-francis excusa. Eodem folio verso legitur epistola* Iohannis de lapide ad Iohannem de Amerbach. *Folio secundo extat* Notabiliū dictorū et expositorū ānotatio. *In calce totius operis*: disertissimi atq3 dignissimi sanctae ecclesiae doctoris Cassiodori romanae vrbis q̄ndā Clarissimi senatoris: famatissima psalmorum expositio: post aliorū sancto4 patrū scp̄ta exactissime digesta dulcissimoq3 fonte purissimae latinitatis irrigata: cū p̄vigilanti emēdationis studio: auctore omnium cooperāte: arte impssoria p̄fecta est: p̄ magistrū Iohannē de Amerbach p̄clarae Basilieū urbis civem. Anno dūi. M. cccc. xcj. In folio..... I. E. 12.

Maittairus pag. 531. Principem appellat editionem hanc.

Castelho *vel* Castelhono Iohannis. *Vide* Lapi Ioannis.

Digitized by Google

Castelione Hieronymo. Trattato de le parte ultra marc. *In calce opusculi legitur*: finisse il libro e tractato dele parte vltra mare: zioe (sic) terra scā: ordinato e oposto cō grāde faticha p mē Hieronymo de Castelione: allevato e nutrito nella nobile e inclita cita dē Milano nel. M. cccc. xci. die. ij. Maij. Amen. In 4.° ..... XIX. E. 55.

Auctor hujusmodi opusculi Bibliographis parum innotuit: ac proinde hanc editionem neque *Saxium in Historia-literario-Typographica Mediolanensi*, neque *Haymum*, neque ullum alium qui describat, inveni. Nostrum exemplar, quod plurimis folii scarere ceruitur, incipit a *Capitulo iiij. del Castello Emaus per fin ala cita de Hierusalem* et capita clxiiij. complectitur. Charta firma, sed parum levigata, et semigallo-franco typo express. lineas 33. continet quaevis pagina. Signaturae, et numeri foliorum desunt; ac initiales minusculas expressit Typographus.

Castellione Ioannis de. *Vide* Lapi Ioannis.

Castello Santo daniele da. Devota et molto utile opereta come zardin de infiniti suavissimi: et redolenti fiori cōtien in si melliflua et saluberrima meditation contemplante el sacratissimo sacramēto del corpo del nostro redemptor Christo Iesu. Con el modo dela institution de quello. Dechiarādo chi son quelli che son tenuti et obligati a riceverlo. Et qual preparation necessaria che preceda. Qual utilita et dono conseguisse lhomo per lo recever de tanto sacramēto. Anchora qual pena: et danno incorre color che receve q̄llo over recusa over indignamēte presumeno. Azonzendo chi son quello che sono indegni recever tanto sacramento. *Huic titulo in fronte folii primi excuso subnectitur tabella maeandrico opere ligno incisa, quae summum Pontificem repraesentat in throno sedentem, ad eius dexteram alium Praelatum, vel Cardinalem galero coopertum, stantem, et ante ipsum Pontificem duos peregrinos genuflexos, qui ab ipso Pontifice benedicuntur. Huic tabellae subduntur haec alia verba*: Dapoi parla della Confessione. Vltimo loco contien uno tractatello de Communione devotissimo. Cōposto per lo venerando padre Paulo Veronese singular servo di Dio. *In fine totius operis haec typographica nota occurrit*: Finisse il devotissimo libro del sacramēto Stampato in Venetia per maistro Pietro da Pavia nel anno del M.cccc. A di xii. del mese de decembrio. In folio ..... I. E. 15.

Castiglionchio Ioannis. *Vide* Lapi Ioannis.

Castrobel Petri de. Vide Castrovol.

Castro Pauli de. Solemnis et utilis lectura Magnifici utriusq3 iuris doctoris domini Pauli de castro. Inter modernos uerus. ll. interpres super secunda parte ff. novi. lege feliciter. *Laudatus titulus extat in fronte primae columnae secundi folii. Praecedit aversa facie folii primi nuncupatoria epistola* Francisci tuppi Clarissimo Berardino geraldino amerino equiti insigni Curiarum magistri iusticiarii et vicarie Regenti fido cōsiliario Serenissimi ac potentissimi inuictissimiq3 et iustissimi regis Ferdinandi Ierusalem hungarie ac sicilie Regis pacifici. *In*

Digitized by Google

calce operis : Explicit Lectura clarissimi utriusq3 iuris doctoris domini Pauli de castro super secunda parte. ff. novi. Neapoli. impressa. sub aureo seculo. et Augusta pace Ferdinãdi Regis serenissimi atq3 clemẽtissimi sub impensa clarissimi Militis dñi Berardini. de Gerardinis de Amelia Comit. palatini Consiliarii divi reg. Ferdinandi. ac Regẽtis magnam curiam vicarie. die. vi. Februarii Millesimo. cccc. lxxviiii. In folio..... XI. D. 18.

Giustiniani pag. 69. ex typis *Sixti Riessingeri* opus prodiisse iudicat; uti reipsa ex similitudine characterum adparet.

—— Exemplar alterum..... XI. D. 29.

—— Lectura sup̄ pma parte. ff. novi. v3 de operis novi nunciatione. *Praeit* Francisci moneliensis a Genua in inclytã lecturam excellentissimi iuris utriusq3 interpretis domini Pauli a castro super prima. ff. novi. epistola. *In calce operis*: Exactũ hoc ꝛsigne ac p̄clarũ opus excellentissimi iuris vtriusq3 monarche dñi Pauli a castro: qd⁹ quidem opus tanq̄ dignissimũ excerpsimus ab eius bibliotheca. S. celeberrimi gnati sui excellentissimi dñi Angeli a castro: erat mihi crede scriptũ exemplar ab ip̄o inclyto monarcha dño Paulo a castro: qd⁹ q̄dem si habueris apud te : et legeris : mihi crede sũmã osequeris animi voluptatẽ : ac maiores ꝛ die fructus suscipies. Actũ olympiadibus dñicis anno v3 millesimo quadricentesimo octuagesimo tertio Kalendas sextiles. Venetiis p̄ optimũ ac diligentissimũ ꝛ hac arte magistrũ Bernardinũ a tridino q̄ salva omniũ pace est inter ceteros amãdus ac venerandus : p̄p ipsius in hac arte curam in corrigendis operibus ac ꝛprimẽdo caractere. Vale. In folio..... ..... VII. D. 26.

—— Lectura super septimo libro codicis. *In calce*: Finit opus Pauli de Castro iuris utriusq3 doctoris eximii sup̄ septimo codicis: emendatũ accuratissime p̄ dñm franciscũ moneliensem de Ianua: Impressũ Venetijs ꝛgenio ac ꝛdustria Hermãni Lichtenstein colonien⁹. Anno ꝛcarnatõis dñi M. cccc. lxxxiij die uero xxvij mẽs⁹ Iunii. In folio..... .. VII. D. 32.

—— Lectura sup̄ prima p̄te Infortiati. impressa ex exemplari emendatissimo domini Alexandri de Imola. *Ita legitur in fronte primae columnae folii primi. In calce totius operis haec typographica nota occurrit*: Explicit aureum comentum. d. Pauli de castro sublimi ꝛgenio emendatum super prima parte ꝛforciati. q̄d ex oꝛbus eius operibus precipuum fuit desiderãdũ a preclaris hõibus etc. etc. etc. Impressum Papie ac sũma cum diligentia et solertia emẽdat⁹ nomine clarissimi I. v. doc. domini Io. Francisci pezani sacri ticinensis collegii dominorũ doctorũ prioris equissimi anno millesimo quadringẽtesimo octuagesimo tertio die. xxvi. februarii. Regnante divo et excellentissimo Io. Galeaz duce Mediolani sexto quo anno fuit carestria (sic) et defunctus fuit dux urbini et Magnificus dominus Robertus malatesta de Arimini Capitaneus Magnanimus. Ad laudem magni terniq3 dei o3potentis altitonantis. Amen.
In folio..... VII. D. 15.

—— Consiliorum partes II. *Primae parti praemittitur* Index, *et ad calcem hujusmodi partis legitur sequens subscriptio* : Consiliorum Eximii Domini Pauli

Digitized by Google

de castro utriusq3 iuris doctoris Famosissimi. per venerabiles viros. Vuendellinū d' uuila. Theobaldum Schencbecher Artium Liberalium magistros et Iohānem renhardi Rome impresso4. Anno saluti (sic) M. cccc. lxxiii. Die vo. Mensis Iunii detima (sic) Sedente Sixto iiii. pontifice maximo. Anno eius secūdo. Prima ps finit feliciter etc. etc. etc.

Secundae parti ante Indicem *praemittitur Praefatio* (*quae, ut videtur, primae praeponenda fuisset*), *in qua haec leguntur:* Magistri Theobaldus schencbecher et vuendellinus de uuila de genere almanorum dignissimi in urbe impressores suadentibus eximiis Doctoribus Dño Baptista de Brennis cive Romano ad vocatoq3 consistoriali ac Dño Bartholomeo de Balgionis de Stabia in officio Vicariatus urbis Auditor: has tam praeclaras Allegationes undiq3 dispersas mirumq3 in modum incorrectas in unum volumen redigere curaverunt: illudq3 per eundem Dñm Bartholomeum quanto accuratius fieri posset emendari et corrigi voluerunt etc. etc. *Ad calcem operis haec leguntur:* Cōsilio4 dñi Pauli d castro utriusq3 iuris doct. famosissimi scda ps finit feliciter. Anno saluti. Millesimoquadringentesimo septuagesimo tertio sedente. Sixto quarto. Pontifice maximo.
In folio majori..... XII. I. 34.
—— Exemplar alterum in II. Tom..... VII. H. 22-23.

Castronovo Vincentii de. *Vide* Bandelli.

Castrovol Petri de. Tractatus sup libros phisicorū. *In calce operis*: Explicit tractat⁹ sup libros phisico4 cōpilatus p fratrem petrum de castrovol ordinis frm mio4 ac sacre theologie magistrum nacione hyspanum de regno legionensi et de quadam villa q vocatur mayorga quem cōpilavit anno Millesimo. ccccl xxiij. Impressus anno salutifere nativitatis dñi nostri iesu christi Millesimo. ccccl xxxviiij. die xiiij. mensis iulii. In folio..... VIII. F. 38.

Opusculum parum cognitum, et forsan primum a nobis citatum; latuit enim *Ioannem a S. Antonio, qui in Bibliotheca universa Franciscana Castrovolii* opera recenset; et *Raymundum Diosdadum Caballerum*, qui *specimen* scripsit *de prima Typographiae Hispanicae aetate*; et *Nicolaum Antonium Bibliothecae Hispanae* auctorem. Locum, et Typographum hujusmodi editionis inferius recensebimus.

—— Tractatus super libros de celo et mundo: *In calce*: Explicit tractat⁹ sup libros de celo et mūdo cōpilat⁹ p fratrem petrū de castrovol ordinis fratrum minorū: ac sacre theologie magistrū natōe hyspanū de regno legionēsi: et de qdā villa que vocat⁹ mayorga quē compilavit āno domini Millesimo.cccc.lxxiiij. Impressus anno salutifere nativitatis dñi nostri iesu Christi millesimo.ccccl xxxiiij. die. xij mensis augusti. *Sequuntur sub eadem signatura:*

—— Tractatus super libros de generatione et corruptione. *In fine*: Explicit tratat⁹ super libros etc. etc. Impressus anno salutifere nativitatis domini nri iesu christi. Millesimo. cccc. lxxxviiij. die secūda mēsis Septembris.

—— Tractatus super libros metheorum. *In fine*: Explicit tractat⁹ sup libros

Digitized by Google

metheo4 ec. cc. Impressus anno salutifere nativitatis domini nostri iesu christi millesimo. cccc. lxxxviiij. mensis septembris.

—— Tractatus super libros de anima. *In calce :* Explicit tractat⁹ sup libros d⁹ aĩa ec. ec. Impss⁹ anno M. cccc. lxxxviiij. die xxij mẽsis octobris.

—— Tractatus sup libros parvos naturales. *In fine :* Explicit tract⁹ sup libros parvos naturales ec. ec. Impressus Illerde anno salutifere nativitatis domini nostri iesu christi Millesimo. cccc. lxxxviiij. die xij mẽsis novembris. In folio ..... VIII. F. 38.

Quum omnia *Castrovolii* opuscula, huc usque recensita, eamdem formam characterum gerant, hinc dicendum, omnia *Illerdae* ex eadem typographia prodiisse; uti observat etiam *Caballerus* citato opere *pag. 26*, licet *Ioannes a S. Antonio*, qui laudata opuscula vidit, ut ipse testatur, in coenobio urbis *Pacensis* (vulgo *Badaioz*), Typographum, et locum taceat.

—— Cõmentum seu scriptũ sup libros yconomice sm̃ trãslationẽ novã Leonardi aretini. *In calce*: Explicit cõmentum seu scriptum breve super libros yconomice aristotelis sm̃ translationem novã leonardi aretini factum per fratrẽ petrũ de castrovol ordinis fratrũ minorũ: ac sacre theologie magistrum natione hyspanũ de regno legionẽsi. Et de quadã villa que vocatur mayorga, quod scripsit ac fecit Anno dñi M. cccclxxxi.° Et dimisit hic multa dicenda causa brevitatis: quae dicentur in libris politicorum. *Adcedit sub eodem signaturarum ordine*: Commentũ seu scriptũ super libros politicorũ scdm̃ translationem novam Leonardi aretini ec. ec. *In calce totius voluminis*: Explicit cõmẽtũ seu scriptũ sup libros politicor4 Aristotelis: sup translationẽ novã Leonardi aretini. factũ p fratrẽ petrũ de castrovol ordinis fratrũ mino4: ac sacre theologie magistrũ natione hyspanũ: et de regno legionẽsi: et de quadã villa q̃ vocatur Mayorga: q̃d cõmentũ fecit Anno dñi M.° cccc.° lxxxi.° Et impressum in civitate Pampiloneñ. p venerabilem et discretum virum magistrũ Arnaldũ guillermũ de brocario. ãno dñi M.° cccc.° lxxxxvj.° die vero octava mensi Iunii. In folio ..... VII. A. 5.

Extat huius editionis mentio apud *Nicolaum Antonium Biblioth. Hispana Vetus Tom. II. pag. 551* et apud *Caballerum pag. 61.*

Catanei Io. Lucidi. v. iu. doctoris archidiaconi ac Cõsiliarii Marchionalis Mantuani et oratoris ad Alexãdrũ vi. Pont. Max. Oratio. *In fine*: Habita Romae coram Alexandro Sexto Pontifice maximo: et sacro apostolico Senatu: die quinta Novẽbris. M. cccc. xcii. In 4.° ..... IX. B. 9.

Character huiusmodi editionis est Romanus elegans *Stephani Plannck*, eaque constat foliis. IV. Vide *Audiffredum pag. 311.*

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 51.

—— Alia editio. *In calce*: Habita Romae coram Alexandro VI. pontifice maximo: et sacro apostolico Senatu. Die quĩto Novẽbris M. cccc. xcii. Impressa

Digitized by Google

Parmae per Angelum Uguletum Die prima martii. M.cccc.xciii. In 4.° IX. B. 22.

—— Orationes quinque, *scilicet*: Oratio in funere Illustrissimae Barbarae Marchionissae Mantuanae: M. cccc. lxxxii. *In calce*: Finis.

—— Oratio Funebris pro Reverendissimo in christo Patre et Illustris. D. D. Francisco Gonzaga Marchione et caetera: Cardinale Mantuano. *In calce*: Acta Mantuae in templo sancti Frācisci Idibus Novembris. M. cccc. lxxxiii.

—— Illustrissimi atq3 Excellentissimi. D. D. Frederici Gonzagae. III. Marchionis Mantuani Epicedion. *In calce*: Acta Mātuae in tēplo divi Frācisci. xii. Kalendas Augustas. M. cccc. lxxxiii.

—— Oratiuncula eiusdem ad Populum responsiva pro Illustrissimo et Excelso domino. D. Francisco Gōzaga IIII. Marchione Mantuae. Quando sceptrum obedientiae assumpsit. *In fine*: Acta Mantuae ante Portam Castelli ix. Kalendas Augustas. M. cccc. lxxxiiii.

—— Extemporarium responsum eiusdem Oratori Illustrissimi. D. Marchionis Montisferati et in eadem ferme sententia Oratori Illustrissimi domini ducis Vrbini et reliquis qui successive applicuerunt responsum per eundem factum fuit diversis tamen verbis et modis. *In fine*: Acta in Castello Mātuae in Camera picta. iiii. Nonas Augustas M.cccc.lxxxiiii. *Praeit Auctoris nuncupatoria, qua has quinque oratiunculas mittit* Francisco Gonzaga Marchioni Mantuae Quarto.

In 4.° *Vide* Orationes variae..... XII. A. 81.

Editionem hanc memorat *Volta Saggio sulla Tipografia Mantuana pag. 43.*

S. Catharinae Senensis. liber revelationum. *In fronte primae columnae folii primi hic titulus excusus legitur:* Incomencia el prolago Innel libro dela divina doctrina revellato a q̄lla gloriosa et sanctissima vergene sancta Caterina de siena sorella del terc3o (sic) abito de San: dominico fundatore et patre dellordine de fra predicato4: *In calce operis haec nota occurrit:* Finis Anno M.° cccc.° lxxviii.° die vero vicesima octava Mensis Aprilis Compositum p discretum Vuernerum Raptor de Almania Alta de bassea de terra che chiama. In dem gulden Troghe. *Sequitur*: Tabula huis (sic) libri. In 4.°..... XIII. D. 9.

Editio haec Bibliographis parum innotuit, quod certe raritatis eiusdem argumentum est: Charta firma, sed parum levigata romanum exhibet typum rudiusculum. Paginae in duabus columnis, cum marginibus, et spatiis satis amplis, lineas 42. continent. Signaturae, custodes, et numeri paginarum desunt, ac omittuntur etiam initiales litterae, et spatia a Typographo relicta haud suppleta sunt.

—— Epistolae. *In prima pagina legitur uncialibus litteris titulus voluminis.* Epistole devotissime de sancta Catharina da Siena. *His privilegium Reipublicae Venetae ad decennium subiicitur, in quo earumdem collector* Barptolemaeus de Alzano ordinis Praedicatorum *memoratur. Folio verso epistola nuncupatoria Typographi excuditur.* Al Reverendissimo Monsignore. D. Francesco de Piccolhomini da Siena, diacono Cardinale intitulato de S. Eustachio, Aldo Manutio Romano

Digitized by Google

supplice se racōmanda. *Epistola* Stephani Cartusiani *in tertia pagina incipit, sed italice, ut caetera hujus voluminis, nisi aliter notabimus. Tabula hanc excipit* Epistolam, *deinde* orationes *occurrunt post epistolas, quibus rhythmus* Guidonis de Monte Alcino *adcedit*; *tandemque* Commemorationes *latinae* B. Catharinae *adparent. Penultima pagina complectitur registrum, et haec verba Typographi:* Stampato in la Inclita Cita de Venetia in Casa de Aldo Manutio Romano adi xv. Septembrio. M.cccc. In folio. . : . . . . . XVII. G. 30.

Editio valde rara, ac inventu difficilis. *Aldus* hoc in opere edendo rotundum elegantissimum characterem elegit, eoque lineas 40. in unaquaque pagina complevit. Signaturas adposuit fasciculis plagularum, notisque indicavit; custodes occurrunt, sed non omnes paginae iisdem sunt praeditae, initiales xylographicae florentes item expressae habentur.

—— Exemplar alterum. . . . . XVII. G. 31.

—— La vita de la virgine admirabile Sancta Catherina da siena et despōsata da Christo iesu. *In medio primae paginae laudatus titulus operis occurrit, praevia tabella xylographica, quae S. Catharinam stantem repraesentat, dextera gladium tenentem, sinistra vero librum. Folio verso:* Incomentia il prologo de la perfecta et cōsummata hystoria e vita de sancta Catherina Senese virgine admirabile et desponsata da Christo iesu ec. ec. *In calce operis*: Finisse la vita de la virgine admirabile Sancta Catherina da siena del ordine de la penitentia de Sācto Dominico primo patre e patriarca de frati predicatori. Impressa a Milano p̄ Iohanne de honate ne lo Anno del segnore. M. cccc. lxxxviiij. adi xxviii. de martio. Laus. Deo. Amen.

In 4.° Tom. II. . . . . XIII. D. 46-47.

—— Incomincia il prohemio neladmirabile legēda de la seraphica vergine et dil sposo eterno Iesu benigno peculiarmēte dilecta sposa. sancta Catherina da siena suore di penitētia. dil patriarca sancto dominico: primo fundatore et patre de lordine de fratri p̄dicatori. *Expleta vita, sequuntur Italici rhythmi in laudem eiusdem*: Una divotissima laude di la prefata vergene Sanctissima. *In calce*:

Laus. Deo. Semper. Finis.

In 4.° . . . . . XIII. D. 48.

Sine ullis notis typographicis. Typographus hoc in opusculo excudendo nullam rationem habuit custodum, ac numerationis foliorum; secus vero de signaturis dicendum est, quae expressae habentur litteris, romanisque numeris. Formae, quibus usus est semi-gallo-francae sunt, duplicique columna distinctae, quae lineas complectitur 38. initialesque minoribus elementis excusae habentur. Raritas huius editionis ex plurimorum Bibliographorum quos adii, silentio luculentissime patet.

Catholicon. *Vide* Balbi Ioannis.

Cati Ludovici. Praecursoria oratiuncula habita in lucta literaria. *In calce nulla subscriptio.*

Digitized by Google

In 4.° *Vide* orationes variae..... XIII. A. 39.

Characteribus rotundis elegantioribus, ac nitidissimis opusculum exprimitur, absolviturque duobus tantum foliis: custodes, signaturae, et foliorum numeri desunt. Editio haec Bibliographis, quos adii, minime innotuit, et forsan a nobis primum citatur.

Catonis M. Dionysii. Sententiae paraenaeticae distichi, *in Graecam paraphrasim versae.* a Maximo Planude. *Extant cum variis auctoribus Graecis, quorum primus* Theocritus. *Vide* Theocriti.

—— Liber de doctrina Catonis ampliatus per sermones rhetoricos et morales per fratrem Robertū de Euremodio monachū Clarevallis. *Ita legitur majusculis formis in fronte operis. Huic titulo subnectitur brevis epistola.* Roberti de Euremodio Prestanti et generose indolis adolescentulo Petro de salaciis, *in cuius fine haec alia verba occurrunt*: In hoc Catonis viri moralissimi prologo decem decalogi praecepta ponuntur: septem quoq3 virtutes contra mortalia septē perpulchre interseruntur. *In calce operis*: Hic finem aspice Catonis viri moralissimi: et in via morum sane gravissimi. Cum cōmento fratris Roberti de Euromodio monachi Clarevallis. Tam verborum ornatu limato: q3 sententiarum gravitate preclaro ut ex Iovis cerebro videatur emanatum. Impressum Neapoli per Mathiam morauum die. xvj. Iulij. Anno incarnationis dominice. M. cccc. lxxxviij. In 4.°... XI. B. 25.

Editio rarissima duplici charactere excusa, rotundo scilicet in textu, et gallo-franco ac minutiori in commentariis. Custodes, et foliorum numeri penitus desiderantur, signaturae tamen suo loco adparent. Tres tantum Initiales in principio operis, xylographicae florentes quadrato inclusae conspiciuntur, reliquae a Typotheta majusculae excusae sunt.

—— Disticha de moribus *italicis versibus* (*vulgo sestine*) *explicata, quorum quatuor priores quatuordecim syllabis constant, qui et Alexandrini, vel Martelliani appellantur*; *Hendecasyllabi vero sunt duo posteriores. Hinc non iniucundum fore arbitratus sum hic subnectere exemplum huiusmodi Poceos, scilicet versus, qui ultimo loco ante typographicam notam leguntur.*

Miraris verbis nudis me scribere versus
Nos brevitas sensus fecit coniungere binos
Force desti mei dicti maraveglia ti day
Che ad tante sententie poche parole vsay
Lo longo in breve dicere vegio laudare assay
Pero sutto brevitate mea doctrina passay
La brevitate onde eo prompto fui
Me fe fare versi a duy a duy:
Finit Cato Impressus Neapoli
per Arnaldum de Bruxella.

Digitized by Google

In 4.° ..... XI. B. 18.

Auctorem hujusmodi Poematii frustra quaesivi, eo vel magis quod in nostro exemplari desunt priora folia, quibus continebantur sex disticha cum eorum poetica paraphrasi. Ex silentio Bibliographorum quamplurium, quos evolvi, ac praesertim eorum, qui de Italicis editionibus, ac Neapolitanis fuse disseruerunt, eruere licet editionem hanc fuisse ignotam, et forsan primum a nobis citatam. Typus rotundus, ac idem, quo *Arnaldus libellum de mirabilibus Civitatis Putheolorum* impressit, qui quidem character ab ipso adhibebatur. Desunt tamen in hoc opusculo custodes, foliorum numeri, et signaturae, sicuti etiam et initiales, quae rubro colore suppletae fuere.

Catonis Marci Porcii. De re rustica. *Vide* Scriptores Rei Rusticae.

—— De Origine gentium et Urbium Italicarum fragmenta. *Vide* Auctores vetustissimi..... XIX. F. 10.

Cattanei Andreae Imolensis. Opus de intellectu et de causis mirabilium effectuum. *Laudatus titulus praefigitur majusculis litteris in medio primi folii; aversa parte extat.*

Nicolai Iavachii Tetrastichon.

Quod longo ac dubio verborum Syrmate thraxit
Dogma Avicēneum codice en exiguo
Psiches clauditur insuetum hactenus atq3 renutum
Tu modo cum sapias candide lector habe.

Folio secundo occurrit Auctoris Praefatio ad Petrum Soderinum Vrbis Florentinae perpetuum Vexilliferum. *Qua expleta, incipit opus, in cujus calce nulla subscriptio.* In 4.°..... VII. B. 36.

Auctorem hujusmodi opusculi mirum mihi videtur non modo fuisse praetermissum a Bibliographis quamplurimis, quos adii, verum ab ipso *P. Iulio Negri* in sua *Istoria degli Scrittori Fiorentini*, quum ex praefatione constet *Andream Cattaneum* civem Florentinum fuisse. Quod pertinet ad locum huius editionis, non pertinaciter quidem contendam eam Florentiae adscribendam esse uti ceteroquin censeo: dicam tamen, eam omnino ad saeculum xv. referendam, quod ex impressionis forma evincitur. Character Romanus est, nec invenustus; signaturae pertingunt ab *a 2.* usque ad *f 3.* Desunt numeri, custodes, ac registrum, praeter tres tabulas in calce operis, quae continent errores in opere a Typographo commissos. Litterae initiales frequentius calamo suppletae sunt nigro colore.

—— Catulli C. Valerii. Carmina. *Carminibus praefiguntur brevis poetae vita, et* Hexasticon Guarini Veronensis. *In calce operis haec typographica nota occurrit.* Regii lepidi accuratissīe ip⁹sse; Auctorib⁹ Prospo (sic) odoardo et Alberto mazali regiesib⁹: Anno Sa. i481. i9 Kl⁹ octo. D. H. est. de S⁹o. *Quid sibi velint hae siglae, non satis adsequor; num explicandae sunt* diei hora est de sero? In folio. *Extat cum* Tibullo et Propertio..... X. G. 1.

—— Exemplar alterum..... X. G. 2.

—— Alia editio, *cum commentariis* Anthonii Parthenii Iacisii. *Praecedunt epistolae duae, una* Iacobi Comitis iuliarii Veronensis suo Parthenio, *altera*

Digitized by Google

Parthenii Iulio Põponio. *Tum* vita Catulli, *et quaedam eiusdem Expositoris de Lyrici carminis origine. In calce operis*: Brixiae impressum per Boninũ de Boninis de Ragusia anno salutis. M. cccc. lxxxvi. die. xviii. Februarii.
In folio. Extat cum Tibullo..... X. G. 6.
—— Alia editio. *In calce*: Impressum hoc opus Venetiis per Magistrum Andream de Patascichis Catarensem. M. cccc. lxxxviii. Kl. Februa.
In folio. *Extat cum* Tibullo et Propertio..... X. G. 8.
—— Exemplar alterum..... X. G. 9.
—— Exemplar tertium..... X. G. 10.
—— Exemplar quartum..... X. A. 18.
—— Alia editio. *Ad* Catulli *versuum calcem legitur epistola in laudem Expositoris cum epigraphe*: Iacobus Comes iulianus Veronensis suo Parthenio salutem. *Huic epistolae iungitur epigramma eiusdem* Iacobi, *quod excipitur ab alio* Parthenii *epigrammate. Extat cum* Tibullo et Propertio, *Ad calcem huius ultimi Typographus impressionis notitiam tradidit hoc pacto:* editi Anno salutis. M.cccclxxxvii. ĩpressi vero Venetiis a Boneto locatello Bergomẽsi. Cui necessaria exhibuit Nobilis vir Octavianus Scotus Modoetientis. Anno eiusdẽ salutis nonagesimo primo supra millesimum ac quadringentesimu. Quinto Idus decembres.

Sit Christe Rex piissime
Tibi patriq3 gloria
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula.

Sequens pagina continet Hieronymi salii favẽtini in invidum Carmen, *tum signum* Octaviani Scoti.
—— Exemplar alterum..... X. G. 3.
—— Exemplar tertium..... H. G. 4.
—— Exemplar quartum..... X. G. 7.
—— Alia editio. *In calce*: Impressum Venetiis p Symonem bevilaqua Papiensem. M. cccc. lxxxxiii. die. xxvi. mensis Iunii. *His verbis additur*: Sit christe Rex piissime, *ut supra*, *deinde* Hieronymi Salii Faventini in invidum carmen: *Tum* Registrum. In folio. *Extat cum* Tibullo et Propertio. X. G. 12.
—— Exemplar alterum..... X. G. 22.
—— Alia editio cum commentariis Parthenii Veronensis et Palladii patavini. *Adcedunt*: Emendationes Catullianae per Hieronymum Avancium Veronensem et ejusdem in Priapeias Castigationes. Haec omnia sunt ex exẽplaribus emendatis domini Hieronymi Avãcii; *Haec leguntur in fronte folii primi*: *in calce vero operis*: Impressum Venetiis per Ioannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M. D. die vero. xix. Maii. Regnante inclyto Principe Augustino Barbadico. *Sequitur* Hieronimi Salii favẽtini in inuidum carmen.
In folio. *Extat cum* Tibullo et Propertio..... X. G. 13.
—— Exemplar alterum..... X. G. 14.

Cavalca Domenico. Pungilingua. *Praecedit nuncupatoria epistola, quam*

Digitized by Google

mittit Iohannes Philippus de lignamine Messanēsis siculus. S. D. N. Sixti. IIII. familiaris Reverendo patri domino Mattheo de Marcho Abbati Monasterii Sancti Placidi. *Absoluta epistola sequitur index capitum, deinde incipit opus cum hoc titulo in fronte*: In cōmenza el tractato dicto pongie lingua Compillato per frate Dominico Cavalcha da vico. Pisano de predicatori prologo supra Infrascripta opera: *In calce*: Rome in domo Ioh. Philippi de lignamine Siculi et Sixti IIII. familiaris. Mcccclxxii. In folio..... XIII. A. 24.

De hac rarissima editione vide, quae supra innuimus sub rubrica *Iacobi Camphari*, cum qua extat compacta.

—— Alia editio. *In prima pagina tabella xylographica quadrata visitur, in qua Auctor mulierum religiosarum agmen adloquens excusus fuit. Verbis hisce tabella subiicitur* Tractato o vero libro chiamato Pungi lingua. *Absoluto opere haec Typotheta notavit.* Impresso in Firenze con somma diligētia correpto a di dieci di Giugno .M. ccccIxxxxIIII. In 4.°..... XIII. A. 26.

—— Alia editio, *in cuius calce haec typographica nota occurrit.* Quivi finisse illibro chiamato Pungi lingua. Impresso ne lalma Et Inclita citade di Venexia Regnante lo inclito Principe Augustino barbadico nel Anno del nostro signore miser Iesu christo. M. cccc. lxxxxiiii. Adi. viiii. de Octubrio. In 4.°. II. D. 16.

—— Specchio di Croce. *Primo folio extat tabella xylographica, in qua* Iesus Christus crucifixus *exprimitur cum Apostolo* Ioanne, *et mulieribus, subditaque est verbis*, Specchio di Croce; *aversa pars eiusdem folii eamdem tabellam habet, quae reperitur in opere* Pungi lingua, *ejusdem loci. In tertiae paginae fronte titulus excuditur:* In nome del padre et del figliuolo et dello spirito sancto Amen. Questo libro sichiama lo specchio della Croce, compilato da Frate Domenico Cavalcha da Vico pisano dellordine di sancto Domenico huomo di sancta vita. *Ad calcem voluminis haec notata sunt*: Impresse in Firenze. Con somma diligentia Correcti (sic) nella quale correptione nō pocho habbiamo insudato et affatichatoci: concio sia che di moltissime copie overo exempli di questa utile operetta parte scripti in penna et parte impressi nessuno nhabbiamo (sic) trovato correcto ma tutti equalmente incorrecti. Onde noi (bēche insufficienti) cō quel poco sapere che lanatura ciha porto habbiamo trascorrendo di molti corropti facto uno quasi correpto: siche preghiamo lilectori di qˢsta operetta da noi impressa se in epsa (sic) alcuna scorreptione troveranno non ci debbino biasimare se di quella non pocha faticha che spesa ci habbiamo laudare nō civorrāno: solo in dio regna perfectione.
In 4.°..... II. B. 17.

Haec editio omnino convenit cum *Pungi lingua anni 1494. Crevenna* eam refert ad annum 1486 Vide n.° 809.

—— Exemplar alterum..... II. B. 46.

—— Alia editio. *In calce legitur*: Mediolani impressum per magistrum

Digitized by Google

Leonardum pachel et Vldericum scizenzeler theutonicos. Anno domini Mccccclxxxvij die xxii. Augusti. Finis. In 4.° ..... II. D. 22.

—— Libro Dipatientia In lingua Fiorentina. *Hic titulus occurrit in medio folii primi majusculis typis excusus. Folio secundo*, Incomincia lutile et divoto tractato dellibro della patientia. Loquale si chiama medicina di cuore facto da fra domenico davico pisano dellordine de frati predicatori. *Ad calcem operis legitur nota typographica his verbis*: Finisce illibro della Patiētia chiamato medicina dichuore diviso ĩ tre divoti tractati : cōposto da fra Domenicho da Vico pisano dellordine defrati predicatori Impresso in Firenze p̄ ser Francesco Bonacorsi : nellanno M. cccc. lxxxx. A di dodici di maggio. In 4.° ..... XIII. A 45.

—— Exemplar alterum ..... XIII. B. 7.

Cavicei Iacobi. Oratio *cuius titulus integer in fronte primae paginae ita legitur*: Vrbium dicta ad Maximilianū Federici Tertii Caesaris filiū romanorū Regē triumphantissimū per Iacobū caviceū parmensem. *Ad calcem Auctor notavit*: Ex cella mea libraria decimoseptimo Kalendas Aprıles. ānо salutis christianae. M. cccc. lxxxxi. In 4.° ..... IX. A. 56.

Initialis littera ligno incisa est, et libellus unico fasciculo signato littera *a*, sex plagulis constante, quarum ultima vacat characteribus, absolvitur. Huiusmodi editionis mentionem facit. *Denis p. 533 et Fossius Tom. I. pag. 506.*

C E

Cebetis Tabula. *Adcedit* Oratio Paraenetica Basilii Magni. Plutarchi liber de institutione puerorum : Xenophontis Hieron sive de Tyrannide. *Omnia graece.* In 8.° ..... XII. B. 8.

Sine ullis notis typographicis. Quum a recentioribus Bibliographis editio haec, valde rara, *Zachariae Calliergi* censeatur, qui exeunte saeculo xv. et ineunte xvi. impressoriam artem *Venetiis* exercuit, non immerito inter saeculi xv. impressiones eam retulimus.

—— Eadem a Ludovico Odaxio *latine Versa. Extat impressa secundo loco cum* Censorino de die natali, *et cum aliorum auctorum opusculis.* X. B. 2.

—— Exemplar alterum ..... VIII. C. 5.

—— Alia editio : Impressa Bononiae per Benedictum Hectorem Bononiensem. Anno salutis M. cccc. lxxxxvii. quarto idus maii. In folio ... X. E. 33.

In hac pariter editione alia opuscula *Cebetis Tabulae* sociantur, quorum primum *Epicteti Enchiridion.*

—— Alia editio Gr. lat. *Vide Lascaris.*

Cecco Esculano *vel* Asculani. *Vide* Stabili Francisci.

Celsi A. Cornelii. De medicina libri viii. *Praecedit epistola* Barptolemaei Fontii ad Franciscum Saxettum, *in qua ipse* Fontius *dicit se cum exempla-*

Digitized by Google

ribus vetustis, opera eiusdem Saxetti e Gallia *conquisitis*, Celsi *libros contulisse, et emendasse. Ad volaminis calcem haec notatâ fuere Typographi cura*
CORNELII CELSI DE MEDICI
NA LIBER FINIT FLOREN
TIAE A NICOLAO IM
PRESSUS ANNO
SALUTIS M
CCCC L
XXV
III.

In folio parvo..... XII. E. 19.

Haec *Celsi* editio princeps iudicatur. In catalogo *Bibliothecae Principis de Soubise pag. 233.* n. 3451 refertur exemplar huiusmodi editionis, in quo numerus *III.* in ultima linea subscriptionis deest, ita ut editio videatur anni *1475*, non *1478*. Probabile tamen est, numerum illum per rasuram subtili manu fuisse deletum.

—— Exemplar alterum..... IX. E. 18.

—— Alia editio. *In calce legitur*: Cornelii celsi de medicina liber finit. Impressum Mediolani. Per Leonardum pachel et Vldericum sinczenzeler. diligentissime emendatum. Anno salutis. M. cccc. lxxxxi. In folio parvo..... IX. E 19.

—— Alia editio. *In fine*: Impressum Venetiis per Philippum piani. Sumptibus dñi Benedicti fontana. Anno dñi. M. cccc. xcvi. die vi. Mai. In folio..... IX. E. 20.

—— Exemplar alterum..... XII. F. 13.

—— Alia editio. *In calce*: Cornelii celsi de medicina Finis. Impressor Ioannes rubeus Vercellensis fuit die viii. mensis Iulii. M. cccc. xciii. Venetiis. In folio..... IX. E. 21.

Celsi Veronensis. *Vide* Maphaei Celsi.

Censorini. De die natali. *In primo folio legitur.* Index librorum: qui in hoc volumine continentur. Censorinus de die natali = Tabula Cebetis = Dialogus Luciani = Enchiridion Epicteti = Basilius = Plutarchus de Invidia et Odio = *Eodem folio verso reperitur*: Ad nobilem Bartholomeum blanchinum Philippi Beroaldi. Bon Epistola. *Ex titulis, qui singulis opusculis praefiguntur, eorumdem interpretes discimus. Sunt autem hi*; Cebetis Thebani Tabula: e graeco in latinum conversa per Ludovicum Odaxium Patavinum. Luciani Philosophi Graeci Dialogus de Virtute conquerẽte cum Mercurio. A Carolo aretino e graeco in latinũ traductus. Angeli Politiani in Epicteti Stoici Enchiridion e graeco a se interpretatum ad Laurentium Medicem epistola. Sancti: Basilii: de: liberalibus: studiis: et: ingenuis: moribus: liber: per leon. Ar. ex grae. in latinum conversus. Basilii Oratio de invidia a graeco in latinum conversa per Nicolaum Perotium. Plutarchi libellus de differentia inter Odium et invidiam. *Nullum interpretis nomen gerit, quod*

Digitized by Google

etiam accidit in subsequenti editione. Ad voluminis calcem Typographi nota hoc pacto exprimitur: Impressum Bononiae per me Benedictum hectoris bononiēsis adhibita p' viribus solertia et diligentia. Anno salutis. M. cccclxxxxvii. quarto idus Maii. Illustrissimo Io Bentivolo reip. bonōn habenas foeliciter Moderante. Benedicti Hectoris *signum accedit quod, supra innuimus.*
In folio..... XIII. E. 28.

Editio princeps.

—— Exemplar alterum..... XI. F. 21.
—— Exemplar tertium..... VIII. C. 5.
—— Alia editio, *in qua praeter opuscula superius relata, adest etiam* Basilii epistola de vita solitaria ad Gregorium Nazanzenum per Franciscum Filelphum e graeco traducta. *Ad calcem* Finis *tantum legitur.*
In 4.°..... X. B. 2.

Absque notis typographicis. Signaturae adparent, sed nullus custos, aut foliorum numerus invenitur, et pro initialibus, principibus exceptis xylographicis, parvae litterae extant in spatiis. Graeci characteres pro re nata habentur in textu. Hujusmodi editionis mentionem faciunt *Fossi Tom. I. pag. 511.* et *Maittairus pag. 750.* qui ipsam, nescio quo fundamento innixus, tribuit *Bernardino Veneto.*

Cepionis. *Vide* Coriolani.

Cerlata Petri. *Vide* Largellata.

Cepollae Bartholomaei. Tractatus de Servitutibus rustico4 predio4. *Praecedunt* Rubrice Tractatus Rusticorum praediorum. *In calce operis*: Absolutus Rustico4 prediorum Servitutum Tractatus domini Bartholomei Cepolle. Veroneñ. utriusq3 iuris monarcha (sic). Rome a Iohañ Reynhard' de Enyngen artt (sic) magistro impressus. dominio Sixti IIII. Pontt. (sic) max. eminente. extitit. Foeliciter. A. D. M. cccc. lxxv. *Adcedit*: Tractatus de Servitutibus Urbanorum prediorum. *Praeit* Rubrica tractatuum. *In calce voluminis*: Extitit Urbanorum prediorum servitutum Tractatus. domini Bartholomei Cepolla. Veroneñ qui civilis sed nedu3 pontificis iuris professor scientia4. Rome Regnante Sixto. IIII. Pont. max. in eiusd' quoq3 Iubilec. (sic) a Iohanne Reynhard' de Enyngē. Constañ. Impressus. iuncto Paulo leenen. Leodieñ. huic osodal.' Foeliciter Absolutus A. D. M. cccc. lxxv. sub. Kal. M.° Septembr̄. In folio..... XII. I. 43.
—— Alia editio. *In calce* Tractatus de servitutibus prediorum vrbanorum, *legitur*: Explicit Tractatus de servitutibus vrbano4 prediorum Excellentissimi vtriusq3 iuris doctor' domini Bartholomei Cepolla ueronens.' *Sequitur* Tractatus de servitutibus rusticorum prediorum. *In fine*: Tractatus de servitutibus rustico4 prediorum dn̄i Bartholomei Cepolla Veronensis vtriusq3 iuris doctoris famosissimi finit feliciter. Impssus Venetiis p Andream de Bonetis de Papia. Anno dn̄i.

Digitized by Google

M.° cccc. lxxxv. die. xx. Augusti. *Adcedit sub eodem signaturarum ordine* Tractatus *ejusdem Auctoris* de Cautelis, *in cuius fine legitur*: Finiunt Cautele vtriusq3 iuris monarche Domini Bartholomei Cepole. (sic) Veronensis. Impresse Venetiis per Andream de Bonetis de Papia. Laus Deo. In folio.... VII. C. 13.

—— Alia editio. *Post tractatum* servitutum prediorum vrbanorum, *sequitur* Tractatus de Servitutibus rusticorum prediorum, *in cujus fine haec subscriptio*: Tractat° d° servitutib° rustico4 pdio4 dñi Bartholomei Cepolla Veronēsis utriusq3 iuris doctoris famosissimi finit felicit.° Impressus. Venetiis. M. cccc. lxxxviij. Idibus martii. *Adcedit sub eodem signaturarum ordine* Tractatus cautela4. *In calce*: Bartholomeus Cepola Doctor et miles. Finis. In folio..... VII. G. 25.

Sine Typographi nomine.

—— Alia editio. *Expleto tractatu* de servitutibus rusticorum prediorum, *legitur tantummodo* Finis servitutū rusticorum° prediorum: *sequitur* Tractatus de servitutibus vrbanorum prediorum, *et in calce haec typographica nota*: Tractatus dñi Bartholomei cepolle de verona d° servitutibus vrbanorum prediorum finitur. Impressum venetiis p Magistrum Bernardinū dictum stagninum de Tridino. Ex mōteferrato āno dñi M. cccc. xciij. die. xx. februarij. In folio..... VII. C. 4.

—— Exemplar alterum, *cui adcedit* sub eodem *signaturarum ordine* Tractatus de Cautelis, *in cuius fine legitur*: Finiunt cautele iuris vtriusq3 doc. do. Bartholomei cepolle veronensis. Impresse venetiis per magistrū Bernardinū de Tridino ex mōte ferrato. Anno domini. Mcccclxxxxiij. die. xvij. mēsis februarii. Laus deo. In folio..... VII. C. 36.

—— Alia editio. *Praecedunt Tabulae horum duorum tractatuum*, quae *constant 11. foliis. Deinde incipit* Tractatus servitutum rustico4 p̄dio4 dñi Bartholomei Cepolla Veroneñ utriusq3 iuris doctoris famosissimi. *In fine huiusmodi tractatus legitur*: Tractatus de servitutibus rustico4 prediorum dñi Bartholomei Cepolla Veronensis utriusq3 iuris doctoris famosissimi finit feliciter. *Sequitur alius tractatus, et in calce*: Tractatus dñi Bartholomei Cepolla de Verona. De servitutibus urbanorum et rusticorum prediorum Finit feliciter. *Adcedunt* Rubricae. In folio..... VII. C. 12.

Absque notis typographicis. Sunt qui putant editionem hanc *Romae* fuisse excusam ann. 1475. ideoque eam latuisse *Audiffredum*. Character Romanus est, et characteri, quo impressi sunt *Georgii Laver* libri quamplurimi a me visi, maxime analogus; licet reipsa alius ab eo sit, eodemque nonnihil etiam rudior: Typographi tamen solertia tum ob characteris elegantiam, tum ob chartae albedinem et firmitatem commendari debet. Signaturis, custodibus, et plagularum numeris margines satis ampli huius voluminis nullo pacto occupantur. Pro initialibus spatia reliquit Typotheta, nec ipsae suppletae fuerunt ab aliquo Minicolario. Duae columnae in quavis existunt pagina; quae lineas 52. comprehendunt in columnis integris.

—— Incipiunt Cautele famosissimi viri domini Bartholomei de Cepolla de Verona. *Laudatus titulus extat in fronte primae columnae. In fine*: Fininutur

Digitized by Google

(sic) hic cautele per famosissimum ac excellentissimum iuris monarche dominum Bartholomeum de Verona ex diversis utriusq3 iuris cōmentariis collecte. *Legitur insuper in sequenti folio*: Hic sequuntur alie cautele famosissimi iuris utriusq3 doctoris domini Bartholomei cepolle veronens9 quas ℭ alio āno suis auditorib9 ℭ scriptis edidit in florentissimo gimnasio patavino. *In calce eius voluminis*: Finiunt alie cautele utriusque iuris monarce domini Bartholomei Cepolla Veronensis. In folio..... VII. D. 17.

Quod de praecedenti editione dictum est, de hac quoque dicendum: neque dubitationi locum remanet, quin ex eadem officina utraque prodierit, quum typographica signa ad unguem inter se congruant. Harum editionum mentionem facit *Panzer Tom. 2. pag. 522.* n. 627. 628. qui earum notitiam deprompsit, ut ipse fatetur, ex *Bibl. P. Nor.*

—— Alia editio. Tractatus cautela4 famosissimi doctoris dñi bartholomei cepolla de verona. *Hic titulus occurrit in fronte primae columnae*: *In calce operis tantummodo legitur*: Bartholomeus Cepola (sic) doctor et miles. Finis. In folio..... VI. G. 13.

Editio haec pertitet ad annum 1488. quae fuit *Venetiis* exarata, ut supra innuimus in rubrica tractatus de servitutibus huiusmodi Auctoris.

—— Exemplar alterum..... VII. D. 7.

—— Libellus de cōtractibus emptionum et locationum cū pacto de retrovēdendo simulatus. *Is titulus legitur in fronte primae columnae*: *ad calcem totius operis haec typographica nota occurrit*: Explicit solēnis tractatus de simulatōe cōtract9 ēditus per famosissimū utriusq3 iuris doctorē dñm Bartolomeū cepolla veronen9 impssusq3 Senis p magrm henricum harlem. Anno dñi M. cccc. lxxxxiij. finitusqu3 die xviij men9. Madii. In folio. *Vide* Giocchis de Monte Sabini, *cum quo extat compactus*..... VI. G. 9.

Cermisonis Antonii Excellentissimi Medici contra omnes fere egritudines a capite usque ad pedes consilia feliciter incipiunt. *Haec leguntur in fronte primae columnae. Praecedit* Tabula consiliorum: *In calce voluminis Typographus notavit*: Antonii Cermisonii Cōsilia felitit (sic) expliciunt impressa Brixie per me magistrum Henricum de colo9a. M. cccc. lxxvi. pridie nonas septembris. Laus deo et sue matri. Amen. In folio parvo..... XII. C. 2.

Editio princeps, et valde rara.

—— Alia editio. *In calce*: Hoc volumen Impressum est Venetiis per Simonem de Luere Impēsis dñi Andreo Torresani de Asula xx. Aug̃ M. ccccic. In folio *Extat cum* Consiliis Montagnane..... IX. G. 10.

—— Alia editio, *quae extat impressa cum* Consiliis Gentilis, *et* Tract. Francisci Caballi. *In calce hujusmodi voluminis legitur*: Venetiis editus. Ibidemq3 impressus est. *Huic subscriptioni signum subnectitur* Octaviani Scoti.

Digitized by Google

In folio..... IX. G. 8.

Nulla adest chronologica nota. Editio excusa videtur ad exitum Saeculi xv., vel saltem ineunte Saec. xvi.

Cesenae Statuta. *Vide* Statuta.

Cesena Fratris Michaelis de. Littere recitatorie ad capitulum f. minorū parpiniano aut avinione congregandum Anno dñi M. ccc. xxxi. *Haec leguntur in fronte columnae primae. In calce operis haec legenda occurrunt:* Finis quarūdā lrarū sive epl'arū fratris michelis de Cesena olim mr̃stri gn̄alis ordinis divi et seraphici cōfessoris sct̄ frācisci. In q̄bus (sicut etiā in supiori ope nonagta dierū Guilhelmi de ockam) plurima de gestis et factis dicti frīs Michaelis continent' de q̄bus idē Guilhelm' de ockā se locuturū r̃ dyalogo suo spospōderat. (sic) Cui q̄dem dyalogo p magr̄m Iohēm Trechsel artis impressorie solertissimū diligenter impsso: hmōi additiōes: quāta maxima fieri potuit accuratōe castigate: adiuncte sunt Lugduni. Anno dñi. M. cccc. xcv. die. xvi. Iulii.

Iodoci Badij ascensij ad lcores epigrāma.
Hec quoq3 lectores multo indagata labore
Offerimus vestro dogmata iudicio.
Scilicet auctori nihil hic subscribun' (sic) at que
Scripserit an bona sint vestra erit r̃spicere
Verum impressori debetis multa Iohanni
Trechsel: perspicua q dedit arte premi
Multa quoq3 egregio certū est debere Iohr̃
Trittemio; Cuius ducimur auspicio.

In folio. *Extat cum* Ockami dialogis..... XIII. C. 22.

C H

Chaimis Bartholomei de. Interrogatorium, *seu* Confessionale. *In fronte operis rubro colore impressum legitur*: Incipit interogatoriū sive confessionale p venerabilē fratrē Bartholomeū de chaimis de mediolano ordinis minorū compositū in loco sancte marie de angelis apud mediolanum et distinguitur in quatuor partes principales. *Praemisit Auctor operi suo prologum, qui integrum primum implet folium. Ad calcem operis Epigramma reperitur impressum, quod licet lepida quaedam, ac simul insulsa contineat, attamen quia satis longum, sex priores versus tantummodo hic adscribimus, ex quibus typographica notitia eruitur.*

Nec mora Christofarus populum coijsse fidelem
Valdafer attenta protinus aure notat.
E saturemus ait dignandis agmina votis
Deq3 Rhatispona quin damus artis opem.
Civibus hinc nostris Mediolanoq3 potenti
Impressit magnum maximus auctor opus.
i474. 3.° Klās Octobres.

Digitized by Google

In 8.°..... XIII. B. 44.

—— Exemplar alterum..... II. B. 59.

—— Alia editio. *Idem titulus in fronte operis reperitur, ac in praecedenti editione, sed nigro charactere excusus. Ad calcem voluminis haec subscriptio*: Impressum Mlī p Dominicum de Vespolate et Iacobum de Marliano M.cccc.°lxxviij. die xxi. Novembris. ec. ec. Finis In 8.°..... II. B. 52.

Deest huic editioni Epigramma.

—— Alia editio. *In calce* Impressum Venetiis per Reynaldū de novimagio teoteutonicū : (sic) anno salutis. i486. a di 28 septembris. In 4.°... IV. A. 16.

CHARLERII IOHANNIS DE GERSON. *Vide* Gerson.

CHARO HUGONIS DE. *Vide* Hugonis de S. Charo.

CHIAVASSO ANGELI DE. *Vide* Clavasio Angeli de.

F. CHERUBINO. *Vide* Spoleto F. Cherubino da.

CHEURERII PHILIPPI. Oratoris Sabaudieq3 p̄sidis ad Innocētium : viij. Pōt. maximum Oratio. *In fine*: Habita in consistorio publico. anno domini.M.cccc.lxxxv. qīto calendas februarias. Ppontificatus (sic) vero Innocentii octavi anno primo. In 8.° *Vide* Orationes variae..... ... IX. A. 58.

Huiusmodi editionis, quae charactere gallo-franco excusa est, et foliis II. constat, mentionem facit *Audiffredus* in *catalogo Rom. Edit. Saec. XV. pag. 265.*

CHIEREGATI LEONELLI. Epī Arbeñ S. d. n. pape Referendarii *epistola* ad Georgium iurisconsultum ecclesie sancti Petri Basilieñ p̄positum. *In fine huiusmodi epistolae* Vale Rome xv. Kl. Novembris Mcccclxxxij. Hecq3 impressa est epistola per honorabilem et discretū necnon ingeniosum virū magistrum Bartholomeū Guldinbeck. de Sultz. In 4.° *Vide* Orationes variae... .... XIII. A. 51.

Ex errore forsan *Audiffredus pag. 251.* et *Denis pag. 147.* appellant huius epistolae auctorem *Laurentium* pro *Leonello.*

—— Sermo in publicatiōe cōfederatiōis inite inter Sanctissimum dn̄m nr̄m dominū Innocentiū Papam octavū et illustrissimū dominiū Veneto4 habitus Rome in ecclesia sancti Petri secūda februarii. M. cccc. lxxvii. In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 51.

Character huiusmodi editionis est *Eucharii Silberi*, et quidem minus elegans. Libellus fol. IV. constat, ac memoratur ab *Audiffredo pag. 281.*

—— Propositio facta p Oratores S. D. N. Inno. Pape. viij. corā xp̄ianissimo dño Carolo. viij. frāco4 rege: et eius cōsilio proponēte: Revereñ. patre dño Lec-

Digitized by Google

nello Epō Tragurieñ. uno ex eisdē oratoribꝰ. Parisius (sic) ī palacio regio : die xx. Ianuarij M. cccc. lxxxviij. In 4.° parv. *Vide* Orationes variae.. IX. A. 58.

Charactere gallo-franco *Stephani Plannck* excusa est editio haec, constatque fol. V. Vide *Audiffredi Catalogum* pag. 284.

—— Oratio : habita Rome in ecclesia sancti Petri in funere fe. re. domini Innocentii pape. viii. corā sacro cetu Reverendissimo4 Cardinalium et tota curia die. xxviii. mensis Iulii. Mcccc.xcii. Aplica sede uacāte. In 4.° parv. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Character Rom. minus elegans *Eucharii Silberi* ; folia sunt IV. Vide *Audiff. pag. 308.*

—— Sermo habitus Romae ī ecclesia sancti Petri in die Palmar4 Anno dñi. M. cccc. xcv. corā sanctissimo in christo patre et dño nro dño Alexandro divina providentia papa sexto in publicatiōe cōfederationis initae inter ipsum : ac Romano4 : et Hispaniae Reges : Venetorūq5 ac Mediolanēn duces. In 4.° parv. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Character Rom. elegans *Besichen* ; folia sunt VI. Vide *Audiff. pag. 332.*

—— Sermo editus Ambasie Turonēsis diocesꝰ ob traditionē Capelli Reverentissimo (sic) dño Cardinali Lugdunensi faciendam. *Praecedit epistola* Io. Zuffati ad Nicol. de Chieregatis consanguineum suum, *scripta* ex Conventu Friburgensi tertio Nonas Iulii Mccccxcviii, *quae inscribitur* de Origine et dignitate Cardinalium. In 4.° parv. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Constat ex foliis XV. et est gallo-franco characteré *Eucharii Silberi* cum signaturis. *Audiffredus* hanc editionem memorat pag. 375.

Chonain Med. Arab. *Vide* Iohannitii.

Chorani *vel* Choriolani Ambrosii. *Vide* Cora.

Christi Iesu. Meditationes super sanctissimam passionem eius. *Vide* S. Bonaventurae meditationes.

Chronica. Incipit Crononica (sic) summorū Pontificū Imperatorumq3 : ac de septē aetatibus mūdi ex. S. Hieronymo Eusébio aliisq3 viris eruditis excerpta. *Laudatus titulus adest in fronte operis, praecedit tamen epistola nuncupatoria, quam mittit* Ioannes Philippus de Lignamine Messanēn. Sixto. IIII. Summo Pontifici, *quae quidem epistola est foliorum VII. Ad calcem totius operis haec Typotheta notavit :* Romae in domo Nobilis viri Iohannis Philippi de Lignamine Messanēn. S. D. N. familiaris hic libellus impssus ē. Anno dñi Mcccclxxiiii. die xiiii. mēsis Iulii Pont. Syxti. iiii. anno eius tertio.

Digitized by Google

In 4.° parvo ..... XII. A. 8.

De auctore huiusmodi operis, nec non et de raritate editionis vide quae *Audiffredus* pag. 162. *Laire pag. 212. et Rossi pag. 58.* scripserunt.

—— Alia editio, *cui praeit idem titulus, quem in praecedenti notavimus: Ad calcem haec subscriptio legitur:* Hic libellus Impressus est Rome p^{s} Magist^{o} Iohannem Schurener de Bopardia Anno a Nativitate domini nostri Iesu xpristi (sic) Millesimoquadringentesimoseptuagesimo sexto die sabbati decima Mensis Februarii Pontificatus Sixti pape Quarti Anno eius V. In 4.°..... XII. B. 67.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 18.

—— Chronicarum liber ab initio mundi. *Vide* Schedelis Hartmanni.

—— Chronica de le cose geste nel Regno Napolitano. *Vide* Summarippae Georgii.

Chrissolorae Emmanuelis. Erotemata *graece; prima pagina in fronte titulum gerit*: ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ ΤΑ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΛΩΡΑ. *Ad calcem legitur* ΤΕΛΟΣ. ΤΗΣΓ ΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ. ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΛΩΡΑ. *Alphabetum graecum, et diphthongi subinde reperiuntur.* In 8.°..... XII. B. 79.

Sine notis typographicis, cum signaturis; sed custodes, et foliorum numeri desunt, aeque ac initiales. Paginae implentur lineis 19, foliisque 88. absolvitur volumen. Editionem hanc rarissimam in catalogo *Crevennae Vol. III. pag. 11.* reperi, ubi animadvertitur iisdem eam characteribus exprimi, quibus *Mediolani Lexicon graecum Ioannis Crastoni, et Florentiae Homeri* opera anno 1488. excusa fuere.

—— Alia editio. *Graece, et latine. Terminatur sic folio recto*: Chrysolorae Manuelis Erotimata Feliciter Finiunt. Τελος. In 4.°..... XII. B. 22.

Absque notis typographicis. Columna una Graeca est, altera latina; signatur ab *a* ad *e* 4. Custodes et paginarum numeri desunt. Columnae habent 28. lineas. Editio haec videtur prodiisse Mediolani, circa annum 1490. eo quia characteres tam latinus quam graecus similes iis sunt, quibus extat impressa Mediolani *Grammatica Lascaris.* Hujusmodi editionis mentionem faciunt *Pinelli Tom. III. pag. 233. Denis pag. 538. et Laire Tom. II. 135.*

Chrysostomi S. Ioa. Episcopi Constantinopolitani Homiliae in Evangelium S. Ioannis, *latine. Praemissa est Praefatio anonymi editoris, quae testatur* Franciscum Aretinum *fuisse interpretem harum homiliarum. Adcedunt* Indices Rerum et Evangeliorum. *In calce*: Omilie. lxxxvii. Beati Iohānis Chrisostomi sup evāgelio Iohānis Rome in S. Eusebii monasterio scripte et diligēter correcte: Anno dñi. M.cccc.lxx. die lune. xxix. Mensis Octobris: Pōti. S. in xp̄o pris ac dñi nostri dñi Pauli divina puidentia Pape secūdi: Anno eius septimo: Expliciunt. Deo Laus. In folio..... XIII. F. 12.

Nomen Typographi haud legitur in laudata subscriptione, probabile tamen est illum fuisse *Georgium Laver Herbipolitanum*, qui tunc temporis *Romae* in monasterio S. *Eusebii* artem exercuit Typographicam. De hac re vide *Audiffredi Catalogum pag. 67., Laire pag. 109.* Editio princeps, cui

Digitized by Google

desunt custodes, signaturae, et foliorum numeri. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, nec a Minicularío impleta fuere; principem vero litteram epistolae *Aretini ad Cosmum Medicem* auro et coloribus affabre exornavit; ac in margine inferiori ejusdem folii stemma aliquod gentilitium pariter auro et coloribus expressit.

—— Exemplar alterum..... I. H. 21.

—— Sermones in iustum et beatum Iob de paciencia *e graeco in latinum translati per* Lilium Tifernatem. *Praecedit ejus epistola, cum epigraphe* -Sanctissimo et Clemētissimo domino dño Nicolao divina pvidentia pape quinto. sancte Romane ac vniversalis ecclesie sūmo pontifici. lilij tijfernatis vltimi suo4 servo4 plogus in sermones sancti johannis crisostimi etc. etc. *In calce*: Expliciunt sermones sancti crisostimi de paciencia beati job. In folio..... XIII. E. 9.

Characteres gallo-franci videntur pertinere ad *Alricum Zell*; nam maxime cohaerent illis, quibus idem Typographus impressit opus *Divi Augustini de vita Christiana*, ut recte observat *Denis pag. 538. De la Valliere Tom. 1. pag. 148. et Laire Tom. 1. pag. 35.* Sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Initiales rubro colore adpositae fuerunt a Miniculario, et quaevis pagina lineas continet 30.

—— Sermones XXV *una cum S. Doctoris* epistola ad Monachum Theodorum *ex versione* Christophori Personae. *Folium primum refert* Registrum *foliorum, secundum continet epistolam* Personae ad Marcum Barbo Cardinalem Sancti Marci, *cujus folio verso legitur*: M.cccc.lxxv. die duodecimo Maii: Ex officina Baldaseris (sic) azzoguidi civis Bononiensis. *Sequitur index octo foliorum, et opus terminatur folio recto, absque ulla alia subscriptione.* In 4.°..... II. B. 3.

C I

Ciceronis Marci Tullii. *Opera Omnia. Primo volumini praemittitur* Alexandri Minutiani ad Ioannem Iacobum Trivultium *epistola nuncupatoria*, Ciceronis *vita ex* Plutarcho *desumta, operum index, et opusculum de Petitione Consulatus, quae omnia duodecim foliis comprehenduntur. Post libros* Rhetoricos, Aeschinis adcusationem contra Ctesiphontem, Demosthenis defensionem adversus Aeschinem, et Victorini enarrationem in Rhetoricos de inventione, *in calce legitur*: Horum operum: que de arte Cicero conscripsit: et ad hanc usque aetatem pervenerunt Alexandri Minutiani oblocatio fuit: redemptura Guilelmorum fratrum. Librarii opifices perfecerunt Mediolani. Mcccc. lxxxx. viii. In legitimo Ludovici SF. Angli Principis Sapientissimi Ducatu.

Volumen secundum Ciceronis Orationes *continet.* In ejus *fine sequens habetur notitia:* Impressit Alexander Minutianus nono Kalendas Decembres. 1498. in Inclyta civitate Mediolani Ludovici Marie Angli legitimi ducatus anno tertio.

Volumen tertium Epistolas, *et* Pomponii Attici *vitam complectitur. In volumine quarto libri philosophici habentur. Huic fragmentum* Arati phaenomenon *finem imponit. In calce duorum ultimorum voluminum nulla invenitur finalis*

Digitized by Google

stubscriptio, In folio. Tomi 2..... XII. H. 8-9.

Editio princeps, quae quidem elegantissima est, sive typus, qui romanus et nitidus est, sive charta, quae alba admodum ac firma, sive marginum amplitudo spectetur. Istius editionis meminerunt *Maittairus pag. 673* et *Saxius* in *Catal. Libror. Mediol. Edit.* ubi vol. III. et IV. ad annum 1499 referuntur.....

—— Rhetoricorum libri ad Herennium. *In calce*: Impressus quoque est hic liber ultimus Romae per Wendelinum de willa in artibus magistrum Mcccclxxiiii. In folio..... XI. C. 12.

Editionem hanc memorat. *I. A. Ernestus* in *Bibliotheca Lat. Io. Alberti Fabricii. Tom. I. pag. 104.* eamque rarissimam adpellat.

—— Alia editio. *In fine legitur:* Marci Tulli Ciceronis Rethoricum (sic) liber ad Herennium feliciter Explicit. Sixtus Riessinger. In folio..... XI. 12.

De hac rarissima Neapolitana editione sine loci, et anni nota, vide *Giustiniani* in suo *Saggio Storico-critico sulla Tipografia del Regno di Napoli* pag. 37.

—— Alia editio, *in cujus fronte legitur:* M. T. C. Oratoris Clarissimi Ad Herennium Rhetoricorum novorū liber Primus. *Ad calcem*: Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum Novorum ad Herennium libri Quarti et Vltimi Finis. *Accedit*: M. T. Cicero (sic) de partitionibus Oratoriis Liber incipit foeliciter. In 4.°..... IX. A. 37.

Uno eodemque volumine, notis typographicis, signaturis, ac custodibus carente, impressi sunt duo hi tractatus: quorum foliorum summa ex registro foliorum, ad calcem secundi adjecto, colligitur esse 82. Eorum character est gallo-francus *Stephani Planck*.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 21.

—— Alia editio. *In fronte litteris capitalibus legitur:* Marci. Tullii. Ciceronis. Rethorica. (sic) nova incipit. *In fine*: M. T. Ciceronis rethorica nova Neapoli impressa. Per magrm Mathiam Morauum singulari ingenio ac arte preditum. Finit foeliciter. In folio parvo..... XI. C. 24.

Giustiniani in laudato opere, *pag. 63.* observat iisdem typis editionem hanc excusam esse, quibus *Moravus* impressit *Dantis* opus anno *1477*.

—— Alia editio. *Titulus in fronte operis excuditur quadratis litteris, scilicet*, M. T. C. Oratoris Clarissimi ad Herennium Rhethoricorum (sic) novorum liber primus: *Ad calcem legitur*: M. T. C. Rhetoricorum novorum ad Herennium libri Quarti et Ultimi. Finis. Rhetorici opere finis cum magna diligentia Impressum per Magistrum Philippum condam (sic) petri in veneciis ducante Iohanne Mozenico inclito duce. M. cccc. lxxviiii. die. ultimo Februarii. Registrum *subnectitur. Sequitur sub alio signaturarum ordine*:

Digitized by Google

M. T. C. Oratoris Clarissimi Rhetoricae veteris liber. Primus *In calce totius voluminis haec legenda occurrunt*:

Emendata manu sunt exemplaria docta
Omniboni; quem dat utraq3 lingua partem (sic)

Marci Tulii Ciceronis Oratoris Clarissimi Rhetoricorum Veterum libri ultimi. Finis. M. cccc. lxxvi iii i. *Sequitur* Registrum In folio..... X. C. 26.

Haec editio cum alia ejusdem anni in hac eadem rubrica primo loco descripta, ad unguem convenit, et unum volumen cum illa censeri potest, ut ex *Maittaire* adparet, qui simul utramque refert.

—— Exemplar alterum..... X. C. 9.

—— Alia editio, *cum commentario* Marii Fabii Victorini. *Primo folio verso prooemium adest cum titulo*: Marii Fbabii (sic) Victorini Rhetoris in rhetoricis Ciceronis liber primus incipit. *Ad calcem voluminis legitur*: Venetiis per Baptistam de Tortis M. cccclxxxi. die. xxiiii. Ianuarii. In folio..... X. C. 10.

Character rotundus est in textu; et commentaria, quae tria latera amplectuntur, minori typo sunt excusa.

—— Alia editio. *In calce*: Impressum Venetiis per Ioannem de Forlivio et Iacobum Britannicū Brixianū. M. cccclxxxiii. die. xvii. Iulii.
In folio..... X. C. 6.

Duplex character, uti in praecedenti.

—— Alia editio, *cum* Commentario Hieronymi Capiduri. *Adcedit*: Rhetorica vetus, *cum* commentario M. F. Victorini. *Praeit primo folio verso nuncupatoria epistola cum inscriptione*: Hieronymus Capidurus Parentinus discipulus clarissimi viri Georgii Vallae dominico capiduro Artium ac medicinae doctori praestantissimo. S. Dicit, *Integro vero opere absoluto, Typographus notavit*: Si q3d forte littera4 immutatiōe: transpositōe: inversione: omissione offenderis studiose lector: id nō ulli negligētiae: sed correctōis difficultati ascribas: qū nihil verbor4 praetermissum esse dep3henderis: rogat Gulielmus Tridinensis cognomēto Anima mia: cuius opera hoc opusculū Venetiis fuit descriptum principe Augustino Barbadico primo calendas Septemb. Mcccclxxxx. *Adcedit* Registrum.
In folio..... X. C. 14.

Typus rotundus duplex est nam commentaria, quae textus tria latera ut plurimum ambiunt, minori quam textus ipse excusa sunt. Initiales vel xylographicae florentes adsunt, vel minoribus formis indicatae adparent. Foliorum numeri et custodes desiderantur, in marginibus lateralibus postillae extant. Post subscriptionem visitur Typographi signum, scutum scilicet quercum continens, cuius truncus fascia obligatur, cum litteris P. C. Paulo inferius litterae G. T. adparent, et scutum includitur rectangulo, cuius in spatiis lepores, et aves conspiciuntur.

—— *Italice. In fronte primae paginae legitur*: Comincia la Elegantissima doctrina delo excelentissimo Marco tulio cicerone chiamata rethorica nova traslata di latino in uunlgare (sic) per lo eximio Maestro Galeoto da bologna opera

Digitized by Google

utilissima et necessaria agli omeni uulgari e indocti. *In calce operis*: Finis. Finisse qui la rethorica nuova de lo excellentissimo Marco Tullio Cicerone in uulgare In 4.° ..... IX. B. 24.

Sine ulla typographica nota. Typus hujusmodi editionis rotundus est, et admodum elegans, absque foliorum numeris et custodibus, signaturae tamen suo loco occurrunt. In praefatione Interpres vocatur *Guidetto*. Opus dicatur *Manfredo Regi Sicilie*. De hac editione vide *Paitonum tom 1*. pag. 116, et 167. ubi tres editiones diversae memorantur, attamen in una earum ex auctoritate *Apostoli Zeni* extabat anni nota scilicet, Mccccl xxv iii. Verum ipse *Paitonus* recte hoc observat: *Il qual anno nella copia che abbiamo veduta presso il Zeno essendo assai fuori di linea retta stampato, ci cade sospetto che vi sia stato aggiunto dappoi*. Paulo inferius, dum mentionem facit praedictae nostrae editionis, subjungit: *In tutto simigliante all' antecedente.*

—— De Oratore libri tres. *Ad calcem gallo-franco majusculo charactere haec typographica nota legitur.*

Finiti et cõtinuati sunt supradicti libri. M. T. C. Rome per me Vlricum. Han. de Wiẽna. Annodomini. Millesimoquadringentesimosexagesimooctavo Die. Quinta. Mensis. Decembris. In 4.° majori..... XII. G. 24.

—— Alia editio. *In fronte folii primi extat titulus*: M. Tul. Ciceronis ad quintũ fratrem in libros de Oratore Praefatio. *In calce voluminis*: Impressum Mediolani impensis Philippi Lavaniae anno domini milessimo (sic) quatricentesimo septuagesimoseptimo. sexto idus novembris.
In folio..... X. C. 25.

Initiales principes tam in praefatione, quam in principio operis auro et coloribus Minicularius adfabre ornavit: et in ora inferiori folii primi stemma gentilitium, forsan Possessoris codicis, idem Minicularius adpinxit.

—— Alia editio. In 4.°..... XII. E. 15.

Sine ullis notis typographificis. Paginae huius voluminis amplis marginibus circumscriptae, rotundis elementis nitidis exprimuntur, et in lineas 32 divisae sunt. Initialium sedes quadratis spatiis indicaverat Typographus, sed Miniculatoris industria pictae visuntur. Signaturas, custodes, foliorum numeros idem Excusor penitus omisit. Desinit opus verbis istis: *Animos nostros curamq3 laxemus*. Graeci characteres in opere desunt. Bibliographi quamplurimi editionem absque ulla nota laudant, quae cum alia anni *1471. Ioannis de Colonia Operis Ciceronis de Finibus*, perfecte convenit; Et revera facta cum illa collatione, quae etiam extat in hac nostra Bibliotheca, uti infra observabimus, ita inter se similes conspiciuntur, ut nullus dubitationi locus relinquatur, quin ambae ex eadem typographia prodierint.

—— Alia editio, *cum* Commentario Omniboni Leoniceni. *Praecedit* Clarissimi et Eloquentissimi Omniboni Leoniceni Oratio de laudibus eloquentiae. *Praefatio eiusdem adcedit, qua absoluta, opus incipit, cujus tria latera Commentarium ambit. Post libros de* Oratore, *adcedit sine commentariis liber* ad Brutum *inscriptus* de perfecto Oratore, Topicorum liber ad Trebatium, Partitiones artis rhetoricae, de Claris Oratoribus, de petitione consulatus, de op-

Digitized by Google

timo genere Oratorum. *Quibus absolutis legitur*: Ex dictis Ciceronis apertissime constat orationes Aeschinis: et Demostenis pro Ctesifonte a graeco in latinum per ipsum conversas: sed quia incuria et iniuria temporum intercidere opere praecium fuit illarum orationum traductionem quā Leonardus Aretinus edidit subnectere ne imperfectum opus esse uideretur. *Orationes laudatae adcedunt, quarum primae praefigitur titulus*: Aeschinis contra Ctesiphontem de demosthenis coronatione per Leonardum Aretinum in latinam orationem interpraetata (sic). Epistola Aeschinis ad Senatum populumque Atheniensem *Orationibus subditur, huic vero nota typographica apposita legitur scilicet*: Vniuersi operis finis per Bartholomeum Alexādrinū: et Andreā Asulanū impressi Venetiis: Anno nativitatis dominicae M.cccclxxxv. iii. Nonas Martias. *Epistola* Hieronymi Squarzafici, *cujus inscriptio typis majoribus excusa cernitur*: Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus domino Petro Busono Hierosolymitanorum equitum dignissimo Salutem dicit. In folio..... X. C. 26.

—— Alia editio. *In fine epistolae* Aeschinis *haec subscriptio*: Vniversi operis finis per Thomam de Blavis Alexandrinum: impressi Venetiis: Anno nativitatis dominicae. M. cccclxxxviii. die. xvi. maii. *Sequitur epistola* Hieronymi Squarzafici, *deinde* Registrum, *cui subiungitur Typographi signum, scilicet liber clausus coronae subiectus, qui litteras* T. A. *suppositas habet, et rectangulo formato a triplici linea includitur*: In folio..... X. C. 16.

—— Exemplar alterum..... X. C. 8.

—— Alia editio, *cum commentario* Victoris Pisani. *In primo folio recto verba haec sunt impressa*: In hoc volumine infrascripta. M. Tullii Ciceronis opera continentur una cū cōmētariis suis videlicet. Orator. de fato. Topica et de universitate. *Folio verso, nuncupatoria epistola adest, hac praedita inscriptione uncialibus excusa formis*: Victor Pisanus praecellenti omnibus liberalibus disciplinis viro Antonio Piciamano eximio Veneto patritio salutem plurimam dicit. *Post libros de Oratore, sequitur* Georgii Vallae *commentarium in librum* de Fato, *cum epistola ac praefatione ad* Ioannem Iacobum Trivultium mediolanensem civem primarium; *deinde ejusdem commentaria in librum* Topicorum *inscriptum* Bernardo Salvatico patricio Genuensi; *Commentarium ejusdem in librum de* Universitate *inscribitur* Hermolao Barbaro. *Opere integro absoluto, haec typographica nota occurrit*: Ciceronis libellus de universitate cū suo cōmētario a clarissimo viro domino Georgio Valla Placētino cōposito: diligētissime p° Bonetū locatellū ꝑpressus est. xvii. Kalēdas augusti. M. cccclxxxxii. Cui pecunias caeteraqꝫ huic operis necessaria suggessit nobilis vir. D. Octavianus Scotus civis Modoetiēsis cujus caracter hic est. *Registrum et* Octaviani *signum haec laudata verba excipiunt.* In folio..... X. C. 24.

Duplex character, major scilicet et minor rotundi in hoc volumine adparent; minor autem commentariis inservit, initialesque litterae xylographicae sunt.

—— Exemplar alterum..... VIII. G. 24.

—— Alia editio. *In fine voluminis legitur*: Universi opis finis. Anno ab

Digitized by Google

ℓcarnatione domini. M. ccccxcv. die. xy. Iulii. In folio..... X. C. 7.

Absque loci indicatione, et Typographi nomine. Editio Veneta, uti videtur.

—— Orationes, *quotquot reperiri potuere, quae sunt num. lvii. studio, et labore* Io. Andreae Episc. Aleriensis *collectae, et editae. Praeit ejusdem* Aleriensis Episc. *longa et erudita* Praefatio ad Paulum II. *eique haec nota chronologica adjecta est in fine*:

Rome natalis dominici. M. cccc. lxxi. Pontificatus uero tui Anno Septimo. *Post praefationem habetur* Index *ipsarum* Orationum, *earumque prima*, Pro lege Manilia, *postremae xiv* Philippicae. *In calce totius operis*:

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosce: (sic) lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Conradus suueymheym (sic): Arnoldus pannartzq5 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo.
Huic operi aptatam contribuere domum. M. cccc.lxxi.

In folio..... XII. H. 9.

—— Exemplar alterum in duobus voluminibus..... XII. H. 10-11.

Editio secunda, si non princeps; eamque rarissimam adpellat *Audiffredus in catalogo Rom. Edit. saec. xv. pag. 76.* Elegantissimi rotundi characteres, chartae mundissimae ac firmae delectus, nec non marginum latitudo editionem hanc commendant. In duobus hisce exemplaribus pro initialibus pingendis spatia quadrata de more relicta fuere, sed caeruleo, vel rubro colore suppletae sunt a Minicnlario, qui in prima pagina litteram principem, et margines auro, et floribus elegauter ornavit.

—— Alia editio, *quae continet Orationes xxx. Sequitur* Invectiva C. Sallustii in Ciceronem. M. T. C. Responsio contra Sallustium. Ciceronis iv. libri invectivarum in Catilinam. *Praecedit Index. In fine leguntur sequentes versus, ex quibus eruitur typographica notitia.*

Germani ingenii quis non miretur acumen?
Quod uult germanus protinus efficiet:
Aspice quam mira libros impresserit arte:
Quam subito ueterum tot monumenta dedit:
Nomine Christophorus: Valdarfer gentis alumnus:
Ratisponensis gloria magna soli:
Nunc ingens Ciceronis opus: causasq3 forenses
Quas inter patres dixit et in populo.
Cernis quam recto: quam emendato ordine struxit
Nulla figura oculis gratior esse potest:
Hoc autem illustri Venetum perfecit in urbe
Praestanti Mauro sub Duce Christophoro:

Digitized by Google

Accipite hunc librum quibus est facundia cordi:
Qui te Marce colet sponte disertus erit.
M: cccc. lxxi. Lodo Carbo.
In folio..... XII. H. 19.

Maittairus pag. 301. monet, verba illa *Lodo Carbo* significare nomen Editoris, vel Correctoris, nempe *Ludovici Carbonis*, seu *Kohl* Germani. Splendidissima haec est editio, quam nonnulli principem adpellant; sive characteres, sive charta, sive reliqua ejus externa facies spectetur. Characteres enim nitidi, rotundi, ac perelegantes. Charta est alba admodum, firma, et amplis marginibus instructa. Initiales litterae variis coloribus depictae, et in prima pagina Minicularius principem litteram, marginesque auro, coloribusque ornavit.

—— Alia editio. *Praecedit in primo folio verso Praefatio, quam* Iunianus Maius Eques Neapolitanus Lectori d. *In calce operis haec Typographus notavit:* Absolutum opus orationum Marci Tullii Ciceronis: Quas selegit Iunianus Maius Eques Neapolitanus et rhetor publicus. Impressit Mathias Morauus ingenio et arte singulari: Neapoli. M. cccc.lxxx. Anno parum salubri: et turcarū incursione infesto. xvii. Novembris. sub. Ferdinando Rege.
In 4.°..... XI. A. 16.

—— Alia editio. *Praecedunt* Registrum et Index. *In calce voluminis*: Expliciūt orones Tulii. C. Diligenter emendatae. Et p Nicolaū G. (Girardengum) Venetiis impraese (sic) Anno domini. M. cccc. lxxx. die. x. Martii.
In folio..... X. A. 17.

—— Exemplar alterum, *cui adcedunt libri* v. Tusculanarum quaestionum, *iisdem typis, quibus* Girardengus Orationes *impressit.* In folio..... X. C. 21.

—— Alia editio, *cum* Verrinis, et Philippicis. *Post* Tabulam, *et* Registrum, *incipit opus absque titulo sic:* Pro Gn. Pompeio Oratio. *In calce*: Expliciunt Orationes Marci Tullii Ciceronis cū Verrinis et Philippicis foeliciter: Impressae Venetiis per Ioannem Forliviensem et Iacobū Brixiensem socios. Anno Dñi M. cccc. lxxxiii. Die vero. viii. Novēbris. Xisto. iiii. pōt. maxo. Et Ioanne Mocenico Veneto4 duce. In folio..... X. C. 20.

—— Exemplar alterum..... X. E. 26.

—— Alia editio. *Praeit in primo folio verso* Tabula Orationum, *quae excusa est charactere majusculo gallo-franco, deinde* Registrum hujus voluminis. *In fine operis legitur:* M. T. C. Orationes filiciter (sic) expliciunt. Venetiis per philippum pinzium Mantuanum summa cura ac diligēti studio impresse atq3 emendate. Anno ab incarnatione. M. cccc. lxxxxiii. Regnante serenissimo Augustino Barbadico Venetiarum duce foelicissimo. In folio..... X. C. 19.

—— Alia editio, *cum* Verrinis, et Philippicis. *Opus incipit absolute absque ullo titulo:* M. T. Ci. Pro lege Manilia. Sive de Imperatore deligendo. Oratio. *In calce nulla subscriptio.* In folio Maximo..... XII. H. 2.

Absque notis typographicis. Character hujusmodi elegantissimae editionis idem est, quo *Antonius Zarotus an. 1480 Livii* historias *Mediolani* impressit. *Saxius pag. Dcxiii.* eam memorat. Quae ad impressoriam artem spectant in hoc volumine, summatim exponenda sunt. Typus rotundus elegans lineas occupat 50 in paginis integris. Nullum Typotheta custodem, aut foliorum numerum excudit;

Digitized by Google

et initiales modo parvis formis supplevit, modo spatia earumdem vacua reliquit. Signaturas adposuit cum litteris, arabicisque notis. Charta alba, firma, et levigata adparet, marginesque lati postillis nonnullis mss. sunt refertae.

—— Alia editio. *In fronte folii primi legitur*: Orationes M. Tullii Ciceronis per Philippum Beroaldū recognite ac diligēter correcte = Addita in Calce Oratione adversus Valerium quae hactenus incognita fuit. *Verso folio occurrit* Ad Clarissimū Stanislaū Ostroriū Scolasticū polonū Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola. *Epistolae subjungitur* Tabula Orationum *in volumine contentarum, quae sunt numero XXXVIII. praeter* Invectivam Sallustii in Ciceronem, *et ex quibus prima est* De Imperio Gn. Pompeii; *ultima* adversus Valerium. *Penultimo folio voluminis haec nota typographica occurrit*: Hoc opus operosum Impressit Benedictus Hectoris Bononiensis, ea diligentia, qua si omnes operibus formandis uterentur, bene cum litteris ageretur. Extremā autem manū imposuit Anno a Natali Xp̄i. M. CCCC. LXXXXIX. Idibus. Aprilis. Ioanne Bentivolo. ii. Rēpub. foeliciter administrante. *Ultimo folio recto habentur hendecasyllabi 17.* Philippi Beroaldi Iunioris ad Trajanum Acursium condiscipulum suum.
In folio..... X. C. 18.

Editio pulcherrima, optimoque Romano charactere excusa.

—— Epistolae *ad diversos, seu ad familiares, ex recognitione* Ioannis Andreae Episcopi Aleriensis. *Opus incipit:* M. Tul. Ciceronis ad P. Lentulū Impatorē Po. Ro. Epistola4 familiariū liber primus. Cicero P. Lentulo Impatori S. Pl. D. *In calce operis*; Io. An. Episcopus. Alerien̄ cognovit prid. Non. Novembr. Rome. M. CCCC. LXIX.

Aspicis illustris lector quicumque libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
.....
.....
Cōradus suueynheym Arnoldus pānartzq: magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

In folio..... XII. H. 15.

Nullum rarissimae hujus secundae editionis Romanae exemplum adhuc se vidisse, quum scribebat, testatur *Deburius num.* 2407; qui tamen addit, tanta certitudine a *Maittairio* referri, ut de ejus existentia dubitare non liceat. De ipsa certe non dubitarunt *Audiffredus*, *Laire*, *Quirinius*, quia editionem hanc in ipsorum operibus laudarunt: suspicamur tamen nunquam ab ipsis fuisse inspectam, siquidem non modo titulum, sed etiam subscriptionem toto coelo diversam tradunt ab ea, quam in editione observamus. Legit insuper *Audiffredus* in ultimo versu subscriptionis *optatam*, dum in opere aperte legitur *aptatam*; et notam Chronologicam, quae praecedit epigrammati, ipsi notarunt eam ultimo loco etc. etc. etc.

—— Alia editio, *etiam ex recognitione* Io. Andreae, *et cum ejus Epistola* ad Paulum II. *In calce.* Impressum Rome opus In domo Petri et Frācisci de

Digitized by Google

Maxĩs. iuxta campū Flore. p̄sidentibus Magistris Cōrado Suueynheym et Arnoldo pannartz. Anno dominici natalis. M. cccc. lxx. S. d. n. dñi Pauli II. Veneti Pont. Max. anno VI. Vrbe et ecclesia florẽte.

In folio..... XII. H. 14.

—— Alia editio : *ad Epistolarum calcem subditur* Petrarchae Epistola *ad* Ciceronem *cum inscriptione* : Ciceroni suo salutem. Epistolas tuas diu multūq3 P^s^quisitas : atque ubi minime rebar inventas avidissime P^s^legi etc. etc. *Epistolam* Petrarchae Vita Pomponii Attici *a* Cornelio Nepote *scripta excipit , qua absoluta*: Finis. *Legitur deinde Epigramma.*

Attice nunc totus veneta diffunderis urbe :
Cum quondam fuerit copia rara tui.
Gallicus hoc Ienson Nicolaus muneris orbi
Attulit : ingenio daedalicaq ; manu.
Christophorus Mauro plenus bonitate fideq :
Dux erat : auctorem lector opusq3 tenes.
Marci T. C. Epistolae Ad Atticum, Brutum : Et Quintum
Fratrem cum ipsius Attici Vita feliciter Expliciunt.
M. cccc. lxx.

In folio..... XII. H. 20.

Editionem hanc *De-Bure in Bibliogr. instruct. Belles-lettres Tom. I. pag. 148.* pulcherrimam, et Romanae ejusdem anni , superius relatae , praeferendam recte iudicat. Quum in utraque mensis, et dies impressionis desint , haud constat quae prima proelum reliquerit.

—— Alia editio. *In fronte primi folii litteris capitalibus impressum legitur:* M. Tullii Ciceronis Epistolarum familiarium liber Primus Incipit Ad Lentulum Proconsulem. *Ad calcem voluminis annus tantum conspiciendus datur.* M.cccc.lxxi.

In folio..... X. C. I.

Haec editio est sine loci , et Typographi indicio , sed *Venetiis* per *Vendelinum de Spira* impressa videtur iuxta *Braunii* observationem in *P. 1. pag. 135.* Hoc pariter docet *Clement. Tom. VII. pag. 128.* ubi hujusmodi editionis mentionem facit. Enimvero Chartae albedo et firmitas, amplitudo marginum, typorum rotunditas, ac nitor *Spirae* solertiam testantur. Signaturae nullae , nulli custodes , aut paginarum numeri occurrunt. Initiales litteras parvas expressit Typographus, primam vero omisit. Lineae in quavis pagina integra 41. numerantur. Graecae dictiones ubique opportune adsunt.

—— Exemplar alterum..... X. E. 24.

—— Alia editio, *cui sequens praefixus est titulus majusculis formis excusus.* Marci. Tullii. Ciceronis. Epistolarum. Familiarium. Liber. Primus. Incipit. Ad. Lentulum. Lege. Feliciter. M. T. Cicero. Lentulo. Proconsuli. Salutem. Dicit. *Ad calcem :* Epistole familiares Marci Tullii Ciceronis impresse in Civitate Neapolis sub Serenissimo domino nostro domĩo Ferdinando Sicilie Rege. Anno a nativitate domini. M. cccc. lxxiiii. die septima mensis Augusti. Indictione septima. Per Arnaldum de Bruxella expliciunt. *Eodem folio verso extat* Tabula quaternorum et foliorum Epistolarum familiarium M. Tullii Ciceronis.

Digitized by Google

In folio..... XI. C. 4.

Bibliographi omnes plurimi faciunt hanc elegantissimam, et pulcherrimam editionem, quae est etiam inventu difficilis.

—— Alia editio. *Titulus supra relatus cernitur in fronte primi folii majusculis typis excusus. In fine*: Opus. M. T. Ciceroīs epistola4 familiariū a Nicolao Iēson Gallico uiuentibus: necnō et posteris ꝑssū foeliciter finit. M. cccc. lxxv.
In folio parvo..... XII. D. 9.

—— Alia editio. *Titulus epistolis praefixus est*, Marci Tullii Ciceronis Epistolarum Familiarium Ad Lentulum Proconsulem Liber primus. Epistola C. Fabricii et Aemilii Consulum ad Regem Pyrrhum *Ciceronianas* excipit; *eaque absoluta legitur*: Pyrrhus Rex Consulibus: et populo Romano laudes gratiasq; scripsit. Captivosq. oēs: quos secum habebat consulibus restituit: reddiditq. M. cccc. lxxvi. In folio parvo..... X. E. 25.

Sine alia typographica nota. Artifex, qui opus hoc typis commisit, rotundos characteres elegit, quos in lineas 45. partitus est, ac ita paginas singulas complevit. Signaturas expressit, sed foliorum numeros, et custodes prorsus omisit. Initiales parvae raro in spatiis visuntur, quum plerumque desint: adsunt vero graeci characteres, quoties occurrunt. Editio haec in *Catalogo de la Valliere Tom. II. pag. 51.* memoratur.

—— Alia editio. *Folio primo verso excuditur* Registrum, *secundo folio recto legitur titulus*: Marci Tulli (sic) Ciceronis Epistolarum Familiarium ad Lentulū Proconsulem liber primus. Marcus Tulius Cicero Lentulo Procōsui (sic) Salutem dicit. *Ad calcem*: M. T. Ciceroīs Epistola4 familiariū opꝰ ꝑclarissīū finit. Venetiis ꝑ magistrū philippū cūdā petri. M. cccc. lxxx. die v. Agusti (sic). In folio..... X. C. 13.

Raritatem hujusmodi editionis satis arguo ex silentio Bibliographorum, quos adii.

—— Alia editio. Epistole, *scilicet* ad Brutum ad Quintum Fr. ad Octavium et ad Pomponium Atticum, ex *recognitione* Bartholomaei Saliceti, et Ludovici Regii. *Praemiserunt Editores epistolam, cum hac inscriptione*: Bartholomeus Salicetus Bononiensis et Ludovicus Regius Corneliensis. Augustino Maffeo. S. *Et in fine alia est etiam epistola eorumdem ad* Maffeium, *quae testatur* 800 exemplaria hujus editionis excusa fuisse. *Tum ad calcem extat distichon* Pomponii Laeti ad Ma Maphaeum, *cui subditur haec typographica nota*: Lector ubi emerseris: quid Trierarcho impreceris praeter salutem non habes: Haveto. Impressum Romae per Magistrum Eucharium Silber alias Franck natione Alemanū: Anno domini. M. cccc. lxxxx. post. xvi. Kal. Augusti.
In folio..... X. C. 2.

—— Alia editio. *In medio folii primi haec leguntur*. Hoc in volumine haec continentur. Epistola ad Augustinum Mapheum per Bartholomeum salicetū Bo-

Digitized by Google

noniensem: et Ludovicum Regiū Corneliensem = M. T. C. epistolarum ad brutū liber unus = M. T. C. ad Octavium epistola = M. T. C. epistolarum ad. T. Pō. Atticum libri. xvi. T. P. Attici vita per Cornelium nepotem = Pomponii laeti epigramma ad Augustinum Maffeum = Alia epistola ad augustinum Maffeum per Ludovicum regium Corneliensem. *Ad calcem voluminis.* Venetiis. M. ccccxcix. die. xii. Iunii. In folio..... X. C. 3.

Absque Typographi nomine.

—— *Eaedem* Epistolae *cum* Commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis. *Primo folio verso nuncupatoria brevis epistola imprimitur sub epigraphe*: Hubertinus Clericus crescētinas Bono Accurrsio (sic) pisano viro dissertissimo et humanissimo salutem plurimam dicit. *Ad calcem vero epistolae*, Mediolani iiii. idus Augustas. *Folio verso adest ejusdem* Ubertini Praefatio *quaedam in suum* Commentarium. *Inscriptio praecedit in fronte operis uncialibus formis excusa:* Marci Tullii Ciceronis epistolarum familiarium ad Lentulum Proconsulem Liber primus. *Ad calcem haec notavit Typographus.* M. T. Ciceronis Epistolarum Familiarium sextidecimi et ultimi finis. Kal. Quintilibus. Anno a natali Christiano. M. cccc. lxxx. Venetiis. *Adcedit ad* Bonum Accursium Pisanum *conclusio in modum epistolae Expositoris sine titulo*: *sequuntur versus, quibus* Hubertinus Crescentinas librum suum alloquitur. *Hisce alii subduntur cum inscriptione*, Petrus Antonius Platinus. S. D. Octaviano Vicomercato Iurisconsulto praestanti. *Registrum tandem occurrit.* In folio..... X. A. 8.

Character hujusmodi editionis rotundus duplex est major, et minor; primus textui, secundus commentariis inservit, quae tria latera textus ambiunt, et lineas 57. in paginis integris occupat.

—— Exemplar alterum..... X. C. 11.

—— Alia editio. *In calce haec nota typographica occurrit.* Venetiis per Baptistam de Tortis. M. cccc. lxxxii. die xxiiii. Maii. In folio..... X. C. 22.

Editio haec superius descriptam ad amussim imitatur.

—— Alia editio, *in qua praeter* Ubertini Crescentinatis adsunt Commentaria Martini Philetici, et Georgii Merulae, et nonnulla alia Loca in libro miscelanearum per Angelum Politianum interpraetata. *In aversa parte folii primi nuncupatoria epistola* Georgii Merulae *cum epigraphe:* Georgius Merula Alexandrinus Statielensis Dominico Sanuto Patricio Veneto Salutem. *Praefatio satis prolixa adcedit, quam excipiunt* Crescentinatis *epistola et praefatio, ut in praecedentibus editionibus. Ad calcem integri operis verba ista legi possunt*: Impressum Venetiis per Bernardinum benalium. Anno dni. M. cccc. lxxxxiii. Die. xxi. Maii. In folio..... X. C. 12.

Duplici charactere rotundo majori, et minori excusa est haec editio, quorum minor ad Commentaria pertinet.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In calce :* Impressum Venetiis p Simonem Bivilaquam Papiensem Anno dñi M. cccc.lxxxxvii. In folio..... X. C. 13.

Haec cum praecedenti editione ut plurimum convenit, sed initiales xylographicas florentes habet.

—— Opera Philosophica, *scilicet* de officiis libri iii. : Paradoxa : Lelius. sive de amicitia : Cato major. vel de Senectute. *In fine hujusmodi tractatus legitur :*

Hoc Conradus opus Suuenheym ordine miro
Arnoldusq : simul Pannartz una aede colendi
Gente Theotonica : Rome expediere sodales.

Anno Xpi. M. cccc. lxxi. die uero. xxvii. mensis Aprilis. Rome in domo magnifici uiri Petri de Maximo. *Folio verso leguntur* Versus duodecim Sapientum, *scilicet* Basilii. Asmenii. Lyomanni. Euforbii. Iuliani. Hylasii. Palladii. Asclepiadis. Eusthenii. Pompeliani. Maximi. et Vitalis. positi in epithaphio M. Tullii Ciceronis. *Post hos versus sequuntur alii* Apollonii Rhetoris Greci. Martialis: Catulli veronensis : Silii Italici : Plinii ex libro historie naturalis. *Expletis versibus, adcedunt Tractatus* de Natura deorum = De divinatione libri ii. *Terminatur autem volumen absque ulla subscriptione.* In folio..... XII. H. 17.

Posteriores tractatus carent nota loci, anni, ac Typographi; ii tamen procul dubio ex eadem officina *Conradi*, et *Arnoldi* prodierunt, uti ex Charactere manifeste adparet, et quos partes sunt operum Philosophicorum *Ciceronis*, hoc anno a praedictis Typographis vulgatorum : hoc pariter asseverarunt *Audiffredus*, *Laire*, et ceteri omnes. Editio haec tantae est raritatis, ut de ejus exsistentia quam plurimi Bibliographi dubitarint.

—— Alia editio. *Legitur titulus praefixus in fronte folii primi*: Marci Tulii Ciceronis Arpinatis : consulisq : Romani. Ac oratorum maximi. Ad. M. Tulium Ciceronem filium suū Officio4 liber primus. *Absolutis tribus libris officiorum, sequuntur* Paradoxa: Lelius sive de Amicitia Dialogus Ad. T. Pomponium Atticum : Cato Major vel de Senectute A. Ti. Pomponium Atticum : Somnium Scipionis, *in cujus fine legitur sequens subscriptio :* Anno Christi. M. ccccl.xxii. die vero iiii. mensis Iuliii. Venetiis.

E spira nato Ciceronis Opuscula quinq3
Haec Vindelino formis impressa fuere.

Adcedunt Versus Sapientum, *uti in praecedenti editione.*
In folio..... XII. E. 30.

—— Alia editio. *Titulus majusculis formis excusus in fronte operis legitur.* Marci Tullii Ciceronis Arpinatis Consulisque Romani Ac Oratoris Maximi Ad Marcum Tullium Ciceronem Filium SVVm Officiorum liber primus. *Post* officiorum libros, *extant sequentes versus*:

Tullius hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans officiorum
Quo solo ferus extinctus furor est Cateline
Consilio superum custos directus ad urbem

Digitized by Google

Lux orbis patrieq3 salus mens tota senatus
Hic plus sole micat cruciatus propter honestum.

Sequitur Paradoxorum liber = Lelius sive de Amicitia dialogus Ad T. Pomponium Atticum = Cato Major vel de Senectute Ad T. Pomponium Atticum = Somnium Scipionis = De Essentia mundi. In folio..... XI. C. 14.

Editio haec, deficientibus aliquot foliis, nullam notam loci, anni, et Typographi gerit. Quare certo affirmare haud possumus, ex quanam typographia prodierit. Noster *Giustiniani nel Saggio Storico-Critico sulla Tipografia del Regno di Napoli* non dubitavit eam *Matthiae Moravo* Typographo Neapolitano tribuere, quod revera typorum, et impressionis forma, ac papyri qualitas satis probant. At de anno quo excusa fuerit, plures bibliographi haud inter se conveniunt: quin et *Giustiniani* ipse citato loco fatetur, sibi id incertum videri. Refert enim hujusmodi editionis, cujus exemplar nunquam vidit, audierat tamen extare in quadam privata Bibliotheca Civitatis *Montis leonis*, hanc subscriptionem: *Principis latine eloquentie M. T. C. liber quinque operum finit foeliciter. Impressus Neapoli sub pacifico Ferdinando Sicilie rege anno salutis. M. cccc. lxxviii. Sedente Xisto quarto Pontifice maximo.* Contra vero *Denis pag. 103. n. 709*, subscriptionem omnino diversam exhibet: *M. T. Ciceronis officia, paradoxa et* de *amicitia. Neapoli Mcccc. lxxix. P. Orlandi* denique sic eam notavit: *Ciceronis officia, paradoxa ec. Neapoli 24. Decembris 1474.* cui chronologicae notae etiam *Maittairus* adhaeret, pag. 108. In tanta opinionum varietate, editionem hanc singularis raritatis hac adnotatione ornandam censuimus. Charta satis firma, et nitida, ac prorsus eadem, qua *Moravus* utebatur: lineae 34 characteris rotundi perelegantis paginas integras explent, et amplis marginibus locum praebent. Custodes, foliorum numeri, et signaturae omittuntur. Initiales desunt, nec a Miniculario suppletae sunt. Notulae mss. marginales, et interlineares ubique conspiciuntur.

—— Alia editio. *Titulus extat, ut in superioribus editionibus adnotavimus: ad calcem vero haec leguntur:* M. Tullii Ciceronis de Officiis: Paradoxa: de Amicitia: de Senectute: de Somno Scipionis: nec nō de Essentia mundi: ac. xii. Sapiētum Epithaphiis libri finiunt. qui peroptime emendati impressi sunt Venetiis ductu et expensis Iacobi Lunēsis de Fivizano in domo magistri Marci de Comitibus. M. cccc. lxxvii. In folio..... X. C. 32.

—— Alia editio. *Eadem continet, quae supra notavimus, ac eundem titulum gerit. In fine haec nota excusa habetur uncialibus formis:* Impressum Parmae Annō. M. cccc. lxxvii. Regnante Illustrissimo Principe Ioanne Galeazio Maria duce Mediolani. XI. Ianuarii. In folio..... XII. F. 20.

Sine nomine Typographi. Editio parum nota: eam memorat *Affò Saggio ec. ec. pag. 62.*

—— Alia editio. *In calce legitur:* Marci Tullii Ciceronis de officiis: Paradoxa de amicicia (sic) de senectute: de somnino (sic) Scipionis: necnō de essentia mundi ac duodecim sapientum Epithaphiis libri finiunt. qui per optime emendati impressi sunt Rome ductu et expensis per Eucharium archirion. diocesis Herbipolensis. Anno ab incarnatione domini. M. cccc. lxxxi. die. vicesima Iunii. In 4.°..... VIII. A. 16.

Maittairus Tom. 1. pag. 418. nota 4. haec docet: *Notata est vocis Archirion scriptura: hic enim Eucharius est Silber, qui Latine Argenteus, Graece Archirion vocari solebat.* Aliam adnotationem subiicit *P. Laire pag. 248. Eucharius ille* (inquit) *idem est ac Frank. Audiffredus* memorat editionem hanc, quam nunquam vidit, uti ipsemet fatetur *pag. 243.*

Digitized by Google

—— De divinatione libri II. *In fine.* M. T. C. de divinatione libros duos Regii diligenter Impressit Bazelerius de bazeleriis Anno Salutis M.cccclxxxxyiiii. tertio Calendas Martias: Illustrissimo Ioanne Bentivolo secundo Bononiam iustissime piissime et felicissime gubernāte. In folio..... X. C. 29.

—— De Fato. *Adcedunt* libri III. de legibus. *In fine*: M. T. C. de Legibus libros tres Regii diligenter Impressit Bazelerius de bazeleriis: Anno Salutis. M. cccclxxxxyiiii. quinto idus Martias Illustrissimo Ioanne Bentivolo Secundo Bononiam iustissime piisme et felicissime gubernante. *Adcedunt sub eodem signaturarum ordine* liber ad Hortensium, *et* liber de disciplina militari. *In calce operis*: Magni Ciceronis Ad Hortensium Et de disciplina Militari finem his opusculis diligēter imposuit Regii Bazelerius: Anno xp̄i M. cccclxxxxy1111. Quarto idus Aprilis: Bononiam Illustrissimo Ioanne BENTivolo secundo Op̄ime Gubernante. In folio..... X. C. 30.

—— De Finibus bonorum et Malorum libri V. *ex recensione* Georgii Merulae. *In folio primo legitur nuncupatoria epistola sub hac epigraphe:* Georgius Alexādrinus Lodovico Fuscareno Civilis Pōtificiiq; iuris cōsultissimo: ac divi Marci ꝓcuratori splendidissimo salutem d. *Ad calcem integri operis haec typographica nota reperitur:* M. Tulii Ciceronis de finibus bonorum et malorū liber quintus desinit. Venetiis. M. cccclxx1. Christophoro Mauro duce. Ioanne ex Colonia Agrippinensi sumptū ministrante Impressum. In 4.° majori. XII. E. 2.

Elegantissimi rotundi characteres, chartae mundissimae ac firmae delectus, nec non marginum latitudo editionem hanc commendant, quae lineas 32 in quavis pagina ostendit. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum in eadem locum obtinent, et pro initialibus pingendis spatia quadrata relicta fuere.

—— Alia editio. *In fine:* M. Tullii Ciceronis de finibus bonorum et malorum liber quintus desinit. De finibus bonorum et malorum opus finit cum magna diligentia Impressum per philipum condampetri venetiis regnante Ioanne Mozenico inclito duce Mcccclxxx die v1. Novembris. In folio..... VIII. F. 32.

—— Alia editio, *quae omnino cum praecedenti convenit. In calce.* Venetiis per Philippum condam petri. Regnante Ioanne Mozenico inclyto duce. In folio..... VIII. C. 43.

Sine nota chronologica. Hujusmodi editionis mentionem facit *Maittairus* pag. 376.

—— Alia editio. *Titulus in fronte folii primi ita excuditur*: M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorū Liber primus Incipit feliciter. *Opere absoluto legitur*: M. T. Ciceronis de sūmo bono atq. malo liber explicit. *Sequitur* Tabula *praefixa cuilibet libro: ad calcem voluminis haec tantummodo notata fuere:* M. T. C. De finibus bonorū et malorū Tabula explicit. In folio..... XII. E. 1.

Sine ullis Typographi, loci, ac temporis indiciis. Qui operi huic imprimendo operam navavit, characterem elegit, quem *quadratum* Typothetae appellant, quo paginas intra limites 34. linearum complevit; custodes item excudit, sed signaturas, et foliorum numeros omittendos censuit. Ini-

Digitized by Google

tiales aliquando minoribus formis in spatiis expressit, aliquando omisit. *De Bure Catalogue des livres da Cabinet de Louis Iean Gaignat Tom. I. pag. 389.* qui alias editiones hujus operis adfert, hanc *Parisiis* circa annum 1475. fuisse impressam a *Petro Caesare, et Iob Stol* censeri tradit. Huiusmodi opinioni facile subscriberem, nisi typorum formae aliter docerent; ipsae enim simillimae videntur iis, quibus *Gintherus Zeyner Typographus Augustanus* utebatur, uti ex aliis editionibus huiusmodi Typographi, quae in hac nostra Bibliotheca adservantur, satis luculenter patet, licet *Guilielmus Zapf*, qui *Annales Typographiae Augustanae* scripsit, hujusmodi editionis nullum verbum faciat.

—— Alia editio, *cui adcedunt haec opuscula.* De Petitione consulatus: de Universitate: de somno Scipionis. *In calce voluminis haec Typographus notavit*: Quatuor opuscula. S. de Finibus bono4 et malo4: Et de petitione osulatus: ac de Universitate: Et de somno Scipionis Impssit Bononiae diligentissime Caligula Bazalerius: Regii autem septem alia opuscula impssa fuere nō minori sollertia: Bononiā Illustrissimo Ioanne Bentivolo secundo tranquillissima pace gubernante. Et merito patre patrie: Anno xp̄anae salutis M. ccccl.xxxxy1111. duodecimo Calendas Iulias. In folio..... X. C. 31.

—— de Universitate, *cum* commentario Georgii Vallae. *Praeit ejusdem* Vallae *nuncupatoria epistola, cum epigraphe*: Georgius Valla Placentinus Hermolao Barbaro Veneto Peritissimo Patricio Sal. Pl. D. *In calce operis*: Ciceronis libellus de universitate cū suo cōmētario a clarissimo viro domino Georgio ualla placentino composito. diligentissime per Autonium (sic) de strata cremonensem venetiis impressus est die. xi. Iulii. M. cccclxxxv. *Post vacuum folium sequitur sub eodem signaturarum ordine* Liber de Fato, *cum* commentario *ejusdem* Vallae. *Praefixa est* Ad magnificum Virum equitem iuratū: et mysoci ĩ rhetiis comitem. d. Iohānem iacobum triuultium ducalem secretorum arbitrum exercitus praetorem: mediolanensem civem primarium. Georgii vallae ĩ sequentem aeditionem praefatio. *In fine libelli*: De fato opusculi Finis. II. Topicorum libellus *cum* commentariis vallae. *Praeponitur nuncupatoria epistola* Georgii: Vallae placentini Bernardo salvatico genuensi patricio. *Qua expleta, subditur brevis epistola* M. Tull. Cicc. C. Trebatio. *In calce totius voluminis haec leguntur:* Topico4 Ciceronis libellus cū cōmētario a dño Georgio ualla placētino composito diligenter impressus est per Antonium de strata Cremonensē. In folio..... X. C. 33.

—— Exemplar alterum. ..... X. C. 32.

—— Philippicae *cum* Francisci Maturantii commentario. *Praecedit* Epistola Francisci Maturantii Perusini Ioanni Mariae Aureolo Vicentino. *In calce*: Impressum vicentiae per henricum de sancto ursio. Mcccclxxxviii. die. viiii. mens. iunii. In folio..... X. C. 5.

—— Exemplar alterum..... X. C. 28.

—— Exemplar tertium..... XI. E. 19.

Digitized by Google

Clavasio Angeli de. Summa Angelica de casibus conscientiae. *Volumen ex epistola ducit initium, quae inscriptioni subjacet*: Epl'a f. Hieronymi tornieli lectoris. Ad R. p. f. Angelū de Clavassio pñtis operis Auctorem: in qua orat ejus Reverētiam ut ipm opus imprimi faciat: propter talem et tantā dicti operis excellentiam et utilitatem. *Huic epistolae subditur brevis* Responsio Venerandi patris fratris Angeli ad fratrem Hieronymum suprascriptum. *In calce operis legitur.* Iacobinus de suigo de sancto Germano hujus impressionis auctor ad lectorem

Humano Angelicas qcuq3 audire loquelas
Ore cupis: presens perlege lector opus.
Hic sacros canones. Hic et civilia iura.
Hic sancte invenies Relligionis opes
Maxima multo4 qd' vix dabat ante librorum
Sarcina: id Angelica dat tibi summa brevis
Angelus est auctor. Sacri decus ordinis ~gens
Seraphici: et tante Relligionis honos.
Auctorem atq5 opus impressum felicia dona
Clavissina tulit terra beata viro.
Nec Carleta minus gens felix vnde creatus
Angelus Angelicis dignus adesse choris.

Impressum hoc opus Clavassii Anno Christiane salutis. M. cccc. octuagesimo sexto tertio idus may. feliciter Imperantibus Innocentio octavo pontifice maximo: et Karolo Illustrissimo duce quīto sabaudie pedemontaneq3 regionis. *Sequuntur* Registrum, *et* Tabula alphabetica. In 4.°..... IV. C. 4.

Verba *Impressum hoc opus Clavassii*, sive *Chiavasso*, de oppido inter *Taurinum*, et *Vercellas* intelligenda sunt, idest de loco, ubi opus excusum fuit, haud de cognomine Auctoris, ut male aliqui interpretati sunt. De hac re vide *Tiraboschi pag. 443*, et *Denie pag. 211.*

—— Exemplar alterum..... IV. C. 5.
—— Exemplar tertium..... IV. C. 6.
—— Exemplar quartum..... IV. C. 7.
—— Exemplar quintum..... IV. C. 8.
—— Exemplar sextum..... IV. C. 9.
—— Exemplar septimum..... IV. C. 10.
—— Exemplar octavum..... IV. C. 12.

Initiales hisce omnibus exemplaribus rubro, et caeruleo colore Minicularius pinxit in spatiis a Typographo hac de causa relictis.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti convenit. Ad calcem post epigramma, nota typographica hoc pacto occurrit*: Opus quoq3 hoc Angelicū: arte: opera et impensis non minimis: maxima cū emendatione Nicholaus franckfort germanus Impressione Anno salutis i487 Kal's. 3. Novembris complevit: Venetiis. Deo Gratias. In 4.°..... IV. C. 13.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... IV. C. 14.
—— Exemplar tertium..... IV. C. 15.
—— Alia editio, *quae etiam cum praecedenti convenit. Nota typographica legitur ad calcem*, Explicit sūma Angelica de casibus oscīe per fratrē Angelū de clavasio opilata: maxima cū diligentia revisa: et fidelī studio emēdata sicut ip'm opus p' se satis attestabit' Venetiis impressa per Georgiū de Rivabenis Mātuanū al's Parētem. Anno dñi M. cccclxxxvij. xi. Kl'. novēbris.
In 4.°..... IV. D. 2.

Immerito editionem hanc *Freytag* in *Adparatu T. I. pag. 573.* inter primas huius operis recenset: *Seemiller vero Fasciculo III. pag. 31.* hac antiquiorem a nemine citatam adserit.

—— Exemplar alterum..... IV. D. 3.
—— Exemplar tertium..... IV. D. 5.
—— Exemplar quartum..... IV. C. 2.
—— Exemplar quintum..... IV. C. 2.
—— Exemplar sextum..... IV. C. 3.
—— Alia editio, *quae a praecedenti minime differt. Post epigramma Typographus haec notavit*: Explicit summa Angelica de casib' oscīe p fratrē Angelū d' clavasio cōpilata: maxima cū diligētia revisa: et fideli studio emendata sicut ipz op' p se sat' attestabit̄: Venetiis ῑpressa per Georgiū de Rivabenis Mantuanū̄: Als' Parētem. Anno dūi M. cccclxxxix. 7. Idus Octobris. *Huic subscriptioni subjicitur signum Typographi, scilicet rectangulum nigrum, in quo circulus extat secundum horizontem sectus; pars superior nigra, litteram A inscriptam habet, ex qua crux duplex procedit, et circuli excedit circumferentiam; pars inferior alba est. Extra circuli circumferentiam hinc et illinc litterae* G. A. *excusae videntur.* In 4.°..... IV. D. 1.
—— Exemplar alterum..... IV. D. 4.
—— Exemplar tertium..... IV. D. 6.
—— Exemplar quartum..... IV. D. 7.
—— Exemplar quintum..... IV. D. 8.
—— Exemplar sextum..... IV. D. 9.
—— Alia editio, *quae cum praecedenti ad unguem convenit. Ad calcem*: Explicit sūma angelica de casib' cōscīe p' fratrē Angelū de clavasio cōpilata: maxima cū diligētia revisa: et fideli studio emēdata sicut ipsum opus p' se satis attestabit': Venetiis ῑpressa p' Georgiū de arrivabenis Mantuanū̄: Anno dūi M. cccc. nonagesimo. secundo. die vero quarto Iunii. *In aversa hujus folii pagina adest Typographi signum, ut in praecedenti editione.* In 8.°..... IV. D. 11.
—— Exemplar alterum..... IV. D. 12.
—— Exemplar tertium..... IV. D. 13.
—— Exemplar quartum..... IV. D. 14.
—— Exemplar quintum..... IV. D. 15.
—— Exemplar sextum..... IV. D. 16.
—— Exemplar septimum..... IV. D. 17.

Digitized by Google

—— Alia editio *descriptae simillima. Nota typographica ad calcem*: Explicit sūma etc. etc. p⁹ Georgium de arrivabenis. mantuanū : Anno dñi. M. cccc. nonagesimo q⁹nto die vero secundo mai. In 8.° ..... IV. D. 10.

—— Alia editio. *In medio folii primi legitur*: Summa Angelica de casibus conscientie cum additionibus noviter additis. *In calce operis*, finit summa Angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de Clavassio compilata. maxima cū diligentia revisa. et fideli studio emendata. sicut ipum opus per se satis attestabitur. Nurēberge impressa p Anthoniū Koberger inibi cōcivē. Anno dñi. M. cccc. xcviij. in vigilia sancti Bartholomei apli⁹. *Huic subscriptioni subnectitur epigramma.* In folio. ..... V. E. 9.

—— Alia editio. *In calce operis, post epigramma haec typographica nota legitur* : Explicit sūma angelica de casibus cōsc̃e p fratrē Angelū de clavasio opillata maxima cū diligentia revisa : et fideli studio emendata sicut ipsum opus p se satis attestabitur. Venetiis impressa per Paganium de paganinis Brixiensem anno dñi. M. cccc.xcix. die v septimo Iunij. In 8.° ..... IV. D. 18.

—— Exemplar alterum ..... IV. D. 19.

—— Exemplar tertium ..... IV. D. 20.

Clavdiani Claudii. Carmina, *scilicet* de raptu Proserpinae libri III. In Ruffinum libri III. In Eutropium libri II. Epithalamium in nuptiis Augusti et Mariae : et de nuptiis Honorii et Mariae liber 1. De tertio consulatu. Honorii Aug. Pangyris. Panaegyris de quarto consulatu Honorii Aug. Panegyris in consulatum Manlii Theodorii. Panagyris in laudes Stiliconis. Secundum Panagyris in laudes Stiliconis. Panagyris alia in laudes Stiliconis. Panagyris in sextū Honorii Augu- consulatum. De victoria Stiliconis contra Alaricum. Panaegyris in Probū de eius cōsulatu. *Incipit volumen a nuncupatoria epistola, quae hanc inscriptionem habet* : Barnabas Celsanus Bartholomaeo paiello Equiti Vicentino. S. P. D. *In fronte ultimae paginae voluminis haec Typographus impressit* : Finis operum Cl. Claudiani : quae nō minus eleganter q⁹ diligenter impressit Iacobus Dusensis Milesimo quadringentesimo octogesimo secūdo sex. cal. Iun. Vicentiae. Registrum *tandem adparet.* In folio min. ..... XII. F. 25.

Editio haec princeps a Bibliographis censetur. Excusa namque est typo rotundo, nec ineleganti : pro initialibus litterae minores extant in spatiis, sed Minicularius duas principes in prima pagina impressas, rubro, et caeruleo colore majores pinxit, auroque eleganter ornavit, et in margine inferiori ejusdem paginae stemma quondam gentilitium eadem industria expressit; margines laterales totius voluminis postillis mss. undique referti sunt.

—— Alia editio. *Primo folio recto verba insunt*: Clavdiani. Opera. *Brevis praefatio* Thaddaei Ugoleti *folio verso imprimitur, in tertia pagina* Claudiani *opera incipiunt a libris* in Ruffinum. *Ad calcem librorum* de raptu Proserpinae, *seu totius voluminis, carmen adest cum epigraphe* : Thadaeo Vgoleto Parmensi Oratori Celeberrimo Bernardinus Saxoguidanus. Mutinēsis. S. *Nota typographica carmen excipit hoc pacto expressa* : Opera Claudiani diligenter emendata per Thadaeum Vgoletum Parmensem. Impresso autem p⁹ Angelum ejus

Digitized by Google

fratrem Parmae: Anno domini Mccccl xxxx iii. Nono Kalendas Maias. Registrum *huis additur. In sequenti pagina extat Typographi signum, nimirum rectangulum nigrum oblongum, quod circulum inscriptum habet secundum horizontem sectum; ex centro hasta surgit perpendicularis inter litteras* A. V. *quae peripheriam semicirculi superioris excedens in triplicem crucem desinit, eique imminet littera* O. In 4.° ..... X. B. 10.

—— Alia editio *pariter cum emendationibus* Thadaei Ugoleti Parmensis. *In calce:* Opera Claudiāi diligēnter emēdata ꝑ Thadaeu Ugoletum Parmēsem. Impssit Venetiis Ioānes de Tridino alias Tacuinus. Anno. M. cccc. xcv. die. yi. Iunii. *Sequitur* Registrum. *In adversa pagina extat Typographi signum, nempe Rectangulum nigrum, quod circulum continet secundum horizontem sectum: ex centro hasta surgit perpendicularis inter litteras* Z. T. *quae in duplicem crucem desinit*, In 4.° ..... X. B. 9.

—— Alia editio, *quae satis convenit cum praecedenti. In calce.* Opera Claudiani diligēter emēdata ꝑ Thadaeū Ugoletū parmēsem. Impssit Venetiis xpoforū de pensis. Anno M. ccccc. die. xxiii. Maius (sic): *Sequitur* Registrum. In 4.° ..... X. B. 8.

—— Alia editio de Raptu Proserpinae *tantummodo*, *cum* Commento Iani Parrasii. *In fronte primi folii legitur:* Claudianus de raptu Proserpinae: Omni cura ac diligentia nuper impressus: in quo multa: quae in aliis hactenus deerant: ad studiosorum utilitatem: addita sunt: opus me Hercle aureum: omnibus expetendum.

B. Mariani Carmen.

Hoc magnū dederat nomen tibi sedula mater:
Doctrinae ut custos: Ianitor atq3 fores:
Nec decepta fuit. Plures tua pectora fundunt
Flores: quam tellus ingeniosa ferat.
Currite nunc Iuvenes studiosi currite: Ianus
Eloquii pleno pectore fundit opes.

Folio secundo leguntur carmina Thomae Phaedri, Lancini Curtii, et Ioannis Mariae Catanei *in laudem* Claudiani, *et* Parrasii. *Sequuntur.* Indices *nempe* in *I. notantur* Autores quos hoc ꝛ ope Ian°: et ii ꝑ quos ipse pfecit: sequuti sunt: et passim citāt. *In II. notantur auctores*, In quibus non convenit Iano cum caeteris interpraetibus etc. etc. etc. *In III. quae* In opere continentur, per ordinem litterarum indicantur. *Adcedit nuncupatoria epistola cum epigraphe*: A. Ianus Parrhasius Catelliano Cottae Mediolanensi Patricio, *quae data est* Mediolani. yii. Calend. Ianuarias. M. D. *Huic epistolae subnectitur* Cl. Claudiani vita per A. Ianum. Parrhasium. *In calce operis nulla subscriptio.* In folio ..... X. F. 28.

Editio haec notis typographicis prorsus destituta, memoratur tantum a *Saxio* tam in *Historia literario-Typographica Mediolanensi pag. 426* et *526.* quam in *Catalogo librorum Mediolani editorum saeculo XV. pag. 608.* ubi haec leguntur: *Huic anno*, (scilicet 1500) *editionem istam, nullis signatis chronicis notis, charactere romano nitido, cum titulo in fronte cujusque paginae,*

Digitized by Google

et numeris Romanis ad easdem indicandas, assignavi, ex Epistola libro praefixa ejusdem Iani Parrhasii ad Cajum Catellianum Cottam, Mediolanensem Patricium, data in hac urbe anno MD. In hist. vero mea liter. quicquid ad hanc editionem spectat, exposui.

Clementis Papae v. Constitutiones, *cum* Adparatu *seu* Glossis Ioannis Andreae. *Titulus rubro colore excusus praefigitur, nimirum*, Incipiūt ostitutiones cle. pape. v. una cum apparatu domini io. an. *Ad calcem* constitutionum *extant* Expositio regule fratrum minorum, *et* Constitutio execrabilis Iohannis p^pe xxii *Hisce vero absolutis Typographus haec notavit*: Presens ha4 Clementina4 precla4 opus. cum glosis. Io. A. Iuris canonici lumen. Alma in urbe Roma, totius mūdi regina et dignissima Imperatrix (sic). que sicut p^ ceteris urbibus dignitate p^est, ita ingeniosis viris est referta. non atramento plumali calamo neq3 stilo ereo. sed artificiosa quadā adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatū. ad dei laudem industrieq ; est consumatum. Per Udalricum Gallum Almanum (sic) et Simonem Nicolai de luca. Anno dūi. M. cccc. lxxiii, die vero sexta mensis Iulii. In folio..... V. I. 1.

De praestantia hujusmodi editionis, quae secunda Romana est hujus operis, vide *Audiffredum pag. 135.* Ipsa enim excusa est duplici columna, duplicique charactere Gallo-franco; nempe majusculo *Constitutiones*, *Glossae* vero, quae textum circumdant, typo romano exprimuntur, qui lineas occupat in columnis integris 58. Custodes, signaturae, et foliorum numeri penitus desiderantur. Initiales vel nullae, vel minoribus formis expressae aderant, sed Minicularius rubro, et caeruleo colore easdem pinxit.

—— Exemplar alterum..... V. G. 8.

—— Alia editio, *ad cujus calcem legitur*: Presens Clementinarū cōstitutionū opus preclarū cū glosis Io. an. iuris canonici luminis. in alma urbe Roma. tocius mūdi regina dignissima. que sicut p̄ ceteris urbibus dignitate p̄est. ita ingeniosis viris est referta. nō atramento. plumali. calamo. neq3 stilo ereo. sed artificiosa quadam adinventōe imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum. ad dei laudē industrieq3 est consumatū. per Udalricū. Gallum alias Han alamanū ex ingelstat: civem Vienensē. Anno dn̄i M. cccc. lxxvi. die vero ultima mēsis maij. Sedente Sixto divina providentia papa iiii. pontifice maximo. In folio..... VI. G. 14.

Adducta subscriptio est charactere gallo-franco majore, eo nempe, cujus specimina aliqua visuntur in editione *Ciceronis de Oratore*, quae ab ipso *Udalrico* impressa est, aliisque variis libris, qui ex ejus officina prodierunt. Haec praecedentem descriptam plerumque imitatur.

—— Alia editio *Titulus praefigitur textui rubro colore excusus, quem superius notavimus. In calce operis haec rubris characteribus expressa leguntur*: Anno salutis nostre. lxxvj. post M. et CCCC. nonas may. ingenio et industria Michaelis Wenszler. n̄ absq3 sūma arte et imprimendi pericia. completum est hoc dignum atq3 celebratissimum opus constitucionum Clementis quinti. in inclita urbe Basiliensi. quam non solum aeris clemencia et fertilitas agri. verum eciam imprimencium subtilitas reddit famatissimam. *Huic subscriptioni duo scutula ejusdem coloris e trunco pendula quae Typographi stemmata exhibent subduntur. Eodem folio verso extat Tabula, seu Index. Deinde* Costitutio Ioan-

Digitized by Google

mis XXII. In folio..... V. H. 18.

Hujus meminit editionis *Michael Denisius in supplemento Maittairo pag. 60.* Character gallo-francus conspicuus duplici columna tam in textu, quam in *Apparata* textum circumdante distinguitur. Initiales omnes pictae Illuminatoris industria adparent, ac tituli rubro colore impressi habentur.

—— Alia editio. *Praeit* Ad Serenissimum: ac inclytum Venetiarum Principem Dominum Iohannem Mocenicum: in novam Clementina4 instaurationem Petri albignani Trecij prefatio. *Titulus operis rubro colore expressus est. In calce operis*: Opus clementinarum impendio Iohannis de colonia Iohannisq mathen de gheretzem sociorum Venetiis impressum feliciter explicit: una cum apparatu domini Io. Andree: per excellentissimum iuris utriusq3 doctorem dominum Petrum albignanū trecium accuratissima diligentia emendatum. vij. idus Iunii. M. cccc. lxxix. *Sequuntur*: Decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *Tandem* Registrum chartarum clementinarum. In folio.... VI. G. 15.

—— Alia editio. *Tituli omnes, ac sequens subscriptio rubro colore excuduntur.* Opus clementina4 ꝑpensa atq3 ꝑdustria Bartholomei de alexandria: Andree de asula: Mapheiq3 de salodio Venetiis impressū feliciter finit: vna cū apparatu dñi Ioānis Andree āno salutis dñice. M. cccc. lxxxij. tertio nonas augusti. Laus deo. *Deinde* Incipiunt decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *In calce voluminis extat* Registrum chartarum harum clc. In 4.°.. VI. A. 15.

Initiales, quae deerant, a Minicolario suppletae rubro, et caeruleo colore, et duae principes in prima pagina eleganter pictae sunt.

—— Alia editio. *In calce post* expositionem regule fratrum minorum, *et* constitutionem Ioannis pape. xxii. *haec typographica nota legitur*: finis Constitutionum Clementina4. Anno a nativitate dñi M. cccc. lxxxiij. die tertia mensis Iulii. *Adcedit* Registrum Clementinarum. In 4.°..... VI. B. 6.

Sine loci indicatione, et Typographi nomine.

—— Exemplar alterum..... VI. B. 12.
—— Exemplar tertium..... VI. B. 13.
—— Alia editio. *Tituli, ac litterae initiales rubro colore excuduntur. Post* Clementinas, *adcedunt* Decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *In fine voluminis*: Impresse fuere he clementine sacre: Venetiis secūda impressione: arte et impensis Bernardini de benaliis bergomēsis. M. cccc. lxxxiiij. die vero decimo quinto mensis novembris. *Sequitur* Registrum chartarum harum clc. In 4.°..... VI. A. 16.
—— Exemplar alterum..... VI. B. 8.
—— Exemplar tertium..... VI. B. 11.
—— Alia editio. *Tam Tituli, quam sequens subscriptio rubro colore excudumtur.* Opus clementina4 impēsa atq3 industria Bartholomei de Alexandria: Andreeq3

Digitized by Google

de asula Veneciis impressū feliciter finit una cum apparatu domini Ioannis Andree anno salutis dominice M. cccc. lxxxv. xx. calendas apriles. *Adcedunt* Decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *In calce voluminis extat* Registrum chartarum harum cle. *cui subnexum est Typographi signum, scilicet rectangulum oblongum erectum rubri coloris duplici linea constitutum, quod circulum continet secundum horizontem sectum, e cujus medio linea surgit perpendicularis in triplicem crucem extra peripheriam desinens: in inferiori parte circuli, litterae.* B. A. *adparent.* In 4.° ..... VI. A. 13.

—— Exemplar alterum ..... VI. A. 18.

—— Alia editio. *Tituli omnes rubro colore excusi visuntur: In calce:* Venetiis per Andream dc Bonetis de Papia. die. xiii. Iunii. M. cccc. lxxxvj. *Deinde* Incipiunt decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *Subnectitur* Registrum ..... VI. G. 23.

—— Alia editio. *Tituli omnes, ac sequens subscriptio rubro colore excuduntur*: Opus clementinarū ꝑpensa atqꝫ ïdustria thome de blavis de alexādria. Venetiis impressū feliciter finit: una cum apparatu domini Ioannis Andree anno salutis dn̄ice M. cccc. lxxxvjjj. die primo Iunii. Laus Deo. *Adcedunt* Decretales extravagantes que emanarunt post sextum, *quibus absolutis legitur* Registrum chartarum harum cle. *cui subnectitur Typographi signum, alibi a nobis descriptum.* In 4.° ..... VI. A. 21.

—— Exemplar alterum ..... VI. A. 22.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti plurimum convenit. In calce legitur*: Impressum venetiis per Ioannem de forlivio et Gregorium fratres. Anno domini. M. cccc. lxxxix. die xvi. februarj. *Huic subscriptioni subjectum cernitur Typographi signum rubri coloris in rectangulo magno oblongo erecto, triplicique linea constituto, quod crucem duplicem infixam litterae X. repraesentat, cui litterae ZG hinc, et inde adiectae sunt. Sequuntur* Decretales extravagātes que emanarunt post sextum. In folio ..... VI. C. 18.

—— Alia editio. *Tituli omnes rubro colore excusi sunt. Post* Decretales extravagantes q̄ emanarūt post sextū *haec subscriptio legitur*: Venetiis ꝑ Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxxiiij. die xv. aprilis. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum, supra descriptum.* In folio ..... V. C. 14.

—— Alia editio. *In medio folii primi legitur*: Constitutiones Clemētinarum. *Folio verso extat* Titulorum constitutionū Clemētis sm̄ ordinē alphabeti Annotatio ec. *Absoluto opere* clementinarum, *sequuntur* Decretales extravagantes que emanarunt post sextū. *Praeit huic operi* Hieronymi clarii Brixiani iuris utriusque doctoris ꝑthonotarij et comitis apostolici in extravagantes decretales breve ꝑludiū ad lectorem. *In calce voluminis Typographus hanc notam adposuit*: Macrobij in libro de deo Socratis vulgatū est elogiū. Sūmas incēsiōes dei: nō in thure vl' pigmētis: sed in actiōib' gr̄a4 ꝺsistere. Sūmas igit' ineffabili deo agimus gr̄as: q' tādē ad finē hui op̄s Clemē. totiusqꝫ iuris canōici cursū et cōpletiōem: felicit' et salubrit' ꝑduxit: Ioh'es froben de Hāmelburg Basilee impssiōi opam dātē Regnante Maximiliano rege romano4 r̄clyto. Anno salūt'. M. cccc. xciiij. Kalendis septēbrib'. Lector vale. In 4.° ..... V. D. 14.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In fronte primi folii rubro colore legitur*: Constitutiones Clementinarum. *Eodem folio verso extat* Titulorum cōstitutionū Clemētis sm̄ ordinē alphabeti annotatio. *Expleto opere* clementinarum, *adcedit* Hieronymi clarij Brixiani ec. ec. in decretales breve preludiū, *deinde sequuntur* Decretales extravagantes que emanarunt post sextum. *In calce totius voluminis legitur eadem subscriptio, quam in praecedenti editione notavimus*, Macrobii in libro de deo Socratis ce. ec. felicit⁹ et salubrit⁹ perduxit. Andreā de torresanis de Asula Venetiis impressioni operam dantem. Anno dn̄i M. ccccc. die vero xij. Ianuarii. In 4.° ..... VI. B. 23.

—— Alia editio. *In folio primo verso praecedunt* Rubrice *cum inscriptione:* Compilatores huius libri fuerunt Guil⁹ Mandagoti Episcopus Ebredueñ. Et Berēgarius episcop⁶ Burdegalē alias Biturie. postea Cardinalis ut per Io. an. in addi. specu. in quarta parte in ti. de elect. *Post rubricas* Incipiunt constitutiones Cle. pape quinti una cu apparatu domini Iohannis andree. *Adcedit Bulla* Exivi de paradiso, et *Constitutio* Execrabilis. *Terminatur opus sine subscriptione. Sequitur*: Divini ac humani iuris consulti c. ec. D. Iohannis francisci de pavinis in extravagantium regularum cancellarie et decisionu rote noticiam putile preludium. *Hoc excipiunt*: Constitutiones Iohannis vicesimi secundi cum apparatu domini Iesselini de cassanis. *In calce extat* Registrum huius libri. In folio majore. ..... VI. H. 14.

Sine notis typographicis. Character gallo-francus geminam columnam amplectitur in paginis, et duplex est; nam *Adparatus* minori expressus est typo. Initiales omisit Typographus, nec Miniculator eas supplevit; desunt etiam signaturae, custodes, et foliorum numeri. Editionem hanc raram esse censeo ex Bibliographorum silentio.

Cleomedis Mathematici. Disputatio de contemplatione orbium excelsorum. *In medio folii primi haec excusa habentur*: Si bono litterarum studio delectaris suavissime lector. Volumen istud lectioni tuae saepius occurrat facito. eo enim continentur.

Cleomedis de contemplatione orbiū excelsorum disputatio:

Aristidis: et Dionis de concordia orationes.

Plutarchi praecepta connubialia.

Eiusdemq3 de virtutibus morum.

Quae omnia legentis animum et praecipue delectant: et maximope exornant: eumq3 perbelle optimeq3 componunt. vale. *In secundo folio extat epistola* Ad Reverendissimum et Clarissimum Caesarem Borgiam Sāctae Romanae Ecclesiae Cardinalem valentinum Charoli Valgulii Brixiani: ipsius Secretarii. *Incipit opus cum sequenti inscriptione majusculis typis excusa:* Cleomedis de contemplatione Orbium Excelsorum. Carolo Valgulio Brixiano. Interprete liber primus. *In calce operis Typographus notavit:* Iohannes Franciscus Duccus Brixianus: Marci Iurisconsultis. s. F. Hieronimo Calciavelio: Patricio optimo: et Eruditissimo salutē

Digitized by Google

Quanta sit eximii virtus interpretis: ecce
Aurea significant haec monumenta tibi:
Cujus fama licet celebris: tamen amplior illi
De tanto nunc est munere habendus honor:
Quo duce sydereos poteris penetrare recessus:
Signorumq3 vias: et decus omne poli
Iungere discordes concordi foedere cives
Coniugiiq3 docet semper amare fidem
Quale dedit graiis Hieronyme graecia nomen
Hic sibi romano vendicat eloquio.

Impressum Brixiae per Bernardinum misintã sumptibus Angeli Britannici Civis Brixiani anno. M. cccc. lxxxxyii. die. iii. Aprilis. *Sequitur tabula* Errorum ac defectuũ: qui culpa impressoris contigerunt. ec. ec. In 4.°..... IX. B. 27.

—— Circularis Inspectionis Meteororum, *sive* De Mundo libri II. Georgio Valla interprete. *Vide* Vallae Georgii.

Cleodinis. Musica, *sive* Harmonicum introductorium Georgio Valla interprete. *Vide* Vallae Georgii.

Cleophili Octavii Francisci Fanensis. Libellus Elegiarum ad Iuliam. *Accedit* Epistolarum de amoribus Libellus, *cum opusculis* Publii Gregorii Tifern *quibus subjectum legitur*: Impressum Venetiis p Bernardinum Venetum. Anno domini M. cccc. xcviii. Mensis Iunii. Die undecimo. In 4.°..... X. B. 3.

—— Epistola ad diversos. *In fronte primi folii haec leguntur*: Octavius Cleophilus Baptistae Guarino: Antonio citadino: Nicolao Leoniceno: Petro bono: Lodovico carboni: Lucae ripae: Aristophilo Mamphredo: Beltramo constabili: Lodovico pictorio: Amicis iocundissimis. S. D. *In fine*: Ex urbe Roma tertio Idus Aprilis a salute generis hominum ducentesimae nonagesimae quinte (dic) olympiadis anno tertio. *Ultimo folio recto legitur Italicum carmen*:

Regina augusta e triomphante roma
Terra sola del mondo imperatrice
Gia de virtu sublime unica altrice
Coicrini intonsi e con la incultà chioma
Per te fu lybia: europa e lasía doma
Non men sempre gagliarda. che felice
Donde quella tua dextra vincetrice
Per tutto el mondo anchor si cantà e noma
Spechio gia de uirtu. ma aitempi nostri.
Solo de parasiti albergo: e uilla
De scurri. de gnatoni. ed altri mostri.
Del lume antico in te non è scyntilla
Ne per el mondo più cavalchi o giostri.
Dei servi tuoi vituperosa ancilla.

Digitized by Google

In 4.° parvo..... X. B. 66.

Constat opusculum hoc ex 18 foliis, quibus nec signaturae, nec numeri foliorum, nec custodes adscripti sunt. Eius character romanus est, ac maxime similis, et aequalis characteri elegantiori *Eucharii Silberi*; adeo ut editionem Romanam esse nec pro certo affirmare nobis liceat; nec sine erroris periculo negare fas sit. Nota chronologica ad calcem subjuncta, designat tempus scriptionis, non vero impressionis.

Climaco S. Giovanni. *Titulus operis in prima pagina majusculis typis notatur hoc pacto*: Sancto Ioanne Climacho. Altramente Schala Paradisi. *Hisce verbis subnectitur tabella xylographica, quae salutationem Angelicam exhibet. Eodem folio verso*: In nomine domini nostri Iesu Christi Amen. Incomencia el prologo nel libro chiamato climacho ec. ec. *In fine huiusmodi prologi altera xylographica tabella cernitur, quae* Christum Iesum *in sepulchro positum, sanctis mulieribus, ac discipulis stipatum repraesentat. In calce voluminis haec leguntur*: Explicit sermo ad pastorem: beati Iohannis climaci. Ad laudem sanctissime trinitatis et totius celestis curie. Deo Gratias Amen. Questo libro fu facto in Venesia per Matheo da Parma. Nel M. cccc. lxxxxi. Die. viii. Mensis Iunii. In 4.°..... I. B. 18.

—— Exemplar alterum..... I. B. 19.

—— Exemplar tertium..... II. B. 12.

C O

Cocci Sabellici Marci Antonii. *Vide* Sabellici.

Codex Iustiniani. Imperatoris. *Vide* Iustiniani.

Codri Antonii *Vide* Urcei Antonii.

Cola Montani *Vide* Montani Nicolai.

Colacii Matthaei cognomento Siculi calabriae urbis neocastri civis ad sapientissimum Dominicum maurocenum de verbo civilitate: et de genere artis rhetoricae ℓ magnos rhetores Victorinum et Quintilianum. *Haec leguntur in fronte Praefationis. In fine operis extant duae epistolae ejusdem auctoris, altera* Doctissimo viro Antonio siculo artibus studentium patavii Rectori dignissimo, *altera missa* Christophoro et Lauretio fratribo (sic) ac petro Antonio Lauretii (sic) genero patavis Italis parrhasiis. Italis phidiis. Italis apellibus. *In calce hujus epistolae cernitur nota typographica*: Impressam venetiis per Bernardinum de novaria. M. cccc. lxxxvi. In 4.°..... IX. A. 7.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 6.

—— Exemplar tertium..... IX. B. 71.

Digitized by Google

—— Responsio quibusdam Contradictionibus de fine Oratoris. *In fronte operis inscriptio adparet*, Matthaeus colatius Sieulus Antonino adinolpho siculo artium et medicinae doctori viroq3 clarissimo. S. D. *In fine opusculi legitur*: Bernardius d⁹. celeris d⁹. Luere. B. imp⁹ssit. Patavii. Mccccl xxv iii.
In 4.°..... X. B. 6.

Collenucii Pandulphi Pisauriensis iurisconsulti. *In primo folio recto verba haec insunt*: Pliniana defensio adversus Nicolai Leoniceni accusationem. *Folio verso epigramma imprimitur cum inscriptione*, Lucas Ripa Regiensis ad Plinianae defensionis librum ut exeat. *Sequitur Auctoris Epistola nuncupatoria* Clementissimo Principi Herculi Estensi Ferrariensium duci Inclyto. *Post defensionem alia addidit* Collenucius, *scilicet* Quot qualesve loci sint in Plinianis castigatoĩbus viri Eruditissimi Hermolai Barbari qui ad Plinianam defensionem nostram pertineant. *In fine horum idem auctor notavit:* Haec sunt quae super Plinianis Hermolai castigatoĩbus (quantū ad Plinianā defensionē nostrā pertinet) dicenda fuerant. Illud autem testamur q⁹ in gis (sic) discernendis diiudicandisq3 aequiorem aut doctiorē arbitrū q: Hermolaum ipsum nobis speram⁹ aut facim⁹ neminem, *Postea legitur* Finis. *exinde vero Typographi subscriptio hisce expressa versibus*:

Ut sese ostendat populos defensus in omnes
Plinius: Et teneat quem solet ante locum:
Ferrariae Andreas Belfortis gallicus istud
Preastitit (sic) impressi codicis officium.

In 4.°..... VII. B. 22.

In unaquaque pagina integra hujus libelli lineas 35. character gallo-francus occupat. Nullum Typotheta custodem aut foliorum numerum excudit. Pro initialibus minores adsunt litterae in spatiis.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 28.
—— Exemplar tertium..... VIII. B. 82.
—— Oratio, *cujus titulus in fronte libelli ita exprimitur*: Paldulphi Collenutii Iuriscōsulti et Equitis Illustrissimi Ferrariensiū ducis Legati oratio ad Augustinū principem Maximilianum Caesarem Romanorū Regem. *Ad calcem libelli legitur* Finis. *Postea*: Dicta in Ispruchis in auditorio Caesaris. Pandulphus.
In 4.°..... XIII. A. 41.

Sine notis typographicis. Character hujusmodi opusculi est rotundus elegans *Ioannis Besicken*, ut notat *Audiffredus pag. 316.* qui illud refert ad annum 1493. Nomina et argumenta in marginibus adsunt, et initialis ligno incisa est. Libellus constat plagulis 8. praeditus signatura, sed foliorum numeris, et custodibus destitutus.

Colom Columbi Christophori *seu* Epistola, *cujus titulus in fronte ejusdem excuditur hoc pacto*: Epistola Cristofori Colom: cui etas nostra multum debet: de Insulis Indie supra Gangem nuper invētis. Ad quas perq⁹rendas octa-

Digitized by Google

vo antea mense auspiciis et ere invictissemo4 (sic) Fernādi et Helisabet Hispania4. Regū missus fuerat: ad magnificum dūm Gabrielem Sanchis eorundē serenissimo4 Regum Tesaurariū missa: quā nobilis ac litteratus vir Leander de Cosco ab Hispano idiomate in latinum convertit tertio Kal⁹ Maii. M. cccc. xciii. Pontificatus Alexandri Sexti. Anno primo. *Ad calcem legitur*

Christoforus Colom. Oceane classis Prefectus.

Epigramma. R. L. de Corbaria Epi Montispalusii. Ad Invictissimum Regem Hispaniarum;

Iam nulla Hispanis tellus addenda triumphis.
Atq3 parum tantis viribus orbis erat.
Nunc longe eois regio deprensa sub undis
Auctura est titulos Betice magne tuos.
Unde repertori merito referenda Columbo
Gratia: sed summo est major habēda deo.
Qui vincenda parat nova regna tibiq3 sibiq3
Teq3 simul fortem prestat et esse pium.

Impressit Rome Eucharius Argenteus Anno dni. M. cccc. xciij.

In 4.°..... XII. B. 17.

Haec editio latuit Audiffredum. Tribus foliis absolvitur Epistola, absque signatura, custodibns, et foliorum numeris. Character est gallo-francus, in lineas 33. distinctus per singulas paginas.

Colucii Matthaei. *Vide* Colacii.

Columellae L. Iunii Moderati. *Vide* Scriptores rei rusticae.

Columnae Aegidii Romani. *Vide* Aegidii Romani.

Columnae Francisci. Hypnerotomachia Poliphili. ubi humana omnia non nisisomnium esse docet. Atque obiter plurima scitu sane quam digna commemorat. Cautum est nequis in dominio Ill. S. V. impune hunclibrum queat imprimere. *Haec verba, majusculis formis excusa, leguntur in prima pagina. Averso folio nuncupatoria visitur epistola cum inscriptione*, Leonardus Crassus Veronensis Guido Illustriss: Duci Urbini. S. P. D. *Huic epistolae subjungitur* Io. Bap. Scythae carmen ad clarissimum Leonardum Crassum artium ac iuris Pontificii consultum. *Adcedit Anonymi* Elegia ad Lectorem, *postmodum vero argumentum operis italice, et carmen, vulgo* Capitolo, *quod incipit*: Leonardo Crasso mio doctor verendo. *In secundo fasciculo opus incipit cum titulo, quadratis litteris excuso.* Poliphilo incomincia la sua Hypnerotomachia ad descrivere et lhora, et il tempo quando gli apparve in somno di ritrovarsi in una quieta et silente piagia di culto diserta. Dindi poscia disaveduto congrande timore intro in una invia et opaca Silva: Hypnerotomachia Poliphili. Aurorae descriptio. *Ad calcem operis notavit Auctor*: Tarvisii cum decorissimis Poliae amore lorulis distinerctur misellus Poliphilus.

Digitized by Google

M. cccc. lxvii. Kalendis Maii. *Sequuntur* Poliae *epitaphia, ac errorum emendationes, quibus Typographus subiunxit*: Venetiis Mense decembri. M. ID. in aedibus Aldi Manutii accuratissime. In folio..... XVIII. G. 29.

Haec editio inter saeculi XV. impressiones celeberrima est, et summopere rara apud Bibliographos. Ipsa namque nitidissima est, elegantibus figuris, et tabulis ligneis praedita; signaturas, et custodes habet, sed caret foliorum numeris. Character rotundus in paginis, quae tabulis ligneis nullatenus occupantur, lineas complectitur 39. Initiales xylographicae, et maeandrico opere ornatae adparent. Operis idioma italicum, sed graecis, latinis, hebraicis, chaldaicis, et arabicis dictionibus permixtum est. Prima chronologica nota, ad scriptionem operis non ad editionem pertinens, ut *Fontaninius* observat, errandi occasio fuit nonnullis, qui ipsam typographicam censuere.

Columnis Guidonis de. Historia Troiana. *Haec verba in medio folii primi, majusculis gallo-francis litteris excusa, leguntur. Opus incipit absolute a prologo Auctoris. In fine leguntur* Epitaphia Hectoris, *et* Achillis, *ac* Deploratio troie *hexametris, et pentametris versibus, quibus subditur sequens Typographi nota:* Historia destructionis Troie composita p̄ iudicem Guidonē de columna Messanen̄. finit felicit⁹. In civitate Argentina impssa novissime Anno dño (sic) M. cccclxxxxiiij. circa festum sancti Iacobi. *Auctoris conclusio adcedit, quae incipit*: eT ego guido de columna iudex d⁹ Messana p̄dictum ditem grecū in omnib⁹ sum secutus etc. etc. *Adcedit brevis notitia aedificationis, et eversionis* Trojae, *quam excipit tabula, quae desinit his verbis*: Explicit tabula p̄sentis Historiae. In folio..... XX. G. 29.

Haec editio, cui deest Typographi nomen, latuit *Zapf*, qui *Annales Typographiae Augustanae* conscripsit.

Comestoris *seu* Manducatoris Petri. Historia Scholastica. *Praecedit* Index, *sex foliis constans. Deinde* Incipit Prologus epistolaris, *cum hac inscriptione:* Reverendo patri et domño suo Vilhelmo dei gratia Senonensi archiep̄o. Petrus servus xp̄i. prespiter (sic) trecensis. vitā bonā. ex exitū beatū. *Ad calcem integri operis, Typographi, et anni notitia exprimitur hoc pacto*: Finit hystoria quc et vulgato vocabulo scolastica. a Petro omestoris edita. Per Gintherum vero zainer litteris cneis impressa. Anno a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. In folio..... XIII. I. 3.

Sine loci indicatione. *Zapf* in *historia Typographiae Augustanae pag. 12.* monet, editionem hanc *Augustae Vindelicorum* fuisse excusam. Exemplar nitidissimum in charta maxima. Character Romanus est quadratus, et elegans duplici columna distinctus in quavis pagina, quae lineas complectitur 53. Tituli in superiori parte paginarum imprimuntur. Caret signaturis, et custodibus, attamen folia more romano numerantur. Initiales vel nullae, vel minoribus formis expressae aderant, sed Minicularius rubro, et caeruleo colore easdem pinxit, et tres litteras principes in prima pagina impressas, ubi opus incipit, variis ornamentis eleganter decoravit.

Comitibus Iusti de Romani utriusque iuris interpretis ac poetae Clarissimi libellus foeliciter incipit intitulatus La Bella Mano. *Hic titulus praefigitur operi*

Digitized by Google

uncialibus litteris expressus. Praecedunt tamen folio primo verso Iohannis Baptiste de Reffrigeriis de Bononia Carmina (*italica, vulgo Sonetti*) in laudem domini Iusti. *Ad calcem haec habentur.* Veneciis. Die Duodecimo. Decembris. M. cccc. lxxiiii. F. I. N. I. S. *Sequitur* Index. In 4.° parvo..... XII. B. 61.

Editio elegans, ac rarissima.

Compilatio Decretorum Gregorii Papae IX. *Vide* Gregorii IX. decreta.

Compendium deprecationum cum multis orationibus noviter additis: et indice: in quo facillime invenies quicquid volueris. *In titulus legitur in fronte primae pagine rubro colore, formisque gallo-francis excusus, cui subnectitur tabella xylographica, ligno incisa, quae virginem Mariam cum puero Iesu in ejus brachiis repraesentat. Folio verso* Kalendarium *extat, quo absoluto, cernitur* Indéx orationum: et officiorum que in hoc opere continentur. *In fine voluminis verba ista pariter rubro colore excusa, leguntur*: Venetiis p Bernardinū Venetū de vitalib⁹. M. cccclxxxiij. mēse Ia.
In 4.° parvo..... XIII. B. 40.

Initiales omnes fulgent ornamentis, et iconismis xylographicis; signaturae in marginibus inferioribus habentur, secus vero dicendum de foliorum numeris, et custodibus. Character gallo-francus ruber et niger paginis perfectis 24. complectitur lineas. Praeter ornamenta initialium litterarum, aliae tabulae ligneae non inelegantes opportune occurrunt. Deest nomen Typographi.

Conclusiones *sive* Decisiones dominorum auditorum de Rota. *Vide* Decisiones.

Concordia discordantium canonum. *Vide* Gratiani decretum.

S. Concordio Bartholomaei de. *Vide* Pisis Bartholomaei de.

Conradi Eusebii Mediolanensis Canonici Regularis Cōgregatiōis Lateranensis adversus fratrem quendam blacteronē ordinis heremitarū: Canonicorum Regularium Sichophantam et falsidicum predicatorem Responsio pro Venerabili et Erudito predicatore Domno Dominico Cāonico Regulari clara atquae (sic) verissima: qua demonstratur Sāctum Augustinū heremitam non fuisse: Nec habitum heremitarum induisse: et fratres olim Gullielmitas dictos: nunc vero heremitanos uulgo appellatos nunquam instituisse: sed clericos et canonicos tantūmodo Regulares institutis apostolicis decorasse. *Is titulus rubro colore impressus legitur in fronte tertii folii. Praeit nuncupatoria Epistola* rEuerendo et optimo patri domino Ioanni Cribello: Sancti petri de Vlmo preposito dignissimo Severinus chalcus Canonicus regularis. *In fine operis legitur*: Placentiae Mcccclxxv. die. xxiii. Decembris. Finis.

Ede tuos tandē populo Cōrade libellos
Excultum docto pectore profer opus.

Sequitur folio verso epistola Nicolai Clavasiensis *in Auctoris, et operis com-*

Digitized by Google

mendationem, cujus in fine typographica nota hoc pacto exprimitur: Impressum Mediolani per Magistros leonardū pachel et uldericū sinzenzelle teuthonicos impensis Reverendi domini Iohānis de cribellis ecclesie sancti petri de ulmo prepositi dignissimi. anno domini Mcccclxxyiiii. quītodecimo Klēdas augustas.
In 4.° ..... XIII. D. 55.

—— De dignitate canonico4 regularium: deq3 ipsorum et monachorum differentia Ad R. in christo patrem et dominum. do. Io. arcimboldum tituli Sancte praxedis presbyterum cardinalem dignissimum et protectorem optimum libellus. *Absoluto libello cernitur epistola nuncupatoria Auctoris, in cujus fine legitur Typographica haec nota*: Impressum Rome a natali dominico. M.cccclxxxi. die. xx. decembris per magistrum Iohannem Francigenam opera generalis procuratoris or. ca. reg. lateranensis congregationis D. Constantii et D. Philippi parmensis socii sui. *Averso folio, in summitate ejusdem verba leguntur*: Tractatus de processionibus. *Exinde*: Quo ordine quoq3 loco Clerici Canonici Regulares et Monachi ac ceteri religiosi procedere debent; *at nil subjungitur his verbis, quaecumque fuerit causa.* In 4.° *Extat in collectione opusculorum.* XIII.A.52.

. . . . . .

Neque editio haec neque *Ioannis Francigenae Typographi* nomen *Audiffredo* innotuit. Is probabiliter est *Eucharius Franck*, alias *Silber*. Character id probat, eodem namque Eucharium usum fuisse didici ex variis eius editionibus, quae in nostra Bibliotheca adservantur.

—— Epistola ad Sixtum IV. *cujus titulus exprimitur hisce verbis*: Eusebius Corradus Mediolanensis canonicus regularis cōgregationis lateranensis ad sanctissimum dominū nost4 Sixtum quartū pontificē maximum: pro auferendo de ecclesia errore scribentium: Sanctū Augustinū ecclesie doctorem fuisse heremitam. *Adcedunt* Sermones *tres* S. Augustini de moribus et vita clericorum: Epistola *ejusdem*: Vita S. Augustini a Possidio Calamensi episcopo scripta, *et ejusdem* Eusebii Corradi Annotatio in errorem scribentium Sanctum Augustinum fuisse heremitam, *quae a descripto opere non parum differt. Ad calcem haec subscriptio*: Finis adest trium Sermonum beati Augustini. de clerico4 vita moribusq3 una cum vita Sancti Augustini. nec non cujusdam epistole ipsius. An clericis liceat p^{s}secutōis tp^{e} sibi cōmendatū populū derelinquere. q^{s} oña impressa fuere Padue p^{s} magr^{m} Matheū Cerbonis. Anno domini. i484. *Adcedit* sequentia in Sollennitate sāctissimi Augustini patris canonicorum Regulariū.
In 4.° ..... XIII. A. 48.

—— Alia editio, *cui adcedit insuper ejusdem S. Doctoris* liber de vera religione ac Tractatus de spiritu et aña. *In fine post* Registrum *haec nota typographica legitur*: Explicit liber sancti Augustini de vera religione: et de clerico4 vita: moribusq3 una cum vita sctī Augustini. nec non cuiusdam dignissimi tractatus de spiritu et anima. Que omnia in isto libro continentur: et cum summa diligentia per. M. Andream de bonetis de papia venetiis impressa fuerunt. Inclito principe Iohāne mocenico venetiarum duce. M. cccc. lxxxiiij. die

Digitized by Google

Mensis Iulii. In 4.° ..... I. B. 9.

Initiales omnes, quae deerant in spatiis, a Miniculario suppletae sunt rubro, et caeruleo colore.

—— Tractatus Secūdus domni Eusebii cōradi Mediolanēsis canonici regularis de presidētia et dignitate clerico4 regulariū praemonachis adversus quedā collegia. et Doctores etiam pileatos scribētes pro Monachis: aut rectactēt que pro illorum falso favore scripserūt ne erubescāt et confundantur et in suis falsis opinionibus pereant. *Is titulus legitur in medio folii primi. Secundo folio opus incipit ab epigraphe*: Eusebius prī Reverende (sic) D. Hieronimo Bossio canonico4 regularium lateranensium Rectori generali. *In calce legitur tantum* Finis. In 4.° ..... XIII. D. 54.

Editio hujusmodi opusculi, notis typographicis prorsus destituta, Bibliographis quamplurimis, quos evolvi, haud innotuit. Ipsa enim typis rotundis, aliquantum rudiusculis excusa est, qui lineas 38. occupant in paginis integris: signaturae adparent, desunt vero custodes et foliorum numeri; constatque opusculum foliis XII. Characteris, ac impressionis forma ex aliqua Veneta typographia editionem istam prodiisse satis probant.

Constantiensis Concilii acta. *Vide* Acta scitu dignissima.

Constitutiones Clementinae. *Vide* Clementis Papae V.

Constitutiones et novellae Iustiniani Imperatoris. *Vide* Iustiniani.

Constitutiones Sanctae Matris Ecclesie. *Vide* Aegidii Episcopi Sabinensis.

Constitutiones Carmelitanae. *Primo folio recto exhibetur xylographica effigies* B. Mariae Virginis *sedentis, Carmelitano pallio indutae, corona ornatae, ac puerum* Iesum *sinistra manu tenentis. Legitur in summa hujus paginae ora:* Vexillum Carmelitarum. *In dextera ipsius Virginis visitur schedula his verbis conspicua*: Sum. Mater. Et decor. Carmeli. *Ex sinistra pueri Iesu alia schedula pendet, exhibens verba*: Helias. Et Heliseus ꝑph. dūces Carmelitarum. *Sub pedibus Virginis legitur*: Luna sub pedibus ejus. *Secundo folio opus incipit a titulo, qui rubro charactere gallo franco excuditur*: Incipiunt ostitutiones fratrū ordinis Beatissime dei genitricis de mōte Carmelo Rubrica prima qualiter rñdendum sit q̄rentibus: q̄n et qualiter aut quō ordo noster sumpsit exordium. Et quare dicimur fratres beate Marie virginis de monte Carmelo. *Absoluto opere, adcedit* Tabula novarum cōstitutionū, *in cujus calce hanc notam Typographus apposuit*: Expliciunt sacre constitutiones nove fratrum et sororum btē Marie de monte carmello (sic): cum diligentia emendate ꝑ ve. baca. fratrē Ioannē mariā de poluciis de novalaria (sic). Impresse Venetiis ꝑ nobilem virum Lucantoniū de giūta florentinū. Quarū quidē ostitutionū nulla bona vel mala charta aut minima littera apud eundem impressorem vel alium secularem

Digitized by Google

remansit. Anno dñi M. cccxcix. tertio Kl^{s} maij. In 4.° parvo..... VI. B. 25.

Volumen excusum est charactere gallo-franco nigro, et rubro, qui lineas implet 36 in paginis. Numeri foliorum desiderantur, sed custodes, et signaturae suo loco visuntur. Initiales deerant, vel parvis formis fuerant expressae, sed Minicularius colore rubro easdem supplevit. Principes vero in principio operis, et in tabula *novarum constitutionum* sunt xylographicae. Apud Bibliographos praecipuos editionem hanc haud reperisse fateor; et quod mirum videtur, latuit etiam *Angelum Mariam Bandinium*, qui *Iuntarum typographiae annales* conscripsit.

Constitutiones Regni Sicilie. *Praecedit prooemium* Marini de Caramanico, *quod incipit*: Liber iste ideo constitutio seu cōstitutionum dicitur etc. etc. *Prooemium hujusmodi rotundo charactere excusum desinit in linea 37. secundae columnae folii quarti. Opus incipit a quinto folio, et titulo subjacet, qui rubro fulget colore.* Imperator fredericus Romanorum Cesar sump augustus Ytalicus Siculus Ierosolimitanus Arelatēsis felix victor ac triūphator Domini frederici Imperatoris Incipit liber primus de legibus et osuetudinibus aliis antiquatis quo dicit ostitutō. *Ad calcem operis haec reperiuntur verba:* Impresse sub optimo rege ferdinādo neapoli nona augusti. M. cccc. lxxv. Sixtus Riessinger. In folio majori..... XI. D. 3.

Character hujusmodi elegantissimae, ac rarissimae editionis semi-gallo-francus est in textu, qui in duas columnas dispescitur, et rotundus romanus cernitur in adnotationibus, quae textum circumdant in marginibus. Ut elegantia characterum magis resplenderet, eos chartae firmissimae mundaeque impressit peritissimus *Riessinger*. Nulli margini imprimuntur custodes, foliorum numeri, ac signaturae; et pro initialibus spatia idem Typographus reliquit, quae haud ab aliquo Miniculatore impleta sunt.

—— Constitutiōes et Statuta Illustrissimi domini Regis Karoli Iherusalem et Sicilie Regis pro exequendo subscripto statuto. *Laudatus titulus conspicitur in fronte primae columnae primi folii. Ad calcem integri operis haec notantur verba*: Expliciūt capl^{a} constitutōnes necnō confirmationes constitutionum et capitulorum regum predecessorum regni sicilie. per illustrissimum ac serenissimum Ferdinandum dei ḡcia regem Sicilie Iherusalem et Hungarie editas. Vt igit^{9} universitates et loca terrarū hujus felicis regni amplius possint preconiis decorari et in unaq̄q3 terra iusticia debito ordine. Ministrari possit et unicuiq3 ius reddi suum statusq3 subditorum in amena pace et traqllitate subsistat. Constitutiones et capitula regni Dominus Sixtus Riessinger in karacterū arte ingeniosus et dominus franciscus de tuppo p̄dicti regis ferdinādi scriba infimus seruulus legumq3 studens maturo desuper habito consilio omni diligencia adhibita ad honorem et laudem invictissimi regis Ferdinandi ppriis sumptibus emendate imprimere curarunt. Anno domini millesimo. cccc. lxxv. Die septima augusti Pontificatus sixti q̄rti.
In folio majori. *Extat compactum opus cum praecedente libro*.... XI. D. 3.

Quod pertinet ad artem typographicam, pauca quaedam animadvertenda occurrunt in hac rarissima et eximia Neapolitana editione. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum obtinent locum in

Digitized by Google

amplis marginibus hujus voluminis, quod duplici columna instructum, rotundo eleganti charactere micat. Lineis 58 distincta est quaevis columna integra: qui quidem typus mundissimae firmissimaeque chartae adhaeret, exhibetque initiales minoribus formis expressas.

CONSUETUDINES feudorum, *cum glossis. Vide* Iustiniani Imperatoris institutiones.

CORA AMBROSII DE. Ordinis Eremitarum S. Augustini. Vita S. Aurelii Augustini Hippon. Episc. *cum* commentariis in triplicem regulam, tribusque Orationibus S. D. in ejusdem laudem. *In principio operis adjecta est* Tabula erratorum adnotatu dignorum, *quae duas integras occupat paginas. Sequitur Epistola dedicatoria* Oliverii Servii Tolentinatis, *qui editionem curavit*, Guillermo de Estoutevilla Epo Ostien. Card. Roth. *In calce operis*: Finis. Commentariorum super canone divi Aurelii Augustini Omnium doctorum parentis: a Reverendo patre Ambrosio Teologo Chorolano Civi Romano universi ordinis Eremitarum Sancti Augustini Priore generali editoris et impressoris Rome a Magro Georgio Herolt de Bamberga divo Sixto quarto Pon. maximo sedente. Anno IX. sui pontificatus: die octava decembris. M. cccc. lxxxi.
In folio parvo..... II. C. 16.
—— Exemplar alterum..... XIX. H. 26.
—— Exemplar tertium..... XIX. H. 27.
—— Sixto. IIII. Pon. Max. Ambrosii. Choriolani Gen. Augustinianorum. In Defensorium Ordinis ejusdem scilicet ordinis fratrum heremita4 sancti Augustini responsivum ad maledicta canonicorum assertorum regularium congregationis Frisonariae. *In calce legitur tantummodo*: Finit foeliciter In folio parvo.. II. C. 16.

Sine ulla typographica nota. Prodiit editio haec *Romae* ex iisdem typis *Georgii Herold*, uti comparatio impressionis, ac characterum cum praecedenti opere aperte docet: quo vero anno ejusmodi editio peracta fuerit, utrum scilicet ipso anno 1481., cui ab aliquibus tribuitur, an vero antea, vel postea, incertum fuit *Audiffredo*. Illud quidem constat, hoc opus, quod *Defensorium* inscribitur, ab Auctore elucubratum fuisse, antequam commentaria in triplicem regulam, et Vitam *S. Augustini* publici juris redderet; in his enim aliquoties citatur *Defensorium*.

—— Exemplar alterum..... XIX. H. 26.
—— Exemplar tertium..... XIX. H. 27.
—— Exemplar quartum..... XIX. II. 28.
—— Oratio de Conceptione Virginis Mariae. *Praefatio Auctoris primo occurrit* ad Guillelmum Cardinalem Hostiensem, *cujus inscriptio*: Ambrosii Corani sacre theologie pfessoris ordinis divi Augustini pfatio super orationem de oceptione Vginis Marie. *Sequitur* Rubrica de ipsa oratione: *et hisce continetur verbis.* (E) Gregia preclaraq3 oratio de virginis conceptione sacre theologie pfessoris magistri Ambrosii de Cora ordinis divi Augustini coram Sixto quarto. Romanorum Pontifice et Cardinea Senatoriaq3 corona sexto ydus decembris āno sanctissime nativitatis christi millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Digitized by Google

in templo dive Marie de populo ordinis ejusdem infra urbis menia habita feliciter incipit. *In fine nulla subscriptio.* In 4.° *Vide* Orationes variae. IX. A. 58.

Sine notis typographicis, sed *Romae* impressa videtur haec editio charactere gallo-franco medio *Stephani Plannch*, ut notat *Audiffredus pag. 426.*, qui lineas 33. implet in singulis paginis. Sex foliis opusculum absolvitur, sine signatura, numeratione foliorum, initialibus, et custodibus.

—— Exemplar alterum. *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 49.

Cordubensis Fernandi. Sedis Apostolice subdiaconi et in orbe terrarum famosissimi magistri de iure Medios exigendi fructus quos vulgo Annatas dicunt et Romani Pontificis in temporalibus potestate ad Sixtum Quartum Pontificem maximum Prologus incipit foeliciter. *Haec leguntur in fronte operis majusculis formis excusa. Primo folio verso voluminis extat Auctoris monitum, in quo causas exponit, ob quas* longiusculam, *ut ipse ait*, Praefationem *operi suo praemiserit. In fine, folio separato occurrit registrum libri, absque ulla subscriptione.* In folio parvo..... XIII. E. 31.

In hoc volumine non continetur nisi pars prima operis, quae est de *Annatis;* nam secundam; quae est de *Romani Pontificis in temporalibus potestate, in alterum*, ut ipse in novo monito, ad calcem adjecto declarat, *transtulit volumen*: quod tamen uti Bibliographi asserunt, nunquam lucem adspexit. Editio excusa est caractere splendido *Georgii Herolt*, eodem nempe, quo anno 1481. hic Typographus *Romae Ambrosii Corani* opus impressit, quod supra notavimus.

Coriolani Cepionis, *vel* Scipionis. Dalmatae Petri Mocenici Imperatoris gestorum liber primus. *Is titulus extat in fronte operis. Praeit nuncupatoria epistola Auctoris sub inscriptione*: Coriolanus Cepio Clarissimo viro Marco Antonio Mauroceno equiti apud illustrissimū ducem Burgundiae Venetorum oratori felicitatem. *In fine legitur*: Impressum est hoc opusculum Venetiis per Bernardum pictorem et Erhardum ratdolt de Augusta una cum Petro loslein de Langencen correctore ac socio. Laus Deo. M.cccc.lxxvii. In 4.° parvo. XII. A. 10.

Nihil praetermissum fuit in hac venusta editione, quod eam elegantiorem reddere posset: charta enim mundissima est, et characteres rotundi, ac pulcherrimi, qui implent lineas 24. in singulis paginis. Nulli adparent custodes, et foliorum numeri, signaturae tamen habentur in marginibus peramplis. Initiales litterae xylographicae florentes cernuntur, et meandrico opere pariter xylographico epistola dedicatoria includitur.

Cornelii Celsi. *Vide* Celsi Cornelii.

Cornelii Nepotis *seu*, Aemilii Probi. Vitae Imperatorum. *Incipit opus absque praevia notitia*: Aemilii Probii viri clarissimi de vita Excellentium liber incipit feliciter. Non dubito fore Plerosque. ec. ec. *haec omnia majusculis formis excusa cernuntur. In fine quadratis litteris Typographus notavit*: Probi Aemilii de Virorum Excellentium vita per M. Nicolaum Ienson Venetiis opus foeli-

Digitized by Google

citer Impressum est Anno a Christi Incarnatione. M. cccc. lxxi. viii. Idus martias. In folio parvo..... XII. D. 2.

Editio princeps, magni facienda, ac inventu difficilis. Initiales omnes, quae vel decrant, vel parvae extabant, a Miniculario affabre pictae fuerunt rubro, et caeruleo colore, ac auro etiam decoratae.

—— Alia editio. *In calce haec subscriptio*: Hoc opus Probi Aemilii de Virorum Excellētiū vita Impressit Iacobus Britānicus. In Inclyta Brixiae civitate Anno. M. cccc. iiD. xv. Calen. Octobres. In folio parvo..... XX. F. 22.

Initiales omnes xylographicae florentes visuntur.

—— Alia editio. *Praeit nuncupatoria epistola cum inscriptione*: Petrus cornetus magnifico: et praestantissimo legū enucleatori dño Theodoro plato ducali cōsiliario. *Post vitam* Hannibalis, *adcedunt* Catonis vita, *et* Pomponii attici vita. *Sequuntur duae epistolae* Petri Corneti ad praestantissimum D. Theodorum Platum, *in quarum ultima haec verba occurrunt*: Mediolani ex aedibus nostris iii. nonas Ianuarias. *Huic subnectuntur duo epigrammata* ad ipsum Theodorum platum, *et folio verso legitur* Index vitarum. In 4.°.. XIX. F. 38.

Nullam typographicam notitiam exhibet haec editio, quam *Saxius pag. 513. et Maittarius pag. 799.* autumant *Mediolani* peractam fuisse. Ipsa vera excusa est charactere rotundo satis nitido, sine numeris paginarum, custodibus, ac litteris initialibus, quae haud ab aliquo Miniculatore suppletae fuerunt in spatiis a Typographo relictis.

Corneto Tancredi de. Incipit summa qōnū cuius nomē ē cōpendiosa eo qd ī ea varie et diverse qōnes sub cōpendio terminantur. *Is titulus cernitur in prima columna quarti folii, nam praecedentes paginae continent* Rubricas qōnū. *Absoluto opere legitur*: Explicit Compendiosa laudabiliter gratiosa deo gratias amen. *Folio verso, et sub eodem signaturarum ordine.* Incipit tractatus de paleis et olivis editus per famosissimu doctissimūq3 virū do. Angelum de periglis de pusio utriusq3 iuris ītterpretē dignissimū ordinarie pusii legētē. *In calce*: Ad honorem et laudem gloriam et exaltationem dei omnipotentis patris et filii et spiritus Sancti Gloriosissime matris ejusdem Ihesu Christi pontifitie cesariėq3 legum cultores accipite hoc opus cotidianum vtilissimumq3 maxima cū diligentia. Impressum Vrbini per magistrum henricum de colonia Imperante inclito duce Guido Vbaldo cum Illustri Domino Octaviano Vbaldino in nobili domo gallorum in valle bona anno salutiferi (sic) incarnationis M. cccc. lxxxxiii. die xv. mensis Maii. *Sequitur* Registrum huius operis. In folio parvo..... VII. E. 9.

Cornuti Philosophi. Commentaria in Persii Satyras. *Vide* Persii.

Corona gloriose semp virginis Marie edita sup septem sequentibus verbis v3. Ave mater dei: ora eū pro me. quorum singule littere per hymnorum capita rubea relèguntur: eiusdem virginis gaudia septem recolens: cum suis

Digitized by Google

orationibus ubique seriose positis : et dicitur modo infrascripto. *Verba haec rubro colore, formis gallo-francis cernuntur in principio folii primi. In calce libelli legitur* : Impressum ferrarie per magistrum laurentiū de valentia Anno domini. M. cccc. lxxxxvj. die decimo novembris finis. In 4.° parvo. XIII. B. 28.

Integrum hoc opus gallo-franco charactere rubro et nigro impressum, II. folia complectitur. Caret tantum paginarum numeris. Cuilibet hymno tabula xylographica praefigitur, et a Miniculatore adfabre coloribus ornata, quae *B. M. V.* res gestas repraesentat. Ultimo folio verso extat Typographi signum de quo *Orlandius* n. 35. Hujusmodi editionis nemo Bibliographorum notitiam habuisse videtur. *Audiffredus in Specimine historico-Critico editionum Italicarum saeculi XV. Panzer, Orlandius etc. etc.* qui summa industria editiones Italicas vetustiores recensent, eamdem ignorarunt, unde patet non ita obviam in Bibliothecis extare.

CORPUS IURIS CIVILIS. *Vide* Ius.

CORSETI ANTONII. Solēne ac inclytum repertoriu in opera Nicolai siculi Panormitani : et nonnulla aliorum in eadem materia vel consimili inserta ad reverendissimum in christo patrē et dominū dominum Galeaz de Ruuere episcopum aginensem vicelegatum reverendissimi domini dñi Iuliani de Ruuere Cardinalis sancti petri in vinculis hostiensis episcopi legati ac episcopi bononiensis. *Haec leguntur in fronte primae columnae folii primi. In calce totius operis Typographus sequentia verba notavit :* Explicit repertorium ad opa Abbatis. cū duob⁹ dubiis disputatis p me Ant. corsetū siculū iuris utriusq3 doctorem bononie iura pontificia ordinarie legentem. etc. etc. etc. hec omnia peregi Regnante invictissimo glīosissimo ac serenissimo rege hispanie ferdīardo (sic) Aragoñ. Sicilie etc. etc. meritissimo p̄ncipe patrono meo et dño singularissimo nec non dignissimo fortunatissimo felicissimoq3 p̄ncipe ac invictissimo armo4 duce strenuoq3 eq̄te dño Ioāne bētivolo secūdo dño meo singularissimo quos deus sēpiterno evo conservet amen. Anno salutis. M. cccc.lxxxvj. die xvjj. septēbris. Laus sūme et individue trinitati nēnon glīosissime virgini intemerate Marie et gl⁹iosis virginibus ac martyribus agathe et lucie osiculis patronis ac advocatis meis una cū glorioso pontifice Nicolao amen. *Sequitur* Registrum. In folio majori... V. I. 13.

Sine loci indicatione; et Typographi nomine. Ex verbis relatis eruitur opus *Bononiae* excusum esse.

—— Exemplar alterum..... VII. H. 12.

—— Incipiunt singularia dñi Ant. corsicti siculi utriusq3 iuris doctoris in studio bononiēsi edita cum additiōibus factis in studio patavino celeberrimo anno salutis. 1490. ibidem iura pōtificia de mane ordinariam (sic) legentis. *Is titulus legitur in fronte primae columnae folii primi, in calce vero operis haec occurrunt :* Expliciūt singularia p̄dām Ant. corsictum siculū utriusq3 iuris doctorem peritissimū Ad excellētissimum utriusq3 iuris monarcham do. suū do. Andream osiculum vnlgo Barbatiā. Papie impressa per magistrum francischum de nebiis de Burgo francho. nūc vero cū additionibus factis p̄ eundem in celeberrimo studio Patavino iura pontificia ordinaria (sic) de mane legentē. Anno salutis. M. ccccc. die. iiij. Iulii. Finis. In folio..... VI. F. 16.

Digitized by Google

—— Consilium editum p celeberrimū Iuris vtriusq3 doc. dūm Antoniū corsetum de sicilia sup monte pietatis. ubi multa et pulchra dubia usuro declarant⁹ padue dum ibi ordinarie legeret iura pon. Casus p monte (sic) pietatis. Anno salutis. M. ccccxciij. xv. mēsis septēbris xij. ind. *Haec occurrunt in fronte folii primi: in calce legitur tantummodo:* Laus deo. In 4.° ..... VII. B. 39.

Editio praesens, notis typographicis destituta, cuius Bibliographi vix notitiam habuere, ante annum 1493. lucem adspicere haud potuit, uti docet inscriptio superius notata. Opusculum istud foliis 8. contentum, gallo-franco ac pereleganti charactere impressum est. Signaturae adparent; nulli vero custodes, ac paginarum numeri; et parvis formis initiales litterae excusae cernuntur in spatiis amplis.

Cortesii Alexandri. Oratio in Epiphania. *Nuncupatoria praeit epistola* ad Sixtum IV. *cum epigraphe*, Sixto iiii. pon. max. Alexander Cortesius. *Titulus orationi imminet*, Alex. Cortesii oratio: quā habuit in aede divi Petri frequēti R. Car. Senatu. viij. idus ianuarii: in Epiphania. *Ad calcem adest epistola Auctoris ad* Signinum Episcopum *cum epigraphe* Alex. Cort. Episcopo. Signin. S. *quam excipit ejusdem Episcopi responsio ad* Cortesium *missa, cujus inscriptio*, M. l. Pont. Signin. Alex. Cort. S. *Data est*, ex signia hernico4. viij. Kl fehrarij lxxxiij. *scilicet 1483. In fine* Laus deo.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Sine notis typographicis, ac etiam sine lis omnibus, quibus folia quodammodo copulantur, nimirum signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Character gallo-francus est, *Stephani Plannck Romani* Typographi, Foliis IV. constat libellus, et quaevis pagina integra lineis 33. impletur.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 40.
—— Exemplar tertium..... XIII. A. 49.

Cosco Leandri de. Versio latina ex hispanico Epistolae Christophori Columbi. *Vide* Colom. Christophori.

Cosmico Niccolo. Canzoni. *In fronte primi folii uncialibus litteris titulus excuditur*: Incomincia le cancione dello excellentissimo Cosmico *In calce*: Qui finisse lemoral Cancionette di Cosmico impresso in Vicenza p ilvenerabil et excellente Maestro Rigo da Cap *Herrico da Casa*) Zeno del. M.cccclxxxi. A di. x. Octobris. *Folio verso legitur* Sonetto, *et* Tetrastichon latinum.
In 4. parvo..... X. B. 65.

Coursin Guilelmi. Rhodio4 Vicecancellarii oratoris precellentissimi magistri Rhodi: ad Sūmū Pontificem Innocentiū papam Octauū: Oratio. *In fine*: Habita in cōsistorio publico: quinta calendas Februarias Anno. M. cccc. lxxxv. a nativitate. In 4. parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Id tantum de editione hac affirmare possumus, quod scilicet fuerit charactere gallo-franco excusa, constetque foliis II. Ceterum e typis eruimus ipsam pertinere ad *Stephanum Plannck*. *Audiffredus* eam memorat in suo *Catalogo Roman. Edition. Saec. XV. pag. 463.*

Digitized by Google

C R

Crastoni F. Iohannis Carmelitae. Lexicon Graeco-latinum. *Praecedit nuncupatoria epistola, cum inscriptione* : Bonus Accursius. Pisanus viro Litteratissimo ac gravissimo Iouāni Francisco turriano ducali quaestori salutem plurimam dicit. *In calce operis.* Impressum Vincentiae per Dionysium Bertochum de Bononia. Die. x. mēsis Novembris. M. cccc. lxxxiii.

In folio..... IX. C. 21.

—— Exemplar alterum..... IX. C. 22.

—— Exemplar tertium..... IX. C. 23.

—— Alia editio. *Praemittitur, ut in superiori editione epistola* Boni Accursii. *In calce legitur*: ΤΕΛΟΣ ΣΥΝ ΘΕΩ͂ ΤΟΥ͂ ΛΕΞΙΚΟΥ͂. In folio. XII.. G. 5.

Absque notis typographicis. *Saxius in Bibliotheca Mediolanensi* probat hanc editionem prodiisse Mediolani, circa annum 1480. Ultima columna Graeca 16. lineas, Latina vero 20. continet. Editio princeps, et rarissima, ac longe elegantior altera anni 1483. quam supra notavimus.

—— Alia editio *seu potius Epitome ab ipso* Bono Accursio *condita. Praeit ejusdem nuncupatoria epistola* Antonio braccello. iurisconsulto primario ac ducali senatori salutem plurimam dicit. *In fine*: Ad laudem dei beataeq3 Virginis mariae. Impressum hoc opus Regii per Dionysiū de bertochis et Marchum Antoniū de Bacileriis. Anno salutis. M.ccccxcvii. In 4.° parvo..... IX. B. 52.

Editio elegans, sed vix nota.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 57.

Crema Augustini de. Historia S. Panthaleonis Martyris. *Folio primo Tabula ligno excusa cernitur, in qua* S. Panthaleon *exhibetur. Secundo folio Nuncupatoria praeit Auctoris epistola, cujus inscriptio majusculis formis gallo-francis ita legitur*: Ad magnificam et gloriosam Cremensem Communitate frater Augustinus de Crema regularis vite fratrum Eremitarum Sancti Augustini. Salutem. P. D. *Opus exinde incipit, quo expleto, adcedit* Translatio brachii ejus divi Martyris Pantaeleymonis martyris oratio. *Hac absoluta, reperiuntur* Commemorationes pro sancto Pantaeleymone martyre. *Notam typographicam in calce opusculi his verbis expressam inveni* : Impressa Cremone ad istantiam Magnifice cōmunitatis Cremēsis per Bernardum de misintis de Pap̄ et Cesarem parmensem : socios. Anno salutis. m. cccc.lxxxxiii. die yiii. Augu.

In 4.° parvo..... II. B. 4.

Editionem hanc invenire haud potui penes Bibliographos, quos consulere licuit.

Cremonae Civitatis. Statuta. *Vide* Statuta.

Cremonensis Apollinaris. *Vide* Offredi Apollinaris.

Digitized by Google

Cremonensis Eusebii. Vita S. Hieronymi e latino in Italicum Sermonem traducta a F. Benigno Milanensi. *Vide* Vita S. Hieronymi ..... XIII. D. 44.

Cremonensis Gerardi. Avicennae opera ex arabico in latinum versa. *Vide* Avicenna.

Cremonensis Gerardi. (*Iunioris*). viri clarissimi Theorica planetarum feliciter incipit. *Hic titulus colore rubro excusus legitur in fronte primae paginae. Ad calcem opusculi haec notata reperi*: Explicit Theorica planetarum Gerardi cremonensis astronomi celebratissimi. Impressa Venetiis per Franciscum renner de Hailbrun.

M. cccc. lxxviii.

P. Franciscus niger Venetus. lectori felicitatem.

Sidereos coeli motus : nuntantiaq3 astra :
Et phaetontaeos perlege lector equos.
Impressi fuerant reges : impressaq3 bella :
Quae gessere patres auspice digna Iove.
Sed qui bella regit : pacis qui foedera iungit
Iuppiter : et mundus iure legendus erat.
Bene Vale.

In 4.°..... XII. B. 12.

Typographi solertia tum ob characteris rotundi elegantiam , tum ob chartae albedinem , et firmitatem commendari debet. Signaturis , custodibus , et plagularum numeris margines satis ampli hujus libelli nullo pacto occupantur. Initiales florentes , et schemata sphaerica xylographica visuntur.

—— *Vide insuper* Sacro Busto Ioannis de.

Crescentii Petri. Agricultura , *ex latino italice versa. Primo folio verso Auctoris prooemium adest ad* fratrem Americum Placentinum Ordinis Praedicatorum , *et ejusdem epistola nuncupatoria ad* Regem Carolum *sub hoc unico titulo :* Liber Petri Crescentii de Agricultura Foeliciter Incipit. *Tabula librorum , et capitum adcedit , cujus in fronte legitur*: Tavola del libro delle villereccie utilita di pietro crescientii cittadino dibologna adonore del Serēnissimo (sic) recarlo. *Opus titulo huic subiectum est typis uncialibus expresso.* Incomincia illibro della Agricultura di Pietro Crescentio Cittadino di Bolognia ad honore didio et del Serenissimo Re Carlo. *Ad calcem voluminis*: FINIS. *deinde Notavit Typographus.*

IMPRESSUM EST HOC OPUS FLOREN
TIE PER ME NICHOLAUM DIOCESIS
VRATISLAVIENSIS, DIE
XV. MENSIS IULII.
ANNO. D. M.
CCCC.LXXVIII.

Digitized by Google

In folio..... XII. F· 27.

Inter elegantes Florentinas editiones haec sane recenseri debet, quum rotundis characteribus satis nitidis, quamvis paulo inaequalibus, et charta praestantissima Typographus usus sit. Foliorum numeri, et custodes desunt; signaturas vero expressas inveni. Quaevis perfecta pagina lineas continet 43. In marginibus superioribus libri indicantur quadratis litteris; initiales minoribus formis expressae fuerant in spatiis, sed Minicularius, qui primam operis paginam deaurata littera, et floribus ornavit, eas rubro, et caeruleo colore depinxit. Haec editio inter italicas principem locum obtinet, ut *Apostolus Zenus* adserit in *notis ad Fontaninum Tom. II. pag. 333*, qui diserte contra eumdem *Fontaninum* probat *Crescentium* opus suum latine exarasse.

—— Exemplar alterum..... IX. H. 16.

—— Alia editio. *In calce legitur:* Impressum Venetiis Die ultimo mensis Maii. anno MCCCCV. *Fortasse* 1495. *ut observat* Denis pag. 389 *et* Pinelli Tom. IV. pag. 69. In 4.°..... VIII. B. 12.

Crotti Bartholomei epigrāmatum elegiarumq3 libellus Matthei marie boiardi bucolicon carmen. *Haec typo gallo-franco majusculo cernuntur in medio folii primi: folio verso legitur epigramma Excusoris, cum inscriptione:* Magnifico, ac generoso equiti: Comitiq3 nobilissimo Francisco mariae Rongono regii lepidi presidi iustitiaeq3 assertori clientulus Ugo rugerius. S. P. D. *Folio secundo extat nuncupatoria epistola Auctoris* Venerando Theophylo Zobolo. *Absoluto elegiarum libello, sequitur.* Claris. poetae Matthei marie boiardi bucolicon carmen. Ad illus. et excel. Ducem Herculē estensem. *In calce hujusmodi Typographus notavit:* Impressum regii per me Ugonem rugerium civem regiensem. Anno domini. M. cccc. die. i. Octobris. In 4.°..... X. B. 64.

Hujusmodi editionis *Tiraboschus* diserte mentionem facit. *cap. IV. pag. 381.*

Crottis Pauli de. Cremonensis. Brevis relatio vite mortis exequiarum ac virtutum domini dñi Petri Ferrici tituli sancti Sixti presbiteri Cardinalis et episcopi Tirasonēn. *In fine hujusmodi opusculi haec tantum leguntur:* Paulus de Crottis Canonicus Cremonēn. sedis apostolice acolitus numerari⁹. ob integram fidem. devotam gratamq3 clientelam. perpetuo merens ac lugens. Finis. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. B. 9.

De hoc opusculo typo gallo-franco *Eucharii Silberi* excuso, vide *Audiffredi catal. Rom. Edit. pag. 231* sub titulo *Ludóvici Imolensis.*

C U

Cubae Ioannis Ortus Sanitatis. *Hic titulus in prima folii pagina habetur, majusculis elementis gallo-francis excusus. Aversam paginam occupat figura Medicorum scholam exhibens. Folio secundo incipit* Tractatus de herbis, *ad cujus finem haec leguntur:* Hec de herbis et arboribus et q̃ ex his ad usum

Digitized by Google

medicine ocurrūt sufficiant. In folio parvo..... IX. G. 24.

In hoc nostro exemplari desiderantur alii tractatus ejusdem Auctoris, scilicet *de Animalibus, et reptilibus, de Avibus, de Piscibus, de Lapidibus, et de Urinis*, in cujus fine extat typographica nota: hinc a praecipuis Bibliographis, praesertim *Zapf pag. 104. de la Valliere Tom. I. pag. 455. Braun P. II. pag. 221. Laire P. I. pag. 187.* didici editionem hanc evulgatam esse *Moguntiae anno 1491.* ex typis *Iacobi Meydenbach.* Integrum hoc opus gallo-franco charactere in duabus columnis impressum est, quarum singulae 48. lineas comprehendunt. Caret custodibus, paginarum numeris, ac litteris initialibus, quae a Miniculario suppletae fuerunt rubro, vel caeruleo colore; signaturas tamen adposuit Typographus. Totum volumen scatet figuris ligneis valde rudibus, quae ab eodem Miniculario fuerunt depictae.

CURTII Q. RUFI. Historiae Alexandri Magni Regis Macedonum libri IX. *Incipit opus absque titulo, aut inscriptione, his verbis*: Inter hec Alexander ad conducendum ex peloponeso militem Cleandro cum pecunia misso. *In calce operis*: Quinti Curcii ruffi historiarum Alexandri magni Regis Macedonum liber nonus explicit. *His subiectum legitur:*

Loquitur lector ad Vindelinum Spirensem
Artificem qui. Q. C. reddit in lucem.
Vindeline mee prius hic rediturus in auras
Spiritus: et corpus linquet inane meum.
Quam tua nobilitas virtus atque inclita fama
Pectore labatur candide amice meo.

In folio parvo..... XII. E. 36.

Haec perantiqua editio, quam Bibliographi fere omnes principem adpellant, tam ob ejus venustatem, quam ob insignem raritatem merito bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Opus enim charactere romano, eoque pereleganti impressum habetur. Charta est alba, admodum firma ac laevigata, in qua Typographus amplos reliquit margines. Lineae in quavis pagina 32. numerantur. Signaturae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri, nullaeque initiales litterae. Libris nulli sunt praefixi tituli, et solummodo vacuo spatio inter se discernuntur. Quoad annum impressionis aliqui eam referunt ad annum *1471.* uti *Fabricius in Bibl. lat. Tom. I. pag. 571.* alii ad annum *1470.* uti *De Bure Hist. I. pag. 509. Maittairus pag. 292. Crevenna Tom. IV. pag. 71.*

—— Alia editio. *Incipit*: Inter hec Alexander ad conducendum. *In calce*: Finis gestorum Alexandri magni que. Q. Curtius Rufus vir Romanus litteris mādavit. Et Pōponi⁹ nr̄o tēpore correxit. Ac Georgius Lauer impressit.
In 4.° magno..... XII. E. 17.

Est haec editio romano charactere excusa, in 4.° non in fol., uti male aliqui notarunt, sine signaturis, numeris, reclamantibus, registro, ac titulis impressis. Initiales, quae deerant, a Miniculario suppletae fuere rubro, vel caeruleo colore: at principem in primo folio, ejusque margines auro, floribusque decoravit. *Audiffredus* pag. 387. eam memorat, et *Rossi pag. 66.* refert ad annum 1470.

—— Alia editio. *Titulus in fronte operis, quod incipit secundo folio re-*

Digitized by Google

cto , hoc pacto excuditur uncialibus litteris : Q. Curtii de rebus Gestis Alexandri magni Regis Macedonum liber Tertius. *Ad calcem Typographus notavit* : Hos novem. Q. Curtii libros de rebus gestis Alexādri Magni Regis Macedonū quanaccuratissime (sic) recognitos impressit Mediolani Antonius Zarotus opa et impendio Iohannis legnani. Anno domini. M. cccc. lxxxi. Die. xxvi. Martii. In 4.° majori..... XX. F. 17.

Exemplum hoc nostrum postillis MSS. marginalibus praeditum est , et quidem charactere *Antonii Seripandi* possessoris , cujus subscriptio cernitur in calce voluminis.

—— Alia editio. *Titulus in fronte , uti supra. In calce* : Hos novem. Q. Curtii libros de rebus gestis Alexandri Magni Regis Macedonū quanaccuratissime (sic) recognitos impressi fuere Verone anno domini. M. cccc. lxxxxi. Die. xviii. Augusti. *Sequitur* Registrum Huius libri. In folio..... XX. F. 18.

Extant pariter postillae MSS. in marginibus eaeque sunt Possessoris *Antonii Scripandi*, ut docet eius subscriptio in calce.

—— Alia editio , *cum castigationibus* Bartholomaei Merulae. *Praeit nuncupatoria epistola cum inscriptione:* Bartholomaeus Merula generoso adolescenti Frācisco Georgii cornelii eq̄tis et decemviri clarissimi filio salutem. *Epistola data est* Venetiis. Mcccclxxxxiiii. Tertio nonas Iulii. *In calce operis Typographus notavit*: Hos novem. Q. Curtii libros de rebus gestis Alexādri magni regis Macedonum q̄accuratissime castigatos ab eruditissimo viro Bartholomaeo merula. Impressit Venetiis Ioannes de Tridino alias Tacuinus. Anno. M. cccc. xciiii. die. xvii. Iulii. *Sequitur* Registrum hujus operis, *cui subditur Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum , in cujus medio extat duplex circulus secundum horizontem sectus , linea perpendicularis exurgit , in medio lineae horizontalis , quae in crucem duplicem ultra peripheriam desinit. Litterae* Z. T. *hinc et illinc in inferiori arcu circuli visuntur.* In folio..... XX. F. 16.

—— Alia editio , *quae cum praecedenti perfecte convenit. In calce :* Hos novem. q. Curtii libros de rebus etc. etc. Impressit Venetiis Ioānes de Tridino alias Tacuinus. Anno. M. cccc.xcyi. iiii. nonas decembris. *Sequitur* Registrum hujus operis, *ac Typographi signum.* In folio..... ..... XX. F. 15.

—— *Italice Opus* a Petro Candido , *seu* Decembrio *versum. Titulus uncialibus litteris excusus , ita legitur in fronte primae paginae* : Incomincia. la Historia. Dalexandro. Magno. Figluolo (sic). Di Philippo. Re Di Macedonia. Scripta. da Quinto. Curtio. Ruffo. Historico. Eloquentissimo. Et Tradocta. Invulgare..... Da. P. Candido. Della Quale. Questo E Il Terzo. Libro. Perche. Ilprimo. El Secondo. Atempi. Nostri. Nonsi. Truovano. Mandata. A Philippo Maria. Duca. di Melano. *Ad calcem traductionis iisdem characteribus haec habentur expressa.* Finisce El Duodecimo Et Ultimo Libro Della Historia Dalexandro Magno Figliuolo di Philippo Redi Macedonia. Scripta Daquinto Curtio Ruffo Auctore Eloquentissimo Et Tradocta Invulgare al Serenissimo Principephilippo Maria Duca di Melano Dipauia et Angiera Conte Et Di Genova Signore ,

Digitized by Google

Da. P. Candido Suo Servo Nel Anno. MCCCCXXXVIII. Addi XXI. Daprile Inmelano. *Post mediam lineam haec sequuntur iisdem typis excusa*: Alserenissimo Principe Eh (et) Excellentissimo Signore. Philippo Maria Ducha di Melano: Dipauia Et Angiera Conte Et Di Genova Signore. Incomincia La Comparatione di Caio Iulio Cesare Imperadore. Et Dalexandro Magno Re Di Macedonia. Da. P. Candido Ordinata Col Giudicio Suo Insieme Felicemente *Ad calcem* Comparationis *haec notantur*:

Finisce La Comparazione Di Caio Iulio Cesare Imperadore Maximo Et Dalexandro Magno Redi Macedonia. Ordinata Da. P. Candido. Col Suo Iudicio Insieme. : Felicemente. DallOriginale. Impressum. Florentiae. Apud. Sactum. (sic) Iacobum. De. Ripoli. Anno. MCCCCLXXVIII.
In folio minori..... XII. D. 3.

Pulchra editio, ac inventu difficilis, eleganti charactere Romano excusa, cum signaturis, sed sine numeris, custodibus, et registro.

Curtii Quinti. Epistolarum libri IV. *Haec in primo folio recto majusculis gallo-francis typis sunt impressa.* Quinti Curtii epistola4 liber. i. = Q. C. de auctoritate data hanibali liber secundus = Q. C. epistola4 liber tertius = Q. C. orō otra asentatores et detractores liber quartus = Q. C. epistola4 liber quintus. *In aversa pagina excusa adparet nuncupatoria epistola sub inscriptione.* Magnifico et generoso eqᵒti comiti Franciscomariae Rangono: ac pro Illus. et excellentissimo. Hercule Duce Ferrariae. Regii lepidi praefecto Ugo Rugeriᵒ regiensis. S. P. D. *Ad calcem legitur*: Quinti Curtii. et aliorum epistolae expliciunt. Laus deo. Impressum in inclita civitate regii: per me Ugonem de rugeriis civem regiensem. Dominante bononiae Ioanne. ii. Bentivolo. Anno domini. MCCCCC. ultimo augusti. In 4.°..... IX. A. 17.

Cusa Nicolai de. Episcopi et Cardinalis Brixiensis. Opuscula varia, *quae duobus comprehenduntur Tomis. In Tomo I. folio primo averso legitur* Prohemium, *in quo multa in Auctoris laudem scripta habentur.* ***Prooemio brevis materiarum in primo tomo pertractatarum*** Index *subnexus est.* De docta ignorantia libri tres, *quos* Iuliano Cardinali preceptori suo *inscripsit Auctor* = Apologia docte ignorantie, *quam libri duo* de Conjecturis *eidem* Cardinali *dicati excipiunt* = Tractatus de filiatione dei, *inscriptus* Confratri Conrado de Wartberger canonico monasterii Memfelt = Dyalogus de genesi. M. cccc. xlvij. Leodii *conscriptus. Hujus interlocutores sunt* Conradus *et* Nicolaus. Ydiote libri quatuor. *In fine libri quarti legitur:* Fabriani. xiij. septembris. N. Card. S. Petri. *His deinde subiectum habetur:* Altissimarum theoriarum libri huius voluminis Sancte Memo. Reverendissimi in Christo patris ac domini domini Nicolai de Cuza Sacrosanctę Romane ecclesie titl. sancti Petri ad vincula presbiteri Cardinalis Episcopi Brixieñ. in cardinalatu et ante: mira claritate ingenii illuminatissimoque intellectu compositi hoc faceto terminantur termino.

In secundo Tomo idem Prohemium, *qui primo, et materiarum* Index *prae-*

Digitized by Google

missi sunt. Incipit deinde Tractatus de visione dei adabbatem et fratres in Tegerusee = De pace fidei = Reparatio Kalendarii, *in cujus fine sequens habetur notitia*: Collectus fuit tractatus iste per praefatum reverendissimum patrem et recitatus Basilee in concilio Anno domini 1436. Sed nihil tunc per sinodum ibidem actum est = Tractatus de mathematicis complementis Beatissimo pape Nicolao quinto *inscriptus* = Cribratio Alchoran. Pio secūdo *dicata* = De Venatione sapientiae = Dyalogi de ludo globi. Interlocutores Nicolaus. Et Iohannes dux Baiobarie = Compendium eorum circa quae consideratio versari debeat = Trialogus de Posses. *In hujus fine sequens legitur notitia:* Finis Trialogi aut verius stelle habiti a sapientissimo et R. P. D. Nicolao de Cusa san. Ro. Ec. pbro. Cardinale. tit. Sancti. Petri ad vincula Cum duobus familiaribus suis D. Bernardo Cancellario Archiepiscopi salzburgen. et Io. Andrea Vigenio Abbate monasterii sancte Iustine de Sezadio = Contra bohemos = Tractatus de Mathematica perfectione *inscriptus* Reveren. domino Anthonio S. R. E. pbrō Cardin. tit. sancti Crisogoni = De berillo = Ad Reverendum patrem dominum Gerardum Epm Soloñ. de dato patris luminum liber. = Libellus dequerendo deum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto Maguntie compilatus = Dyalogus de apice theorie. Interlocutores Rev. dñs Cardinalis. Et Petrus de Ercklenlz tunc temporis canonicus postea decanus ecclesie beate Marie Aquensis Leodien. diocess. *In calce operis:* Explicit libellus de Apice theorie. In folio parvo. Tom. II..... VII. A. 10-11.

Sine typographicis notis. Hac de editione, exceptis *Denis in supplemento. pag. 548. et Braun Par. II. pag. 46.* ceteri Bibliographi, etiam praestantiores altum tenent silentium, ex quo ejusdem raritas adparet. Typus est gallo-francus minusculus: charta est munda, alba, et firma, sed minus polita, in qua Typographus amplos reliquit margines. Desunt initiales litterae, custodes et paginarum numeri.

C Y

Cyllenii Bernardini. Commentaria in Tibullum. *Vide* Tibulli.

S. Cypriani Carthaginensis Episcopi. Epistolae *ex recognitione* Io. Andreae Episc. Aleriensis. *Praeit ejusdem* Aleriensis Episcopi ad Paulum II. Venetum Pon. Max. in epistolas divi Cypriani Epistola. *Hanc protinus excipit* Epistolarum Sācti Cypriani Martyris Carthaginensis Episcopi tabula. *In calce*:

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus suueynheim: Arnoldus pānartzq3 magistri.
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum
M. cccc. lxxi.

Digitized by Google

In folio..... XIII. F. 16.

Editio princeps, uti Bibliographi nonnulli autumant, ad quam Veneta ejusdem anni expressa est, emendatis tamen vitiis quibusdam typographicis, quae in hac Romana editione occurrunt. Ex Epistola *Aleriensis* liquet hanc *S. Cypriani* editionem praecessisse editionem Sacrorum Bibliorum, quorum impressionem, propter chartae majoris defectum, interrumpere coacti fuere ipsius Opifices. Has autem Epistolas se exscripsisse refert laudatus *Alteriensis Episcopus* ex vetusto codice Parisiensi, quum studiorum causa in eadem urbe versaretur. Desunt in hac editione signaturae, custodes, foliorum numeri, ac initiales, quae Miniculatoris industria colore rubro vel caeruleo suppletae fuere; at princeps littera in prima pagina, ejusque margines auro, floribusque affabre ornati adparent.

—— Alia editio. *Tabula primo folio verso incipit, et in fronte quintae paginae titulus adparet Epistolis praefixus*: Incipiunt epistolae Cecilii Cypriani ad Cornelium Papam. Et prima de confessione. feliciter. *Post* Cipriani Epistolas, *ejusdem Tractatus ad* Quirinum *adversus* Iudaeos *excuditur cum tabulis capitum, et alius* de revelatione Capitis beati Iohannis Baptistae, *quo absoluto legitur*: Loquitur lector ad Vindelinum spirensem Artificem qui Epistolas Beati Cipriani reddit in lucem

M. cccc. lxxi.

In folio..... XIII. F. 6.

Rarissima haec editio iudicatur a Bibliographis, in qua papyri mundities, et firmitas, elegantis rotundi typi delectus, et marginum latitudo Typothetae solertiam haud parum commendant. Spatia initialium vices gerunt, et Miniculatoris peritia indigent. Custodes, foliorum numeri, et signaturae omnino desiderantur.

—— Exemplar alterum..... II. F. 21.

—— Alia editio. *In folio secundo recto incipit praefatio illius, qui textum recognovit, his verbis*: C. de P. Iacobo grasolario civi veneto salutem dicit. Vellem equidē Iacobe carissime etc. etc. *Adcedit* Tabula Epistolarum, *quibus elogia* S. Cypriani *ex* S. Hieronymo *et* Lactantio *subduntur. Opus deinde incipit a titulo*: Caecilii Cypriani ad Corneliū papam de fidei Christi cōfessione cōgratulantis et hortantis: ut constanter et firmiter ad omnē patientiam p⁹severet. *Nota typographica ad voluminis calcem legitur*: Divi Caecilii Cypriani viri sanctissimi et eloquētissimi epistolas exactissime r⁹cognitas Lucas Venetus Dominici filius solita diligentia ꝑpressit Venetiis Anno salutis M.cccc.lxxxiii. pridie nonas decembris. Finis. *Sequitur* Registrum.

In folio minori..... II. E. 12.

—— Exemplar alterum..... II. E. 13.

—— Alia editio. *Praecedit* Tabula materiarum epistolarum beati cipriani martiris scdm̄ ordinem alphabeti. *Expleta tabula, quae 18 foliis constat, adcedit folium vacuum, in cujus adversa parte ad finem legitur elogium* S. Cypriani *praeposito titulo*: Ex libro beati iheronimi de viris illustribus de beato cipriano. *Deinde* Incipiunt epistole cecilii Cypriani si martiris et archiepiscopi carthaginensis. oratoris

Digitized by Google

excellentissimi. *Absolutis epistolis adcedunt*: Sermo augustini de sancto cipriano martire ⁝ Oratio beati cipriani martiris ⁝ Item Oratio beati cypriani martiris quam sub die passionis sue dixit ⁝ Passio sācti cypriani episcopi et martiris. *Ad calcem haec leguntur*: Explicit epistolae (sic) gloriosi martiris cipriani cartaginēsi epī q̄ q̄ꝫta eloquētia quātaq3 doctrina inter Catholicos doctores refulserit epistolo eiꝰ splendidissime v̄bo4 ortu sētentiāq3 vbꝫtate optime testificantur. *Hinc novus signaturarum ordo sequitur sub hac inscriptione*: Incipit prologus in libros beati Cipriani martiris contra Iudeos editos. Qui q̄dem prologus est epistola quedā ad Quirinū scripta. *In fine voluminis*: Explicit liber tꝰcius cecilii cipriani gloriosi martiris. Archiepiscopi carthaginēsis Oratoris excellentissimi adq̄rinū. In quo libro sicut et in duobus prioribus fides catholica contra iudeorum perfidiam et gentilium errores sacrarum scripturarum testimoniis fortissime munitur et corroboratur. Deo gratias. In folio..... XIII. E. 19.

Sine ulla typographica notitia. Integrum hoc opus, gallo-franco charactere est impressum: initiales, quae deerant, suppletae sunt in spatiis a Miniculario modo rubro, modo caeruleo colore; plagularum fasciculos litteris, arabicisque notis signavit Typographus; desunt tamen custodes, et paginarum numeri. In quavis pagina 40. numerantur lineae. Hujusmodi editionis mentionem faciunt *Crevenna Tom. I. pag. 92. n. 410.* qui eam refert ad annum 1476, et *de la Valliere* pag. 151. n. 411. qui haec addit. *Edition très ancienne, sans date, sans nom de Ville, ni d'Imprimeur, imprimée à longues lignes, avec des signatures au bas des pages; le caractere a beaucoup de ressemblance avec celuis des Offices de Cicéron, imprimé a Mayence en 1465.*

—— Carmen de Ligno Crucis. *Extat impressum cum opere* Iohannis Pici Mirandulae. *Vide* Pici.

S. Cyrilli Episcopi. Quadripartitus Apologeticus. *In fronte primae columnae folii primi is titulus legitur*: Incipit. Quadriptitꝰ apologeticus Cyrilli epī de greco ī latinū translatus q̄ relucet moraliter ī phꝰia ethica p̄ q̄tuor Cardinales virtutes et morales. *In fine nulla subscriptio.* In folio..... II. E. 14.

Nulla typographica nota in hac editione, quae gallo-franco charactere excusa est, sine numeris, et custodibus, *sed tantum* cum signaturis. Duabus columnis textus exhibetur, quarum unaquaeque lineis quadragenis constat. *Ejus* meminerunt *Denis pag. 546.* et *Morellius Tom. I. pag. 59.*

Cyrilli. Opusculum de dictionibus, quae variato accentu mutant significatum secundum ordinem alphabeti cum interpretatione latina. *In fine*: Venetiis in aedibus Aldi Manutii, Romani Decembri mense. M. IIID. Et in hoc quod in caeteris nostris ab Ill. S. V. concessum nobis. *Extat cum* Dictionario Graeco. *Vide* Dictionarium.

Digitized by Google

D A

Dalmatae Simonis. Opusculum presbyteri simonis dalmate ex civitate pharensi : in qua tractatur de baptismo sācti spiritus et virtute eius super evangelio Ioannis. *Is titulus praefigitur operi gallo-franco charactere excusus. In calce haec Typographus notavit*: Hoc opusculum composuit predictus sacerdos Simon pharensis rector ecclesie sancte marie de murelis paduāe diocesis. Anno dn̄i nr̄i iesu christi Mcccclxxv. tempore. D. D. SIXTI Pape quarti.
IMPRESSUM VENETIIS PER MAGISTRUM GUILIELMV̄ GALLUM
PRINCIPE VENETIARUM
DIVO ANDREA
VENDRAMINO
MCCCCLXXvii. DIE XIIII. OCTOBRIS.
In 4.° parvo..... XIII. D. 35.

Dalmatarum Epistola ad Mahummedem II. *Vide* Mahummedis.

Damae. Epistola ad Marcum Brutum, *ex latina* Rinucii Thettali *versione. Extat cum epistolis* Bruti. *Vide* Bruti.

Damasceni Ioannis. Aphorismi *latine. Adcedunt* Aphorismi Rasis cum Prognosticis Ypocratis. *Hisce absolutis legitur in calce:* Expliciunt amphorismi (sic) Iohannis Damasceni et amphorismi Rasis cū prognosticis ypocratis q⁹ fuerunt inventa in sepulchro in capsa eburnea diligentissime Bonovie (sic) impressi : impensa Benedicti hectoris librarii : cura vero Platonis de Benedictis stampatoris accuratissimi. Finis. Laus Deo.
In 4.°..... VIII. B. 13.

Sine nota chronologica. Opus impressum *Bononiae anno 1489.* una cum *Aphorismis R. Moysis*, ubi excuditur anni nota. Vide *Moysis*, cum quo extat compactus.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 14.

S. Damasi Papae. Epistolae tres ad S. Hieronymum, *quarum prima* De quinque quaestionibus, *secunda* De interpretatione hosanna sciscitantis, *tertia* petentis Psalterium secundum editionem lxx. interpretum converti et emendari. *Extant inter* Tractatus *et* Epistolas S. Hieronymi, *et earum tituli occurrunt in tabulis. Vide* S. Hieronymi.

Danielis Prophetae. Insonii de Daniel ppheta. Et etiam li insonii cum le sue expositione che cōpose Ioseph propheta p revelation divina. *Verba ista in fronte huius opusculi majusculis litteris gallo-francis impressa leguntur. His subduntur somnia, quibus absolutis*: finisseno linsonii de Daniel propheta. *Tum protinus legitur*: Comenzan li insonii de yoseph. *Ad calcem Typographus*

Digitized by Google

notavit: finisseno li insonii de yoseph propheta li quali son stampadiin (sic) Bologna per mi cherubino de aliotti da fiorenza habitante in Bologna. Nel anno Mcccclxxxxi. adi. xxiiiii. di Mazo (sic) nel tempo felice del nostro signore. Regnante Illustrissimo et dignissimo signor Cohanne (sic) Secondo di Bentivogli. Laus Deo.
In 4.° parvo..... XIII. A. 25.

Opusculum istud 10. foliis contentum, gallo-franco, ac satis luculento impressum est charactere, ac nullis paginarum numeris, ac custodibus, sed tantum signaturis est instructum: ob altum Bibliographorum silentium merito rarissimis adcensetur. Auctorem vero somniorum istorum haud esse *Danielem Prophetam*, sed a somniatore quodam nimis credulo ad plebeculam decipiendam ista somniata fuisse, quilibet sanae mentis compos absque difficultate agnoscere potest.

Daniele di Castello. *Vide* Castello.

Danielis Vicentini. *Vide* Aquilani Iohannis.

Dante Alighieri. La Divina Commedia. *In fronte primae columnae cujuslibet cantus poematis pars indicatur. Titulus primi Cantus hic est*: Dantis Aligerii Poetae Florentini Inferni Capitulum Primum Incipit. *Titulis secundi Cantus*: Dantis Aligerii Poetae Florentini Purgatorii Capitulū Primū Incipit. *Tertii Cantus titulus*: Dantis Aligeri Poetae Florentini Paradisi Capitulum Primum Incipit. *Ad calcem huius tertiae partis haec notavit Typographus*: MCCCCLxxII. Magister georgius et magister paulus teutonici hoc opus mantuae impresserunt adjuvante Columbino Veronensi. In folio..... XII. G. 11.

Editio haec licet secunda huius operis, est tamen eximiae raritatis, quin imo a quamplurimis princeps habita est, nam eodem anno *Aesii* hoc opus evulgatum fuit. De hac re vide *Volta Saggio sulla Typografia Mantovana pag. 9.* et *Bibliographie instructive pag. 616.*

—— Alia editio. *Titulus praefigitur in fronte primi folii majusculis formis excusus.* Incominciano le cantiche dela Comedia di Dante Alleghieri Firentino Cantica Prima delo Inferno. *In calce voluminis legitur*: Finisse la tertia et ultima Comedia di Paradiso. delo excellentissimo poeta laureato Dante: Alleghieri di firenze. Impresso nela magnifica cipta (sic) di Napoli: cū ogni diligentia et fede. Sotto lo invictissimo Re Ferdinando: inclito Re di Sicilia ec. ec. ec. A di xii. dil mese di Aprile. M. cccc. lxxvii. Laus Deo. In folio parvo..... XI. A. 14.

Celebris est haec editio, ac ejus raritatem norunt Bibliographi fere omnes. Accurate describitur apud *Giustiniani pag. 56.* qui eam tribuit *Matthiae Moravo.* Exemplum nostrum eximium est nitore ac conservatione.

—— Alia editio, *cum Commentario italico qui tributitur* Benvenuto de Imola. *Vita* Dantis *praecedit cum titulo.* Qui comīcia la vita e costumi dello excellēte

Digitized by Google

Poeta vulgari Dante alighieri di Firenze honore e gloria delidioma Fiorentino. Scripto e composto (sic) per lo famosissimo homo missier giovani(sic)Bocchaccio da certaldo. scripto de la origine vita. Studii e costumi del clarissimo huomo Dante allegieri Poeta Fiorentino. E dellopere composte per lui incomincia felicimente (sic). E in questo primo capitulo tocha la sententia de Solone. la quale e mal seguita p^{o} gli fiorentini. *Post* Vitam *occurrit rubrica primae partis, scilicet* Inferni, *cujus titulus hic est*: Canto primo della prima parte la quale si chiama inferno. Nel quale lauctore fa p^{h}emio a tucta lopera. *Ad calcem* Comoediae *et* Commentarii *Expositor lectores monet se cassum et irritum velle, si quid Catholicae doctrinae minime consentaneum scripsisset. Sequitur* Capitulum *fidei breve symbolum continens, deinde legitur*: Paradisus tertia et ultĩa p's comedie dãtis allegierii eximii poete vulgaris feliciter explicit. *Adcedit capitulum* Busonis de Eugubio *cujus titulus*: Questo capitolo fecc messer Busone da gobbia il quale parla sopra tutta la Commedia di dante alleghieri di firenze. *Huic aliud sequitur cum iscriptione*: Questo capitolo fece Iacobo figliuolo di dante allighieri di firenze il quale parla sopra tutta la Commedia del dicto dante. *Huic adcedit Symbolum aliud Fidei, vulgo* Credo di dante *iunctum* VII. Sacramentis = X. praeceptis = VII. peccatis mortalibus = Orationi dominicae, *et alteri vulgo* Ave Maria, *cum titulo* Qui incomincia il credo di dante. *Ad calcem haec duo leguntur epigrammata.*

Dante alighieri sou minerva oscura
dintelligentia edarte nel cui ingegno
lelegantia materna agionse alsegno
che si tien che miracol de natura
Lalta mia fantasia prompta e sicura
passo il tartareo e poi il celeste regno
el nobil mio volume feci degno
di temporale e spiritual lectura
Fiorenza magna terra hebbi per madre
anzi matregna: et io piatoso figlio
gratia di lingue scelerate e ladre
Ravenna fu mio albergho nel mio exiglio
et ella ha il corpo: lalma ha il sõmo padre
presso acui invidia non vince consiglio.

Finis

Finita e lopra delinclito et divo
dante alleghieri Fiorentin poeta
la cui anima sancta alberga lieta
nel ciel seren ove sempre il fia vivo
Dimola benvenuto mai fia privo
deterna fama che sua mansueta
lyra opero comentando il poeta
per chi il texto anoi e ñtellectivo

Digitized by Google

Christofal Berardi pisaurense detti
opera e facto indegno correctore
per quanto intese di quella i subietti
De spiero vendelin fu il stampatore
del mille quattrocento e settantasetti
correvan glianni del nostro signore
Finis.

In folio..... XI. H. 9.

Editio excusa gemina columna, charactere licet gallo-franco, nitido, tamen qui non eisdem numero lineis implet paginas, quum 47. 48. et 49. repererim. *Commentaria* seorsim ad calcem capitum extant. In superioribus marginibus poematis partes indicantur hoc pacto; *Infernus*, *Purgatorio*, *Paradiso*. Signaturae adparent, sed custodes, et foliorum numeri desunt. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, nec a Miniculario suppletae sunt. Rarissima est haec editio propter Commentatoris ineptias.

—— Exemplar alterum..... XII. G. 15.

—— Alia editio *cum* commentariis Iacobi Lanaei Guidonis Terzagi et Martini Pauli Nidobeati. *Opus incipit a nuncupatoria epistola, quae inscriptionem huiusmodi in fronte gerit*: Divo Gulielmo Marchioni Montisferrati: Militiae Supremo Duci: Sacri Romani Imperii Principi Vicarioque Perpetuo. Martinuspaulus Nidobeatus Novariensis. P. F. D. *Epistola data est* Mediolani. Kalendis martiis. M. cccc. lxxviii. *In tertia pagina incipiunt* Adparatus, *quorum primo titulus praefigitur*: Al Nome D. Dio. Apparato sopra La Comedia di Danti. Aldigeri Excelso Poeta Fiorentino. *Ad horum calcem Elegia Latina* Martini Pauli Nidobeati *extat his subdita verbis* M.. P.. N.. Ad Lectorem. *Comoedia* Dantis *hunc in fronte titulum exhibet*: Alnome Di Dio. Comincia la Comedia Di Dante Aldighieri Excelso Poeta Firentino (sic) Cantica Prima Appellata Inferno. Canto Primo. Nel Quale si Prohemiza Atutta lopra. *Ad calcem* Inferni *haec excusa sunt*: Finita al nome di dio la prima cantica del glorioso poeta firentino Danti aldigeri la quale e chiamata inferno e contiene capitoli. xxxiiii. a di. xxvii septembre. Mcccclxxvii. in la citta inclyta di Milano. *Ad calcem* Purgatorii *legitur*: Finita alnome didio la seconda cantica dela comedia di Danti aldigeri excelso poeta Firentino appellata Purgatorio la quale conticne capitoli. xxxiii. adi. xxii. novembre. Mccccl xxvii. in la citta inclyta di Melano Deo Laudes. *In fine* Paradisi *notatur* Mediolani. Finis. MCCCCLXXVIII. *Adcedit* Excusatione et Protesto Finale dellauctore, *exinde* Credo di Danti et Epilogo Cerca La Santa Fede. *Haec excipit tabula* Paradisi: *adcedunt* Septem Sacramenta = Decem praecepta = Septem peccata mortalia = Pater noster = Ave Maria, *italicis tristichis exarata, exinde legitur*. Diva. Bo. Ma. cum dulei nato. Io. GZ. ducibus feliciss. Ligurie valida pace regnantibus operi egregio manum supremam LUD. et ALBER. pedemontani amico Iove imposuerunt. Mediolani urbe illustri. Anno gratie MCCCCLXXVIII. V. ID. F.

MP. N. N. CUM. GU. T. FA. CV.

Hae siglae a Saxio *recte explicantur hoc pacto*: Martinus Paulus Nidobeatus

Digitized by Google

Novariensis cum Guidone Terzago Faciendum Curarunt. *In penultima pagina registrum foliorum adest, quod verba haec in fronte uncialibus formis expressa habet*: Se Questo Volume Di Danti Fosse Tutto Disperso Et Dissipato Potrassi Per La Presente Tavola Raccogliere Et Ordinare Perche Qui E Posta La Prima Parola Dogni Cartha Lasciando Sempre Stare La Rubrica Per Non Equivocare. *In fine hujus tabulae legitur*: Deo Laus.
In folio ..... XI. H. 13.

Typus, quo Impressores usi sunt, duplex adparet; textus enim rotundo, commentarium vero gallo-franco minutiori charactere exprimitur, qui paginas dividit in lineas 66. Ex duabus columnis, quibus paginae constant, unica pertinet ad textum, nec tamen integra, ut plurimum, quum saepissime a commentario pars ejusdem inferior occupetur. In marginibus prope textum adsunt litterae alphabetico ordine dispositae, illis respondentes, quae expositionis articulos distinguunt. Tituli tam Commentarii, quam Textus uncialibus formis exprimuntur.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Christophori Landini. *Primo folio* Prooemium *incipit huic subiectum titulo*: Comento Di Christophoro Landino Fiorentino Sopra La Comedia Di Dante Alighieri Poeta Fiorentino Proemio. Apologia Dantis *prooemium sequitur, eaque absoluta, de Florentinis* Landinus *agit, doctrina, eloquentia, musica, pictura, sculptura, iure civili, ac mercatura insignibus.* Vita Dantis *adcedit, cui subiiciuntur nonnulla de poësi, et poëtarum origine. Sequitur* Marsilii Ficini *gratulatio, et encomium* Dantis, et Landini, *latino sermone, cui versio italica subiungitur; huic vero de situ et mensura* Inferni, et Gigantum, et Luciferi Statura *tractatus additur. Ad calcem haec notavit Typographus.*

FINE DEL COMENTO DI CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO SOPRA LA COMEDIA DI DANTHE POETA EXCELLENTISSIMO. ET IMPRESSO IN FIRENZE PER NICHOLO DI LORENZO DELLA MAGNA A DI XXX. DAGOSTO. M. CCCC. LXXXI.

In Folio. Tomi duo ..... XI. H. 1-2.
—— Exemplar alterum in uno volumine ..... XII. G. 4.

Hanc editionem celeberrimam plurimum commendant tabulae, quae a primis *Florentinis* Artis in aere celandi inventoribus exculptae sunt, de quibus consulantur ii, qui de hac materia ex professo disseruere. In variis exemplaribus numerus tabularum varius, sed paucae ut plurimum reperiuntur, adeo ut eximiae raritatis exemplum sit qui XIX. tabulas continet, quot scilicet a *Botticello* excusae fuere. Exemplum nostrum tribus tabulis praeditum, vel potius duabus, quum tertio loco secunda iterum impressa fuerit, quae quidem tabulae *libris I. II. III. Inferni* praefiguntur. Typographus hac in editione plures omisit versus, qui in duabus editionibus modo descriptis extant, et ex hisce omissionibus nonnullae in alias editiones posteriores irrepserunt, quae hanc veluti archetypum secutae sunt. Possessor supplementa calamo adjecit hisce duobus exemplaribus. Excusor rotundo charactere majori, et minori usus est: *Commentarium*, quod textum circumdat,

Digitized by Google

minori excuditur, et lineas complectitur 60 in paginis integris. In superioribus marginibus uncialibus formis; quae pars sit *Comoediae*, et *Cantus* indicatur: initiales parvis litteris in spatiis Impressor excudit, foliorum numeri desunt, sed signaturae, ac custodes exprimuntur.

Alia editio, *cum* Commentariis *ejusdem* Landini. *Praecedunt ea, quae in superiori editione adnotavimus.* Ad *calcem* Comoediae, *et* Commentarii *nota typographica extat huiusmodi*: Fine del comento di Christophoro Landino Fiorentino sopra la Comedia di Danthe poeta excellentissimo. Et impresso in Venegia per Octaviano Scoto da Monza. Adi xxiii. di Marzo. M. cccc. lxxxiiii. Registrum, *et* Octaviani Scoti *symbolum rubrum ultimam paginam occupant.* In folio..... XI. H. 6.

Initiales *Cantuum* xylographicae sunt, *Commentarii* vero parvis formis sunt indicatae; cetera, ut in praecedenti.

—— Exemplar alterum..... XI. H. 12.

—— Alia editio, *cum eodem* Commentario. *Opus* a Registro *in primo folio recto incipit, deinde leguntur prolegomena, quae eadem sunt in editione Florentina memorata. Ad calcem voluminis verba haec excusa fuere*: Fine del Comento di Christophoro Landino Fiorentino sopra la Comedia di Danthe Poeta Excellentissimo. Et Impresso in Bressa per Bonino de Boninis di Raguxi (sic). A di ultimo di Mazo (sic) M. cccc. lxxxvii. *Signum Typographi prope subscriptionem adest, scilicet rectangulum nigrum, in quo circulus extat secundum horizontem sectus, e cujus centro linea surgit desinens ultra peripheriam in lilium, et alia linea inclinata, figura instar litterae Z. adparet, quae perpendicularem secat; et litterae B. B. hinc illinc circa hastam visuntur.* In folio..... XI H. 3.

Rotundo charactere majori, et minori excuditur opus; minor *Commentariis* inservit, et lineas complectitur in paginis 68. Initiales, paucis exceptis, quae desunt, minoribus designantur formis; custodes, et numeri desiderantur, signaturae vero expressae habentur. Cuilibet Capitulo Tabula praefigitur xylographica, quae integram paginam occupat, sed sculpturae admodum rudis; in superioribus marginibus *Capitula*, vel *Cantus* indicantur cujusvis *Comoediae* partis. Omissiones in textu *Dantis* haec editio pariter habet.

—— Exemplar alterum..... XI. H. 4.
—— Exemplar tertium..... XI. H. 5.
—— Exemplar quartum..... XI. H 7.

—— Alia editio, *cum eodem* Commentario. *Incipit volumen a prolegomenis, ut in praecedenti editione, quibus tabula subditur, et ad calcem* Paradisi *haec Typographus expressit*: Et fine del comento di Christophoro Landino Fiorentino sopra la comedia di Danthe poeta excellētissimo. E impresso in Vinegia per Petro Cremonese dito Veronese: A di. xviii. di novēbrio. M. ccoc. lxxxxi. emendato per me maestro piero da fighino dell'ordine de frati minori. Dantis Cantica, *vulgo* Canzoni, *adcedunt, et triplici columna exprimuntur, hisque absolutis*

Digitized by Google

legitur tantum: Qui finisse lecanzone de dante. In folio..... XI. H. 10.

Duo notanda occurrunt hac in editione, scilicet omissiones in textu, quas supra indicavimus, et aliquot plagulae, in quibus textus *Dantis* eodem, quo *Commentarium* typo exprimitur; nam *Commentariorum* typus minor est. Ex initialibus principes xylographicae tantummodo sunt, reliquae minoribus formis expressae. Initio capitulorum tabella ligno incisa extat.

—— Exemplar alterum..... XI. H. 11.

—— Alia editio, *cum eodem* Commentario, *et descriptae persimilis.* Paradisi *cantico absoluto*, *haec Typographus notavit.* Fine del comento di Christophoro Landino Fiorentino sopra la Comedia di Dāthe poeta excellentissimo revista et emendata diligētemēte per el reverēdo maestro Pietro da Figino maestro in theologia et excellente predicatore del ordine de minori et ha posto molte cose in diversi luoghi che ha trovato mancāte si ĩ lo texto come nella giosa. Impressa in Venetia per Pietro de zuanne di quarengii da palazago bergamasco. Del M. cccc. lxxxxvii. A di xi. Octubrio. *Huic vero subditur* Credo di Danthe = vii. Sacramenti = x Precepti = vii. Peccati Mortali = Pater nostro di Danthe = Ave Maria di Danthe. *Sequitur* Registro.
In folio..... XI. H. 8.

Litterae initiales xylographicae florentes habentur, et figurae ligno exculptae inelegantes conspiciuntur: cetera sunt, ut in praecedenti.

—— Convivium *Italice. Titulus in fronte primae paginae hoc pacto legitur*: Convivio Di Dante Alighieri Fiorentino. *Ad calcem Typographus haec expressit*: Impresso in Firenze per ser Francesco bonaccorsi Nel anno mille quattrocento novanta Adi. xx. di septembre.
In 4.°..... XII. A. 30.

Hoc enim opere *Dante* tria *Cantica* italica a se scripta exponit, quorum textus majori typo excusus 27. complectitur lineas in paginis integris, nec *Commentario* interpolatis; minor vero *Convivio* sive *Commentario* inserviens lineas 39: et nitidus uterque est optimaeque chartae adhaerens. Custodes, et foliorum numeri desiderantur, initiales minoribus litteris in spatiis designantur.

Daretis Phrygii. Historia. De origine Troianorum. Foeliciter Incipit. *Is titulus praefigitur uncialibus formis in fronte opusculi. Dein agit de* Troianorum origine, *tamque brevi sermone, ut quindecim lineae iam eamdem absolvant. Huic subnexa est cum sequenti inscriptione, pariter uncialibus typis excusa*, Epistola Cornelii Nepotis ad Salustium Crispum. *Epistola haec aversa primi folii pagina terminatur, ac deinde sequitur ipsa historia, sub hoc titulo:* Incipit Historia Daretis Phrygii de excidio Troiae. *Ad calcem opusculi haec leguntur:*

Franciscus Faragonius ad lectorem.

Iam sunt plena malis haec tempora nostra nefandis.
Iam placet heu cunctis nocte dieq3 scelus.

Digitized by Google

Ferrea sanguineo saevit discordia mundo :
Pax abiit nusq̄ cernitur alma fides.
Ambitione truci miseraq3 cupidine rerum
Labitur humanum tartara ad ima genus.
Foeda gomorraeo iam putent saecla veneno
Hoc omnis vitio ducitur ordo virum.
Credimus en sacros verum cecinisse prophetas
Bellis igne fame sulphure cuncta ruent.

Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq3 Daretis Phrygij de bello Troianorum ac Graecorum : in nobili vrbe Messanae cū eximia diligentia impressa per Guillielmum Schonberger de Franckfordia Alamanum tertiodecimo calendas Iunii. M. cccc. xcviij.
In 4.°. ..... XIX. F. 45.

Extat cum Dicte Cretensi.

—— Alia editio. *In fronte opusculi legitur :* Iesus Maria. Dictus Cretensis de Historia Belli Troiani et Darses Priscus (sic) De Eadem Trojana. *In calce post epigramma* Francisci Faragonii ad Lectorem, *haec subscriptio legitur* : Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq3 Daretis Phrygii de bello Troianorum ac Graecorum in inclyta urbe Venetiarum cum eximia diligētia impressa per Cristoferum Mandellum de pensis Kalendis Martii. M. cccc. lxxxxix. Laus deo et beate virgini. *Adcedit* Registrum Operis. *Huic typographicae notae notitia Possessoris voluminis legitur* : Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.
In 4.°..... XIX. F. 13.

—— Alia editio. *In fronte ejusdem legitur* : Historia de origine Troiano4 : feliciter lege. *Sequuntur ea, quae in superioribus editionibus observavimus, et in calce nulla subscriptio, sed tantummodo* Finis. In 4.°..... IX. A. 55.

Editio haec antiquissima, et rarissima Bibliographis parum hucusque cognita, qui etiam aliquam editionem *Daretis* sine anni, loci, et Typographi indicio recensent ; an autem eadem sit cum nostra, discernere nequeo. Opusculum hoc typis semi-gallo-francis excusum, qui cum characteribus romanis *Ioannis Gensberg* maxime conveniunt, xiv. foliis absolvitur, et quaevis pagina 33. lineas complectitur. Litterae initiales plerumque sunt omissae, quandoque parvas adposuit Typographus. Signaturae adparent, at paginarum numeri, ac custodes desiderantur. Charta est firma, sed parum alba.

Dati Augustini. Elegantiolae. *In principio adest nuncupatoria epistola huic inscriptioni subiecta:* Bonus Accursius Pisanus salutē dicit plurimam Magnifico equiti aurato et sapiētissimo ac primo ducali secretario Ciccho Simonetae. *Operi vero verba haec praefiguntur* : Augustini Dati Senēsis Isagocicus libellus ī eloquentiae praecepta ad Andream Christophori filium. *Typographus in calce notavit* : Hoc opus ē impressum opera et impensa Philippi de Lavagna civis Mediolanensis anno a natali christiano M. cccc. lxxvi. die v. Martii. *Deinde* Registrum *subnectitur.* In 4.° parvo ..... IX. A. 5.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In calce*: Expliciunt ellegātiolae (sic) Augustini. Dati impresse Verone. Anno dñi. M. ccccIxxxIIII. Quarto calendas sextiles. Valeas lector.
In 4°..... IX. A. 40.

Sine Typographi nomine.

Dati Iuliano. Poëmatium Italicum, *cujus argumentum eruitur ex prima stropha ejusdem.*

Omnipotēte idio chel tuo potere
governa ilmōdo e cieli tuttiquāti
dammi tāta virtu tāto sapere
che in versi vulgari io rimi e cāti
secondo la tua legie el tuo volere
sempronorādo te tua matre e santi
del prĩcipio di frāciá e sua sequētia
edi ciaschun suo rẽ e sua potentia.

In fine huiusmodi Poëmatii legitur: Finita la storia di tutti e Re di francia e massime de Re Carlo moderno e del passare in Italia e della guerra da lui facta nel reame di Napoli colletta p più storiografi antichi e moderni e messa in versi p M. Iuliano dati ĩ Roma

FINIS.

In 4.° parvo..... XII. B. 41.

In hoc opusculo, cui desunt typographica indicia, quinque octosticha in quavis columna exprimuntur, charactere semi-gallo-franco, cujus Excusor fuit fortasse. *Io. Besicken.* Praeter ornatum, qui totum primum folium rectum ambit, in medio ejusdem extat tabella ligno incisa, in qua occurrunt variae figurae, quarum duae Romanum Pontificem, et Francorum Regem equis insidentes, ac milibus stipatos exhibent. Totum Poematium constat sex foliis, et propriis signaturis instructum est, caret tamen foliorum numeris, et custodibus.

—— Del diluvio de Roma del Mccccxcv. adi. iiij. de Decembre. *Is titulus praefigitur charactere gallo-franco in summitate ornatus, qui primam paginam ambit. In calce*: fine del trattato delli cielesti segni e delle moderne tribulationi e della ultima acqua inundata in nellalma veneranda e santa cipta (sic) di Roma nella nostra ferrea ut ultima etade e collecta e messe in versi per messer Iuliano de dati a laude della cielestial corte. i. 4. S. 5.

FINIS.

In 4.° *Extat compactus cum praecedente*..... XII. B. 41.

Constat libellus hic quatuor paginis, in duas columnas tributis, et in unaquaque columna quinque octosticha leguntur. Character idem est, quem in praecedente opusculo observavimus, sine signaturis, custodibus, ac numeris foliorum. In medio ornatus primae paginae extat figura ligno incisa, quae Romam aquis inundatam repraesentat, hominesque scaphis vias trajicientes. Apud *Quadrium* nec primi, nec huius secundi Poëmatii vestigium ullum invenitur, nec penes Bibliographos mihi reperisse contigit.

Digitized by Google

DATI LEONARDI. Sphaera *Italicis octostichis*. In 4.° ..... XII. A. 4.

Sine ullo typographico indicio. Artificium impressoris in hac editione plurimum commendari debet, quum elegantibus formis rotundis chartae firmae adhaerentibus typus exprimatur. Signaturae, custodes, et foliorum numeri nullam latissimi marginis partem occupant; nam penitus iis volumen destituitur. Constat plagulis 24, ac tria octosticha in quavis pagina occurrunt; nec titulo, nec subscriptione opus praeditum est. An haec editio illa sit, quae refertur in catalogo *Pinelli Tom. IV. pag. 271.* iudicari minime potest, quum excepto indicio formae in 4.° nullum aliud habeatur.

—— Alia editio, *in cujus calce notatur dumtaxat:* Finis: In folio minori..... XII. C. 37.

Haec editio pariter notis typographicis destituta constat foliis 18. absque numeris, custodibus, et signaturis, et ex initialibus aliquae parvis formis indicantur. Typus rotundus est, et elegans, eoque octosticha quatuor in quavis pagina exprimuntur. Hanc penes Bibliographos editionem mihi reperire haud contigit.

D E

DECEMBRII PETRI CANDIDI. De genitura hominis. *Praeit* Tabula. *In calce extat brevis epistola* Angeli Typhernatis, *quae opusculum claudit; legitur enim* Angelus Typhernas colendo patri. D. Petro de Nigionibus nobili Ianuensi ac. S. Gregorii Monasterii dignissimo abbati salutem. Commentariorū quorundam Germanici impressores opera fastiditi iocundum opusculum percunctati sunt. Nos candidi variarum rerum annotationes scitu quidem pulcherrimas proposuimus Tibiq3 patrī studiosissimo asscripsimus (sic). nihil amplius videri cupientes q̄3 opusculum esse Candidi. nostra vera diligentia et illorum industria impressum. Tu enle (sic) et dum legeris ignoscas extere nationi et errata castigato. Finis. In 4.° *Vide* opuscula varia..... VIII. B. 74.

Opusculum est impressum characlere gallo-franco *Io. Besichen*, cum signaturis, secus vero de foliorum numeris, et custodibus, qui desunt, constatque foliis VI. *Audiffredas pag. 378.* mentionem facit huiusmodi editionis.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 28.

—— Traductio e *graeco in latinum librorum* Appiani, de bellis civilibus Romanorum, Illyrici et Celtici. *Vide* Appiani.

—— *Ejusdem versio librorum* Appiani Romanae historiae, *scilicet* Lybici, Syrii, Parthici, *et* Mithridatici, *Vide* Appiani.

—— *Ejusdem versio italica e latino idiomate.* Q. Curtii De rebus gestis Alexandri Magni, cum Comparatione *ejusdem* Candidi, C. Iulii Caesaris, et Alexandri Magni. *Vide* Curtii.

DECII LANZALOTTI, *seu* LANCELLOTTI. Super prima. ff. veteris cum additionibus per eum additis. *Haec charactere gallo-franco excusa leguntur in medio folii primi. In calce:* Et sic explicit prīa ps ff. vet⁹. Eximii et sanctimonie dediti d. Lan-

Digitized by Google

zeloti Decii mediolanēsis. Legentis in almo Ticinēsi studio: p̄mā tenētis cathedram. impressum opera et impensa ac summo studio sculptū ꝑ Christophorū de canibus civem p̄p̄ ad Laudem Dei Mcccclxxxxviiij. die. iij. Iunii. Finis. *Sequitur sub eodem signaturarum ordine* Tractatus de iudiciis. *In calcé* : finit interpretatio tituli. ff. de iudiciis edita a sincero iuriscōsulto. Dño Lanceloto Decio. in cujus scriptis plus utilitatis est ꝙ ostentationis. Christoforus de canibus Decii compater et assiduus scriptorū Decii vigil sculptor impressit et ex Iohānis canis papiē. discipuli ꝑgrati copia trāsumpsit. Anno incarnatiōis domice (sic). Mcccclxxxxviiij. Iulii. xvij. luce vespera4 hora finivit feliciter. In folio..... VII. C. 34.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 39.

—— Scripta in primam C. partem Domini Lācelloti Decii. que studiose si intentus ꝑlegeris. Decium iurisconsultū verū. sincerū nec ambitiosum invenies. *Haec rubro charactere gallo-franco leguntur in fronte primae columnae folii primi. In calce.* Expliciunt scripta consumatissimi ac disertissimi I. U. doct. domini Lancellotti decii Mediolanensis in primam. C. partem. Papie impressa per Christoforum de canibus anno. M.cccclxxxxv. Die secunda Martii. *Adcedit sub alio signaturarum ordine:* Scripta in sēdā C. partem. *Et in calce haec notavit Typographus:* Et sic explicit divinum opusculum comētario4 sup sēdā C. partem. Eximii et sanctimonie dediti. D. Lanzeloti Decii mediolanēsis. legentis in almo Ticicensi studio primā tenētis cathedrā. Impressum opa et impēsa ac sūmo studio sculptū ꝑ No. Christoforum de canibus civē p̄p̄. ad laudem dei. Mcccclxxxxviiij. Die. x. Ianuarii. In folio..... VII. C. 34.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 39.

—— Scripta in primā partem Infortiati. *In calce*: Impressum Papie ꝑ Xp̄oforum de canibus. Anno a nativitate dn̄i nostri Iesu Xp̄i. Mcccclxxxxv. Die. x. Februari. *Deinde accedunt* Scripta in secundam partem. In fortiati. *In calce:* Laus Deo. Impressum Papie ꝑ Christoforum de canibus Anno Domini. Mcccclxxxxvj. Die. viij. mensis novembr3. *Sequitur* Registrum hujus operis. In folio. VII. C. 39.

Decisiones Novae Rotae Romanae, *collectore* Guillelmo Horborch. *Operi praemittitur* Tabula novarum decisionum *quae absolvitur foliis xxii. Titulus, tum operis, tum ipsarum* Decisionum, *prima linea imprimitur, charactere gallo-franco. In calce haec leguntur:*

Anser Tarpeii custos Iovis : unde : ꝙ alis
Constreperes : Gallus decidit : ultor adest.
Udalricus Gallus : ne quem poscantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die : quantum non scribitur anno.
Ingenio : haud noceas : omnia vincit homo.

Post finem operis in folio peculiari habetur : Registrum hujus libri.
In folio..... XII. H. 26.

Haec est prima *Romanae Rotae Decisionum* editio, quam deinde aliae sequutae sunt. Bibliographi eam referunt ad annum 1470. Paginae integrae sunt linearum 37, carent tamen signaturis, custodibus, ac foliorum numeris. Exemplar nitidissimum.

Digitized by Google

—— Decisiones antiquae, *cum collectione* Decisionum novarum Guillelmi Horborch. *Praecedit* Index titulorum decisionum antiquarum *qui folia v. complectitur. Opus incipit sub hac inscriptione in prima columna folii sexti excusa:* Cōclusiones sive decisiones antique dn̄o4 audito4 de rota. *In calce hujus primae partis:* Antiquarum decisionum finis. *Sequitur*: Tabula nova4 decisionū cū suis sūmarijs, *quae xxvi. folia occupat. Ad calcem voluminis haec typographica nota occurrit rubro charactere excusa.* Anno dn̄i. Mcccclxxvij. pridie nonis Ianuarijs. Gravi labore maximisq3 impensis Romanam post impressionem opus iterū emēdatū: ātiquarū novarumq3 decisionū suis cū additionibo: dn̄o4 de Rota: in civitate Maguntina impssorie artis invētrice elimatriceq3 p̄ma Petrus Schoyffer de Gernszheym suis consignando scutis arte magistra: feliciter finivit. *Huic subnectuntur duo scutula rubra quod est signum Typographi, quod in Bibliis Moguntinis innuimus.*
In folio..... VI. E. 4.

Gallo-franci sunt huiusmodi editionis characteres, duplici in quavis pagina columna distincti, et implent lineas 60. Desiderantur signaturae, ac foliorum numeri, attamen custodes occurrunt.

—— Decisiones cum Novae, tum Antiquae ec. ec. DD. Auditorum de Rota S. Palatii, *correctae, et emendatae per* Marianum de Cuccinis. *Praecedit ejusdem Epistola nuncupatoria sequenti inscriptione*: Reverendissimo in Christo patri et dn̄o domino francisco Piccolomineo Sacrosancte Romane ecclesie dignissimo Cardinali Senensi nuncupato. Marian' de Cuccinis de Vrbe Iuris utriusq3 Doctor Canonicus ecclesie Castrē. debitam commendationem. *Expleta Epistola sequitur.* Summaria decisionum nova4 dn̄orum de Rota. *Post* Decisiones Novas *sequuntur* Decisiones antiquae, *cum* Summariis *in principio, et ad calcem* Decisionum Antiquarum *legitur*: Finis decisionum antiquarum dominorum auditorū de rota sacri palacij A domini. M. cccclxxxiij. tertio idus decēbris. Sedente Sixto quarto pontifice maximo anno eius decimotertio. *Adcedit* Registrum huius libri.

—— Sequuntur quodam (sic) conclusiones de consilijs Venerabilium virorum dominorum sacri palacij apostolici causarum auditorum tempore quo reverendissimus pater dominus Berhardus de bisgneto. sancte romane ecclesie cardinalis vir vtiq3 magne scientie et clari intellectus erat eiusdē palacij causarū auditor. per eundem dominum Berhardū de bisgneto recollecte.

—— Sequuntur decisiones que fuerunt extracte a quodam libro quem dominus Thomas falstoli compilavit super stilo causarum in palacio apostolico vertentium dum ibidem erat auditor quam compilationem recollegit ex dictis auditorum illis temporibus ibidem palacium regentium. *In calce*: Decisiones sive conclusiones. R. P. et dn̄orum sacri palacij auditorum recollecte per R. P. et dominum Thomam fastoli eiusdem sacri palacij tūc auditorem finiunt feliciter. *Sequitur* Registrum hujus libri.

Digitized by Google

In folio..... VI. E. 16.

Totum volumen impressum est charactere gallo-franco minuto quidem, sed nitido, in duabus columnis, prodiitque, ut observat *Audiffredus pag. 256.* ex officina *Sixti Riessingerii*, qui primus *Neapolim* artem typographicam advexit, et postea *Romae* impressit cum *Georgio Alemano;* uti post *Maffeium* et *Paitonium* observant *Denis* et *Audiffredus.* Idque magis innotescit, quod in calce *Decisionum Novarum* infra registrum quaternionum occurrit signum horum Typographorum cum litteris in schedula S. R. D. A. quae *Sixtum Riessinger de Argentina* indicant; sicuti ipse *Audiffredus* ad calcem *Catal. edit. Rom.* fig. 4. exprimi curavit.

—— Conclusiones sive decisiones Antique dominorum Auditorum de Rota. *Laudatus titulus legitur in fronte primae columnae folii sexti charactere majusculo gallo-franco excusus. Praecedit tabula alphabetica titulorum, quae est foliorum V. Ipsae decisiones sunt numero* Dccclxxxvii. *et ad calcem nihil aliud legitur, nisi* Antiqua4 decisionum finis.
In folio majori..... VI C. 23.

Nulla typographica nota in hac editione, quae quidem Romana est, uti monet *Audiffredus pag. 120,* charactere gallo-franco excusa duplici columna, qui quidem typus lineas 54. in paginis integris complectitur. Desiderantur custodes, signaturae, ac foliorum numeri. Primam initialem litteram auro, coloribusque Miniculator affabre pinxit.

Decreta: Sabaudie: Ducalia: tam uetera: q̄ nova: ad iusticiam et rem publicam gubernandā: pᵖpe divina: Suasu atq3 ope preclari iurisutriusq3 doctoris: domini: Petri: Care: Ducalis consiliarii: advocatiq3 fiscalis: Taurini impressa per insignē Ioannem Fabri lingoneñ: Regnante inclyto: mire indolis: divineq3 spei: Illustrissimo Phliberto: Sabaudie duce; ac Serenissima matre: Iolant: Karoli septimi. Christianissimi Francorum regis: primogenita: tutellam eiᵍ: imperiumq3 gerente: Anno a natali christiano: Milessimo: quatuorcentessimo sptugessimo (sic) septimo: Quinto decimo Kalendas decembris. *Haec descripta verba notantur in summitate primae paginae. Tabula rubricarum sequitur, quae cum verbis relatis paginas 13. complectitur. Legitur ad calcem tabulae praefatae,* Rubrice: Decretorum: Dominicalium: Expliciunt: *Opus incipit absque titulo a Decreto* Ducis Amedei; *priora verba sunt:* Medeus: Dux sabaudie: Chablaysii et auguste princeps Marchio in italia: Comes pedemontium: Gebenensis: Valentinensis et diensis dominusq3 civitatᵍ nicie ac terrarum eidem adiacentium etc. etc. etc. *Ad calcem operis legitur:* Expliciunt. Taurini: p Egregium Magistrum: Iohannem fabri lingonensis: Laus deo.
In folio min..... XII. H. 53.

Initiales prorsus omiserat Typographus, at penicilli ope a Miniculario insertae sunt variis coloribus in spatia. *Gioseppe Vernazza, Lezioni sopra la stampa pag. 28.* hujus rarae editionis meminit.

Decretales extravagantes. *Vide* Clementis Papae V.

—— Decretalium libri V. Gregorii Papae IX. *et cum* glossa. *Vide* Gregorii IX.

Digitized by Google

—— Decretalium libri VI. Bonifacii Papae VIII. *plerumque cum* Clementinis, *et cum* Extravagantibus. *Vide* Bonifacii VIII.

Decretorum Codex, *seu* Concordia discordantium canonum. *Vide* Gratiani Decretum.

Defectus in missa occurrentes. *Vide* Tractatus de defectibus in Missa.

Defensorium iuris. *Vide* Iuris Varior. tract. Collectio.

Demetrii Chalcondylae. Erotemata, *graece. Vide* Chalcondylae.

Demetrii Triclinii. Collectio Scholiorum in Aristophanis Comoedias, et excerpta de metris quibus Aristophanes usus est. *Graece. Extant cum* Comoediis Aristophanis. *Vide* Aristophanis.

Democriti Epistolae. *Extant in Collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XIII. G. 36.

Demosthenis Epistolae. *Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— *Ejusdem* Oratio in Aeschinem pro Ctesiphonte, Leonardo Bruno Arretino interprete. *Extat ad calcem librorum* Ciceronis de Oratore etc. etc. *Vide* Ciceronis.

Deniise Nicolai. Preclarissimum atq3 divinum opus quod gemma predicantium nuncupatur cunctis verbi dei declamatoribus perutile ac necessariū: compositum atq3 collectum per reverendū patrem magistrum Nicholaum deniise provincie francie provincialem vicarium super fratres minores de observantia vulgariter nuncupatos (auspice deo) verbi divini preconem celeberrimum. *Haec verba rubro charactere gallo-franco excusa leguntur in summitate primae paginae. In calce operis*: Explicit opus divinis humanisq3 dignū conspectibus cui gemma predicantium titulus inscribitur: cunctis divine legis declamatoribus per q̄ necessarium: a reverendo patre magistro Nicholao deniise: provincie francie vicario pvinciali super fratres minores de observantia vulgariter nuncupatos: congestum et solerti cura digestū impēsisq3 honesti viri francisci regnault Parisius (sic) cōmorantis in vico sancti Iacobi in intersignio divi Claudi. *Huic subscriptioni subjectum legitur Epigramma, cum epigraphe* Poeta quidam ad librum et eius lectores etc. etc. In 8.°..... III. B. 30.

Sine nota Chronologica. Forma typorum, qui gallo-franci sunt, et impressionis docet circa exitum Saeculi XV. vel ineunte XVI. editionem hanc excusam esse; idque magis confirmatur eo quod *Franciscus Regnault* hoc tempore *Parisiis* artem typographicam exercuerit. Editio parum cognita.

Deo Ioannis de. *Vide* Cartusiani.

Digitized by Google

Desiderii Longobardorum Regis. Decretum. *Vide* Auctores vetustissimi. *Vide insuper* Annii Viterbiensis.

D I

Diaconi Pauli. *Vide* Pauli Diaconi.

Dialogus inter Discipulum, Bibliopolam, et Librum. *Graece. Cum* Cebetis Tabula *excusus habetur. Vide* Cebetis..... XII. B. 8o.

Dialogus *incerti Auctoris ex dictis* SS. Hieronymi, *et* Augustini *excerptus* de Origine animae unde culpam contraxerit. *Extat in* Vol. I. Tract. et Epistol. S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

Diaria de bello Carolino. *Vide* Benedicti Alexandri.

Dicta Philosophorum, Imperatorum etc. etc. *Vide* ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ. *Vide insuper* Repertorium dictorum Aristotelis.

Dictionarium graecum, *cum aliis opusculis. Primo folio recto verba sequentia excusa adparent, et quod in volumine continetur indicant.* Dictionarium graecum copiosissimum secūdum ordinem alphabeti cum interpretatione latina=Cyrilli opusculum de dictionibus, quae variato accentu mutant significatum ordinem alphabeti cum interpretatione latina = Ammonius de differentia dictionum per litterarum ordinem = Vetus instructio et denominatiōes praefecto4 militū = Significata πρῆ Significata περιῶς = Index oppidoquam copiosus, docens latinas dictiones fere omneis graece dicere et multas etiam multis modis. *Folio verso epistola* Aldi *minuto charactere excuditur sub epigraphe*: Aldus Manutius Romanus Studiosis omnibus. S. P. D. *Hanc excipiunt epistolam duo tetrasticha graeca, quorum alterum* Scipionis Carteromachi, *alterum* Marci Musuri. Ammonii *opusculum* De differentia etc. etc. *nec non alia, quae ipsum sequuntur, et interpretatione latina carent, iisque absolutis adest Typographi praefatio in Indicem copiosissimum, sive latinum vocabularium. In penultima pagina extat registrum, quod in sequenti absolvitur, eique nota typographica hujusmodi subiicitur*: Venetiis in aedibus Aldi Manutii, Romani decembri mense. M. III. D. Et in hoc quod in caeteris nostris ab Ill. S. V. concessum nobis.
In folio..... ..... XVII. G. 21.

Latinus character admodum elegans graeco permixtus lineas 42. complectitur in singulis columnis, nam duplici columna excusum est opus. Custodes interdum occurrunt, signaturae semper indicantur, nunquam vero foliorum numeri; initiales plerumque parvis litteris designantur. Bibliographi omnes rarissimam appellant hanc editionem.

Dictionarium Iuris. *Vide* Vocabularium.

Dictys Cretensis. Historia Trojana. *In medio folii primi legitur uncialibus litteris:* Iesus, Maria. Dictys, Cretensis, De, Historia, Belli, Troiani, et Dares,

Digitized by Google

Phrygius De Eadem, Historia, Trojana. *In folio secundo occurrit nuncupatoria epistola sub inscriptione:* Franciscus, Faragonius, Magnifico, Viro, Bernardo, Rictio, Messanensi, Patritio, Oratori, Atque Poetae, Eruditissimo. S. P. *Absoluta epistola adcedunt*, Ejusdem, Epigramma, Ad, Eundem. *et* Hexastichon = Tetrastichon = Distichon = Monostichon = Appendiculae, Ad, Libri interpretationem = Ejusdem, Epigramma Ad, Eundem. *Hisce omnibus expletis, incipit* Prologus, Septimii, Romani, Viri, Eloquentissimi, In, Dictyn, Cretensem, Gravem, Historicum, E Graeco, In Latinum, Ab, Eodem Conversum. *Opus incipit sexto folio, in cujus calce* Finit Opus Dictis. Cretensis de bello troiano ac de reditu graecorum. Anno. M.cccc.xcviij. nonis Maij. *Sequitur sub eodem signaturarum ordine* Historia de Origine. Trojanorum Daretis Phrygii, *quam supra indicavimus; et in fine Typographus hanc notam adposuit*: Finit historia antiquissimi Dyctis Cretensis atq3 Daretis Phrygii de bello Trojanorum, ac Graecorum: in nobili urbe Messanae cū eximia diligentia impressa per Guillielmum Schonberger de Franckfordia Alamanum tertiodecimo calendas Iunii. M. cccc. xcviij. Registrum cartarum.
In 4.° ..... XIX. F. 45.

—— Alia editio. *In medio folii primi haec leguntur verba*: Iesus Maria. Dictys Cretensis De Historia Belli Troiani, et Darses Priscus (sic) De Eadem Trojana. *Quoad alia cum praecedente editione exactissime convenit. In calce:* Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq3 Daretis Phrygii de bello Troianorum ac Graecorum in inclyta urbe Venetiarum cum eximia diligentia impressa per Cristoferum mandellum de pensis Kalendis Martii. M. cccc. lxxxxix. Laus deo et beate Virgini. *Sequitur* Registrum operis. In 4.° ..... XIX. F. 13.

Extant adnotatiōnes marginales charactere Iani Parrhasii, et subscriptioni subditur *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento*, e manu ejusdem *Antonii*.

Differentia Vocis. *Graece. Extat hoc opusculum cum* Eclogis Theocriti. *Vide* Theocriti.

Digestum Vetus. *Vide* Ius.

Digestum Novum. *Vide* Ius.

Dini Florentini. *Vide* Garbo.

Dini de Mucello. *Vide* Rosonii Dyni.

Diodori Siculi Historiarum libri Poggio (Bracciolino) *Interprete. In secundo folio, nam primum vacuum est, incipit tabula hisce verbis*: Diodori Siculi Historiarum Priscarum A Poggio in Latinum Traducti liber Primus Incipit. In Quo Hec Continentur. Totius operis Prohemium. *In sequenti folio occurrit epistola anepigrapha* Poggii *interpretis ad* Nicolaum V. *cui* Diodori *in-*

Digitized by Google

terpretata subditur historia, quae in fine notam typographicam habet hoc pacto expressam:

Bononiae Impressum. Mcccc72
Finis

In folio.....XII. C. 24.

Duo praecipue observanda sunt in hac principe et rarissima editione, scilicet chartae nitor, et elegantia rotundi minuti characteris, quo Impressor lineas 42 implevit in unaquaque pagina. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nequaquam occurrunt; pro initialibus quadrata spatia relicta fuere; sed Minicularius eas caeruleo, vel rubro colore depinxit.

—— Alia editio. *Tabula incipit, deinde nuncupatoria anepigrapha epistola ad* Nicolaum V. ut in *praecedenti editione. Ad calcem* Diodori *legitur* Historiae Finis. *Adcedit post vacuam paginam,* Cornelii Taciti Illustrissimi Historici de Situ Moribus Et Populis Germanie libellus Aureus. *In fine hujus opusculi haec extant verba*: Diodori Siculi historiae libri: in quibus Prisce res: fabulae: et multa ac varia de situ locorū ac moribus gentium cōtinentur: Impressi Venetiis per Andrēa Iacobi Katharēsem Andrea Vendramino Duce fortunatissimo. Mcccclxxy1. Pridie Kal. febr. Finis. In folio..... XIX. G. 7.

—— Alia editio, in *qua continentur ea quae in praecedenti notavimus. Ad calcem haec Typographus signavit:* Hoc Diodori Siculi Hystorici nobilissimi opus una cum Cornelio Tacito de Germano4 moribus ac vita: ab eruditis viris castigatū. Impressū fuit per Thomam Alexandrinum hujus artis peritissimum Venetiis Regnante Ioanne Mocenico duce felicissimo. Anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo primo: die vigesima quinta Novembris. *Sequitur* Registrum.
In folio..... XIX. G. 6.

Initiales omissae fuere a Typographo; sed eas Miniculator auro, ac variis coloribus affabre pictas inseruit.

—— Alia editio, *cui deest* Tabula, *et tantummodo* Diodori *opus continet. In calce legitur*: Explicit foeliciter opus Diodori Siculi diligenter ac accuratissime emendatum per Bartholomeum Merulam: Acq3 Venetiis impraessum p Magistrum Ioānem de Cereto de Tridino alias Tacuinū. Anno salutis dominice. M. cccc. lxxxxvi. xxii. Kalen. Octobris. Imperāte Serenissimo principe Augustino Barbadico. Laudes Deo iugiter. *Sequitur* Registrum Hujus Operis, *cui subjectum est Typographi signum alibi notatum.* In folio..... XIX. G. 8.

Diogenis Cynici Philosophi. Epistolae graece. *Extant excusae in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— Latinae. *Praeit* Francisci Arretini Elegia ad pium. ii. pontificem maximum, *qua absoluta sequitur ejusdem* Francisci Arretini ad Pium Pont. Maximum in Diogenis Epistolas Promiivm (sic). *Post Epistolas* Diogenis *sequuntur sub eodem signaturarum ordine* Epistolae Bruti, *et* Yppocratis. *In calce ha-*

Digitized by Google

rum epistolarum haec typographica nota occurrit: Florentiae facta est harum epistolarum impressio per Antonium Francisci Venetum. Anno Domini M. cccclxxxvii. x. Kalen. Iulias. In 4.° ..... IX. B. 65.

—— Alia editio. *In summitate paginae legitur*: Diogenis Cynici philosophi Epistolae. *In calce*: Epistolarum Diogenis Finis: quas e graeco trāstulit Franciscus Aretinus. In 4.° ..... X. B. 3.

De hac editione vide, quae supra notavimus in articulo *Bruti Epistolae*, cum quibus *Diogenis* epistolae extant impressae sub eodem signaturarum ordine.

—— Alia editio. *Praecedit* Francisci Arretini Elegia Ad Pium II. Pontificem maximum, *ac ejusdem* Francisci Arretini Ad Pium Pont. maximum In Diogenis Epistolas Proemium: *In calce legitur tantum* Finis. In 4.° ..... X. B. 16.

Vide quae supra diximus sub articulo *Bruti* de hac rarissima editione, qua sub eodem signaturarum ordine extant excusae *Epistolae Bruti*, ac *Diogenis*.

Diogenis Laertii. De vita et moribus Philosophorum, Ambrosio Camaldulensi *Interprete. In aversa prima pagina extat praefatio* Benedicti Brognoli, *qua se epigramma, ac versus ab* Ambrosio *omissos addidisse fatetur. Ejus inscriptio,* Benedictus brognolus generosis patriciis venetis Laurētio georgio: Iacoboq3 baduario salutem plurimā dicit. *Hanc excipit* Fratris ambrosii in Diogenis laertii opus ad cosmam medicem epistola. *Adcedit* Tabula secundum ordinem librorum, *opus exinde incipit, titulusque eidem praefigitur*, Laertii Diogenis vitae et sententiae eorum qui in philosophia probati fuerunt. *Ad calcem integri operis verba hujusmodi expressa occurrunt:* Impressum Venetiis per Nicolaum Ienson gallicum Anno domini. M. cccc. lxxv. die. xiiii. augusti. Finis philosophorum vita (sic). In folio..... XII. E. 16.

Egregium hoc typographicae elegantiae specimen paginas integras 34 lineis rotundi, nitidissimique characteris repletas exhibet. Charta praestantissima est: signaturae, custodes, et foliorum numeri nullo pacto visuntur, initiales in spatiis indicantur parvis formis.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 35.

—— Alia editio. *Primo folio verso* Ambrosii *imprimitur epistola, quam excipit tabula, hanc vero opus; eoque absoluto, loci, temporis, ac Typographi notitia ita excuditur:* Impressum Brixiae per Iacobum Brittannicum Brixianum Anno domini Mcccclxxxv. die xxiii. Novembris. *Sequitur* Registrum, *et Typographi signum alibi indicatum.* In folio parvo..... XIX. G. 36.

—— Alia editio. *Princeps voluminis pagina hoc legendum praebet*: Diogenes laertius De vita et moribus philosophorum. *Folio verso* Brognoli *epistola adparet, quam excipit tabula. Typographus haec notavit ad voluminis calcem:* Impressum fuit Venetiis impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiē-sis. M. cccc. lxxxx. Decimo quinto Kalendas Ianuarias. *Adcedit* Registrum.

Digitized by Google

In 4.°..... XIX. F. 14.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 15.

—— Exemplar tertium..... XIX. F. 16.

—— Alia editio. *Ad calcem vitarum Excusor verba ista notavit*: Impressum Venetiis per Philippum Pinzi. Sumptibus domini Benedicti Fontana: Anno domini. M. cccc.xcij. die xxij. Iunij. Registrum, *et* Tabula hujus operis *adcedunt, deinde* Benedicti Fontana *signum, scilicet Fons rectangulo inclusus cum litteris* B. F. In folio..... XIX. G. 38.

—— Alia editio. *In fine libri X. extat* Tabula hujus operis, *cui subjecta est Typographi nota hoc pacto:* Impraessum (sic) Bononiae per Iacobū de Ragazonibus Anno domini. M. cccc. lxxxxv. die xxx. Marci (sic) *Sequitur* Registrum..... XIX. G. 34.

—— Alia editio. *Opus incipit ab epistola nuncupatoria, cujus epigraphe* Prestātissimo in christo patri: et domino Oliverio Carrafe Cardinali Neapolitan. Elius Franciscus Marchisius perpetuam. S. D. *Ad calcem voluminis legitur solummodo* Finis Philosophorum vita. In folio parvo..... XI. A. 7.

Sine anni, Typographi, et loci indicio. Pulcherrima ista editio rotundis ac elegantibus typis, chartaque nitida praedita est; ejusque forma partim in folio minori, partim vero in 4.° majori. Graeci characteres omissi sunt in spatiis eorumdem causa relictis. Paginae integrae lineis implentur 42, et margines satis amplos habent. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur, initialesque parvae extant in spatiis. Ex epistola nuncupatoria, quae extat in fronte operis, *Maittairus p. 751. Fossius Tomo I. p. 610., Crevenna Tom. IV, p. 216.* aliiqui Bibliographi coniiciunt impressionem hujus operis *Romae* factam fuisse ante annum 1475, quo anno *Iensoniana* prodiit, et quidem primis Pontificatus Sixti IV. temporibus. *Marchisius* nempe, ipsi dicunt, in sua epistola de *Pomponio Laeto*, et *Teodoro Gaza* ita loquitur, ut eodem loco tunc vixisse cum illis adpareat. *Pomponius* autem, et *Gaza Romae* ut plurimum vitam traduxere; et quamvis aliquando absens a Roma uterque fuerit; non eodem tempore hoc accidit, nec unum domicilium utrumque excepit; quum alter *Venetias* se conferret, ad *Appulos* alter transiret. Ex his, aliisque, quae ipsi afferunt, et quae brevitatis gratia omittere placet, concludunt editionem hanc Romanam esse. Noster autem *Giustiniano* in suo opere *Saggio Storico-Critico sulla Tipografia del Regno di Napoli pag. 96.* ex verbis ipsis laudatae epistolae *Neapolitanae* typographiae editionem hanc vindicat. Ex citato enim ipsius opere nonnulla transcribere libet, ut magis magisque argumenta eluccant. *Io ho tutta la ragione di far nostra questa edizione rarissima, ed essa ebbe a farsi dal nostro Francesco Elio, ovvero Franciscello Marchese dopo il 1484, poichè in quell' anno appunto rinunciò il Vescovado di Napoli esso Oliverio ad Alessandro Carafa suo fratello; e perciò esso Elio Marchese non fa menzione nella lettera della dignità Arcivescovile, che avea di già lasciata. Nella sudetta lettera dedicatoria dice, che fatto avea questa edizione a richiesta di Pomponio, ch' è certamente Pomponio leto suo amico, e che io presuppongo ch' ebbe a farla in Napoli dopo il suo ritorno da Roma. Giustiniani* opinioni libenter et ego assentior; id enim magis persuadet typographica voluminis oeconomia.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 37.

—— Vitae Aristotelis *et* Theophrasti, *graece. Extat in volum. III. Operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis.

Diomedis Grammatici. *Primo folio verso opera, quae volumen complectitur, hoc pacto indicata reperiuntur*:

Digitized by Google

IN HOC VOLUMINE HAEC CONTINENTUR

DIOMEDES.

De structura et differentia sermonis = De perfectis et imperfectis = De origĩe: pͤprietate: formatõe: et varia pͤtiũ orͤonis positiõe = De latinitate et eius partibus et diffinitionibus = De Accẽtibus: Punctis: Colis: Cõmatibus: et Periodis: et eorum diffinitionibus = De differentiis quinq3 linguarum = De vitiis et virtutibus orationis = De compositione et clausula et pedibus secũdum Rhetores: et ea4 pͤtibus et diffinitionibus testimonio Tullii: Sallustii: Bruti: Crassi: et Hortensii firmatis = De schematibus et figuris = De Tragedia: Comaedia: Elegia: Satyra: et earum origine loco et inventoribus = De poematum generĩbus et speciebus: et variis ea4 nomĩbus = De Poetica: Poesi: et Poemate = De arte metrica = De Metro: Rhythmo: et Versu et eorum differẽtiis et diffinitionibus = De omni genere Metrorum diffinitionibus differentiis et inventoribus.

PHOCAS.

De Nomine et Verbo = Epitoma Prisciani.

CAPER.

De Latinitate.

AGRAETIUS.

De Orthographia: proprietate et differentia sermonis.

DONATUS.

De barbarismo et octo partibus orationis.

SERVIUS ET SERGIUS.

In Donatum.

Diomedis *opus secundo folio recto incipit, et hunc praesefert titulum majusculis formis excusum*: Diomedis Doctissimi ac Diligentissimi linguae latinae Perscrutatoris De Arte Grammatica Opus Vtilissimum. *Auctoris praefatio, sive nuncupatoria epistola praeit, cuius inscriptio*: Diomedes. Athanasio salutem Dicit. *Ad calcem voluminis* Finis *legitur, ac deinceps*, NICOLAUS IENSON GALLICUS. In folio parvo..... XII. E. 24.

Absque loci indicio, ac temporis nota. Elegans hujus editionis rotundus character paginas implet lineis 35. Foliorum numeros, et custodes minime expressit Typographus, et initiales vel parvas, vel nullas ipse adposuit; sicuti etiam et signaturas. Graeci characteres excusi habentur, et opportune suis locis inseruntur.

—— Exemplar alterum..... X. E. 41.

—— Alia editio. *In calce*: Finis. Impressum est hoc opͤ p Henriciũ de sancto Vrso in Vincentia: Anno salutis. M. cccc. lxxxvi. xiiii. Klẽ Iulii. In 4.°..... XII. D. 40.

—— Alia editio. *Titulus praeit, quem inter et inscriptionem praefationis* Diomedis *tabella ligno exculpta adest, quae ludimagistrum, et discipulum genibus submissis repraesentare videtur. Ad operis calcem nota haec extat typographica*: Impressum Venetiis per Christoforum de Pensis de man-

Digitized by Google

delo. Anno Domini nostri Iesu christi : M. cccc. lxxxxi. Die vero iiii. mensis Iunii. *Adcedit* Registrum. In folio..... XI. E. 16.

Ex initialibus hujusmodi editionis prima xylographica est; reliquae vel desunt, vel parvis designantur formis. Prima operis pagina haud ineleganter ornatu xylographico includitur.

—— Alia editio. *Ad calcem nota haec typographica legitur :* Impressum ꝑ Iacobū Zachonē āno dn̄i. M. cccc. lxxxxviii. Die. XVII. decēbris Registrum Operis. In folio..... X. E. 15.

Sine indicatione loci, verum *Lugduni* editio haec fuit excusa, ubi *Iacobus Zachonus* artem exercuit typographicam. Vide *Maittairum pag. 683.*

Alia editio. *In fronte folii primi extat titulus,* Diomedis Doctissimis (sic) ac Diligentissimi lingue latine Perscrutatoris De arte Gramatica opus Vtilissimum. *Ad calcem:* Impressum Venetiis per Ioannem de Tridino Alias Tacuinum Regnante inclyto principe Augustino Barbadico anno domini nostri iesu xp̄i. M. ccccc. die vero. iii. Mensis septēbris. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum alibi memoratum.* In folio... ..... X. E. 24.

Tam in hac, quam in praecedente editione initiales quamplures xylographicae sunt; reliquae vel desunt, vel parvis formis designantur.

Dionis Cassii. Fragmenta de Vita Nervae Coccei et Vlpii Trajani, *sive* Bonifacii Bembi *vita horum Imperatorum latina ex graecis* Dionis *fragmentis. Vide* Bembi.

Dionis Chrysostomi. De Ilio non capto, *e graeco in latinum vertit* Franciscus Philelphus. *In folio secundo legitur Epistola nuncupatoria sub inscriptione :* Franciscus Philelphus viro clarissimo Leonardo Aretino. Salutem plurimam dicit. *Absoluta epistola, opus incipit*: Dionis Chrisostomi Prusensis philosophi ad Ilienses Ilii captivatem non fuisse. *Ad calcem legitur* Laus Deo. Finis. *Adcedit Editoris epistola, cujus inscriptio :* Nicolaus Lucarus : Borsio cavitello : Patritio Cremonensi : viro Rarissimo : Salutem. *Hanc excipit* Petri mariae Camarini Papiensis Decasticon. Ad Lectorem, *deinde adcedit subscriptio hoc pacto expressa:* Ingeniosissimi et Diligentis chalcographi Bernardini de misintis Papiensis opera: una cum Caesare Parmense Dion Chrisostomus Prusensis in lucem elegans : splendens, et integer: rediit Cremonae. Impressus : Anno ab incarnatione sacritissimae Virginis (sic) 1492. undecimo Kalendas Augustas. In 4.°. IX. B. 46.

—— Alia editio, *cum* Fragmentis Petronii Arbitri. *Primo folio recto haec impressa sunt*: Dion Chrysostomus Prusensis philosophus ad Ilienses: Ilii captivitatem non fuisse aperte demonstrat. Franciscus Filelfus e graeco traduxit. Petronius Arbiter Satyricus. *Folio verso epistola Interpretis adparet inscriptioni subdita*: Frāciscus Filelfus viro clarissimo Leonardo Aretino. S. *Post epistolam*

Digitized by Google

sequitur opus Dionis, *cui verba praeeunt* : Dionis Chrysostomi Prusensis philosophi ad Ilienses Ilii captivitatem non fuisse. *Ad calcem* Dionis *excuditur* Laus Deo Finis. *Postmodum vero haec nota typographica.* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetū de Vitalibus Anno dñi. M.cccxcix. Die decimo octavo Mensis Iulii. *Post vacuum folium adcedunt* Petronii Arbitri Satyrici Fragmenta quae extant, *iisque absolutis legitur* Τελος ; *exindeque* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum, De Vitalibus Anno domini M.cccc.xcix. Die xxiii. Mensis Iulii. In 4.° ..... IX. B. 64.

—— Exemplar alterum ..... X. B. 52.

—— Oratio de Regno *ex interpretatione* Francisci de Picolhominis. *In fronte primae paginae legitur* : Dion de Regno. *Subnectitur nuncupatoria epistola* Ad Illustrissimum et Serenissimū dominū Dominum Maximilianum divi Caesaris Friderici Tertii filium Franciscus de Picolhomineiis Senensis. S. Eustachii Cardinalis. *In calce opusculi haec Typographus notavit:* Dionis opusculum aureum ac penitus divinum explicit accuratissime per Platonem De Benedictis impressioni traditum Bononie Anno domini Mccccclxxxxiii. *Adcedit* : Registrum. In 4.° ..... IX. B. 14.

—— Exemplar alterum ..... X. B. 51.

—— Oratio ad Nicomedios de concordia cū Nicenis cōponēda. Interprete Carolo ualgulio Brixiano. Cardinal' Valentini secretario. *Haec leguntur in fronte operis. Praecedit nuncupatoria epistola* Ad Reverendissimum et Sapientissimum. D: Frāciscū Picolomineū Cardinalē. Senen. et Pii secundi Pont. Max. Nepotem Caroli ualgulii Brixiani Cardinalis Valentini Secretarii. *In calce opusculi*: Dionis de concordia oratio niceae habita seditione sedata. Interpraete (sic) Carolo Valgulio Brixiano Cardinalis valentini Secretario. *Extat impressum cum opusculo* Cleomedis, *in cujus calce legitur typographica nota :* Impressum Brixiae per Bernardinum misintā sumptibus Angeli Britannici Civis Brixiani anno M.cccc.lxxxxyii. die. iii. Aprilis. In 4.° ..... IX. B. 27.

Dionis Syracusani. Epistola ad Perdiccam, *graece. Extat cum* Platonis epistolis. *Vide* Platonis.

Dionysii Aelii. De indeclinabilibus verbis et de iis quae inclinantur et encliticis, *opuscula graeca* Thesauro Cornucopiae *inserta. Vide* Thesaurus.

Dionysii Afri, *seu* Alexandrini. De situ orbis, *poëma e graeco carmine in latinam prorsam orationem versum per* Antonium Bechariam. *Prooemium Interpretis adparet in principio operis, hac praeditum inscriptione :* Eloquentissimi viri domini Antonij Bechariae veronensis prooemium in Dyonisij (sic) traductionem de situ orbis habitabilis ad clarissimum physicum magistrū de Leonardis. *Hoc excipit opus absque titulo, quo absoluto Typographi notarunt:*

Digitized by Google

Impressum est hoc opusculum Venetiis per Bernardū pictorē et Erhardū ratdolt de Augusta una cum Petro loslein de langencen eo4 correctore ac socio. Laus deo. M.cccclxxvii. *Adcedit Tabula provinciarum, et insularum, quae duas plagulas implet.* In 4.° ..... XII. A. 71.

Praeclarum hoc typographicae artis specimen nec custodibus, nec foliorum numeris instruitur; signaturas vero exhibet. Typus elegantissimus rotundus in lineas 25 divisus, paginam integram occupat. Postillae visuntur marginibus peramplis impressae. Prima voluminis pagina includitur ornatu xylographico, quem Minicularius aeque ac florentes litteras coloribus depinxit.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 32.

—— Alia editio. *Exceptis ornatu xylographico primae paginae, et titulo prooemio adscripto, qui rubro exprimitur colore, et* Dionysii *nomine, quod recte scribitur, cum editione praecedenti omnino convenit. Inter finem operis,* et *tabulam verba ista locum obtinent*: Impressum est hoc opusculum Venetiis per Franciscum renner de Hailbrun. M. cccc. lxxviii. *Extat compactum cum* Pomponio Mella. In 4.° ..... XIX. F. 31.

—— Alia editio. *In primo folio recto verba ista imprimuntur:* Dionisius de situ orbis. *In aversa pagina nihil a Typographo notatum reperi, verum haec inter finem operis, et tabulam idem Typographus excudit*: Impressum est hoc opusculum Venetiis p^{s} Christoferum de pensis dictū Mandello. M. cccc. lxxxxviii. Finis. Laus Deo. Registrum *tabulam excipit.* In 4.° ..... XIX. F. 33.

Dionysii Antiocheni Sophistae. Epistolae. *Graece. Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Dionysii Areopagitae S. De Mystica Theologia, et de divinis Nominibus. Marsilio Ficino *interprete, et expositore. Praeit brevis epistola sub inscriptione,* Marsilius Ficinus Florentinus Reverendo in Christo patri domino Ioanni Medici Cardinali suppliciter se cōmēdat. 1492. *Ad calcem vol. notatur.* Impressum florētie per Laurentiū francisci venetū. In 4.° parvo..... XII. B. 63.

Character hujusmodi rarissimae, et paucis Bibliographis cognitae editionis, gallo-francus est, lineasque 33 complectitur in paginis integris: custodes, et foliorum numeri omittuntur, parvis vero formis litterae initiales indicantur. *Expositiones Marsilii Ficini* inter sectiones Textus *Dionysii* locum obtinent; et Auctoris, et Interpretis nomina *textum* ab expositionibus distinguunt.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 70.

Dionysii Halicarnassei. Originum sive antiquitatum Romanarum libri xi. Lappo Birago *interprete. Praeit epistola Interpretis sub inscriptione*: Clementissimo: ac Sanctissimo Paulo Secundo D. Domino Nostro Papae. Dionysii *opus*

Digitized by Google

titulum hunc praesefert: Dionysii Halicarnasei Originum sive Antiquitatum Romanarum liber Primus. *Ad calcem Typographus haec notavit:*

LAPPUS BIRAGUS FLOR
IMPRESSUM TARVISII PER BERNARDINUM
CELERIUM DELVERE. ANNO CHR. NATI
: M. CCCC. LXXX. BISSEXTO KL. MARTIAS
IOANNE MOCENICO VENETO
RUM DUCE INCLYTO.

In folio..... XII. F. 32.

Licet haec editio typographicis scateat mendis, ac operis versio non satis feliciter, imo saepe parum latine expressa sit, ac minime virorum doctorum suffragio comprobetur; avide tamen, ut de *Burius* testatur, eius exemplaria requiruntur, cum illa sit omnium prima, ac difficilis inventu.

—— Exemplar alterum..... XX. H. 16.

—— Alia editio, *in qua eadem, quae in praecedenti occurrunt. Ad calcem haec notantur:* Lappus Biragus Flor. Dionysii Alicarnasei Romanarum antiquitatum Explici: Impressum Regii per me Franciscum de Marsalis: Anno domini Mccccl xxxxviii. die. xii Novembris. *Sequitur* Registrum, *et Typographi signum, nimirum circulus secundum horizontem circa extremitatem sectus, qui in inferiori parte annulum continet; in superiori vero litteras.* F. M., *e quarum medio crux duplex surgit circuli peripheriam excedens. Rectangulum nigrum floribus ornatum haec amplectitur.* In folio..... XX. H. 17.

DIONYSII NESTORIS. *Vide* Nestoris.

DIOSCORIDIS PEDACII. De materia Medica libri, *ex veteri latina versione cum correctionibus, et expositionibus marginalibus* Petri Paduanensis. *Opus incipit in secundo folio praeviis hisce verbis:* Notādum q^{9} libri diascorides dicti duplex r^{9}perit^{9} ordinatio cum eodem tamen p^{9}hemio omnino. Una q^{9}dē in quĩque libros p^{9}tita: ut testat^{9} etiam Galienus farmacorum sexto ubi non pa4 hūc diascorides recōmendat: In qua plura ɔtinent^{9} capl^{9}a s3. breviora ita ut volumen sit. *Ad calcem haec fuerunt excusa:* Explic^{9} dyascorides quē petrus paduanēsis legendo correxit et exponendo q^{9} utiliora sūt ꝛ lucem deduxit. Impressus colle p^{9} magistrum ioh^{9}em allemanum de medemblick anno xp^{9}i millesimo. cccc.° lxxviij.° mense Julij. *Index adcedit alphabeticus quinque distinctus columnis, quem excipit.* Registrum. In folio..... XII. H. 28.

Opus hoc gallo-francis excusum formis plagularum numeratione, et custodibus destituitur; signaturas vero exhibet, et initiales parvis sunt indicatae litteris. *De Burius Sciences et Arts pag. 316.* raram hanc editionem non immerito adpellat.

—— *Graece, cui adcedunt* Nicandri Theriaca, *et* Alexipharmaca *cum*

Digitized by Google

scholiis, *omnia pariter graece. In priori pagina operum hujus voluminis tituli notantur, subditurque iisdem epigramma in* Nicandrum *graece; in secunda vero nuncupatoria excuditur epistola, qua* Aldus Manutius Romanus, Hieronymo Donato patritio Veneto. S. D. *Index alphabeticus in* Dioscoridem *folio 2. recto incipit, desinitque folio sexto recto. Tum opus ipsum* Dioscoridis *incipit titulo huic subjectum tribus distincto lineis,* ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. *Ad calcem* Dioscoridis *extat registrum, et post folium characteribus destitutum adsunt* Nicandri *opera, quibus absolutis* Registrum *occurrit, cui Typographus subscripsit.* Venetiis apud Aldum. Mense Iulio. M. ID. In folio..... XVIII. G. 28.

Editio haec *Dioscoridis*, et *Nicandri* omnium graecarum prima est, et magni facienda, quia inventu est difficilis.

Discordantiae. SS. Hieronymi et Augustini. *Vide* Barberis Philippi De.

D O

Doccij Thomae de Senis. Tractatus de Excusatore. *In calce*: Impressum Piscie Anno nativitatis M. cccclxxxix. die. xvj. februarij ad Laudem dñi nostri Iesù xp̄i etc. *Extat cum Consiliis* Mariani de Sozino. In folio... VII. G. 28.

—— Exemplar alterum..... VII. G. 23.

Dominici de S. Geminiano. *Vide* S. Geminiano Dominici de.

Dominici Magistri. De civitate visencia summa; qualiter notarii archiep̄orū et ep̄orū debeant nōrie offm̄ exercere. *Is titulus praefigitur Operi. Sequuntur* Tractatus generalis de Arte Notariatus = Tractatus de processu Iudicario = Introductio brevis ad Procuratoris officium = Defensorium Iuris = Tractatus de exceptionibus Innocentii IV. In folio... ..... VI. E. 20.

De hac editione vide, quae infra dicemus sub rubrica *Iuris, Variorum tractatuum collectio.*

Dominici de Neapoli. Opusculum de finali iudicio. *Primo folio verso prologus imprimitur, qui his subnectitur verbis:* Incipit Opusculum Reverēdi in xp̄o, patris dñi Dominici de Neapoli ordinis predicato4 humilis Episcopi ravellēsis de finali iudicio: de inferno ac de gloria paradisi satis utile: p̄sertim p̄sonis minus doctis et lrā4 imperitis. *Ad calcem prologi Auctor talia coronidis loco adposuit:* Datū scriptū et opilatū Neapoli: sub āno dñice nativitatis: M. cccc. lxxv. Inditione: viii: die: x: mens. septēbris in anno Iubilei: Indei nomine: Amen. *Ad calcem nulla subscriptio notatur.* In 4.°..... X. B. 13.

Poëma italicum octostichis rhythmicis, sine indicio Typographi, loci, et anni. Prooemium prorsa oratione scriptum est, quo absoluto in folio secundo recto, duo octosticha eodem folio verso occurrunt, quae poematis argumenta continent, et aliud insuper adcedit, quod opus inchoat, nam tria octosticha in quavis pagina reperiuntur; in ultima vero duo tantum extant. Foliorum numeri, custodes, et signaturae in hoc opusculo, quod foliis 33. constat impressis, penitus omittuntur. Pro

Digitized by Google

initialibus parvae extabant litterae in spatiis, antequam Miniculator eas colore rubro majores redderet. Quo vero anno ejusmodi editio peracta fuerit, utrum ipso anno 1475, uti legitur in calce prologi, an vero postea, incertum omnino mihi esse fateor: omne siquidem meum studium in perquirenda hac editione, ac opusculo ipso, omnino vanum fuit; nec ex ullo multorum Catalogorum, quos ad manus habeo, notitiam eius aliquam haurire potui. Character, quo impressum est hoc opusculum, idem prorsus est ac is, quo *Bertoldus Rying de Argentina Ioannis Mesue Practicam Anno M. ccccLxxv. Neapoli* impressit. Instituta nempe accurata comparatione inter characteres utriusque operis, nihil discriminis quoad figuram et ambitum literarum deprehendere potui; nihilque pariter discriminis quoad totam typographicam oeconomiam mihi sese obtulit. Hinc haud dubitari posse videtur, quin hoc opusculum, omnino ignotum, ex typographia prodierit *Bertoldi Rying*, qui una cum *Sixto Riessinger* artem typographicam *Neapolim* invexit.

Donati Aelii. De barbarismo et octo partibus orationis. *Extat cum* Diomede. *Vide* Diomedis.

—— *Vide insuper* Grammatici Veteres.

—— *Ejusdem* Grammatica, *cui titulus* Donatus melior; Antonii Mancinelli *cura castigatus. Extat cum variis* Mancinelli *opusculis. Vide* Mancinelli.

—— Commentarii in V. Terentii Comoedias. *In calce haec notata leguntur*

Aspicis illustris.....

.....

Conradus suueynheym : Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. cccc. lxxii.
die. x. Decembris.

In folio..... XII. G. 10.

Caret titulis, numeris, signaturis, custodibus; et praefatione. Opus incipit a textu Donati. Permulti textus graeci suis locis imprimuntur, sed plurimae relictae sunt lacunae. Possessor hujusmodi voluminis, qui fuit *Antonius Seripandus*, uti adparet ex ejus subscriptione in calce operis, multas notulas mss. in marginibus adposuit.

—— Alia editio. *In calce Typographus notavit*: Donati Grammatici Viri Doctissimi Commentarios In. P. Terentii Comoedias Diligenter Emendatos Non Negligēter Impressit Antonius Zarotus Parmensis Mediolani. i476. Pridie Nonas Iulias. In folio..... X. D. 21.

Adnotationes marginales MSS. charactere *Antonii Seripandi*, ac ejus subscriptio in calce operis visuntur.

—— Tabularum Ovidii Nasonis breviatio. *Vide* Ovidii.

—— Donatus melior cum Catonis carmine de moribus. *Vide* Catonis.

Donati Andreae. Epistola Ad Aeneam silvium Picolhomineum. *Extat cum epistolis* Aeneae Silvii. *Vide* Aeneae.

Digitized by Google

Donati Hieronymi. Interpretatio Latina operis Alexandri Aphrodisaei. *Vide* Alexandri Aphrodisaei.

—— Apud Iulium II. Pont. Max. Oratoris Veneti in obedientia Oratio. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Est libellus foliorum VIII. cum signaturis, ac custodibus, sed absque foliorum numeris. Typus rotundus, atque elegans, et prima initialis littera xylographica est. Editio ignota, ac incerti Typographi.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 42.

—— Epistola ad Robertum salviatum, *data* Mediolani anno 1489. die 25. Octobris. *Ejusdem alia* epistola *ad* Io. Picum Mirandulam, *scripta* Venetiis 17. Kal. Ianuar. 1484. *Extant cum* Io. Pici Mirandulae Heptalo. *Vide* Pici.

—— Epistolae tres ad Angelum Politianum. *Extant cum operibus* Politiani. *Vide* Politiani.

Donati Ludovici. Oratio, *cujus titulus*, Oratio pro gloriosissimi doctoris ecclesie Augustini solēnitate in eiusdem ede a Reverendissimo patre domino Ludovico Donato Episcopo Bergomensi habita assistentibus Reverendissimis dominis cardinalibus. *In calce legitur* Finis *tantum.* In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 29.

Duabus plagulis constat editio haec, charactere Stephani Plannck excusa. Initialis littera deest. *Audiffredus pag. 431.* hanc innuit editionem in notula, sed in indice ipsam appellat *Litteram.*

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 49.

Dondis Iacobi de. Aggregator Paduanus de medicinis simplicibus. *In fronte primae columnae folii primi extat titulus*: Aggregator Compilatione. Clarissimi phisici Iacobi de dondis Civis. paduāi Prohemium operis. Prooemium *excipiunt* Rubricae capitum: *tum folio 10. incipit* Primus tractatus de primis virtutibus medecinarum. *In calce haec nota typographica legitur:* Explicit Agregatio (sic) clarissimi medici Iacobi dedundis (sic) Paduani. Vēnetijs (sic) feliciter ꝑpressa. Anno Domini. M. ccccIxxxI. x. Kalendas Iunias. Laus Deo. In folio. IX. E. 2.

Donis Nicolai de. Tractatus de Locis et mirabilibus Mundi. *Vide* Claud. Ptolomaei.

Dorbelli Petri. Sermones hortuli cōsciētie. sup epistolas quadragesime. *Haec gallo-franco unciali charactere leguntur in medio folii primi. In folio secundo* Incipit registrū in quadragesimale hortuli cōscientie super epistolas quadragesime. *Expleta tabula, sequitur sub hac inscriptione* Prologus Sermonum opus novū et singularissimū super epistolas quadragesime viri religiosi fratris Petri Dorbelli andegavēn. diecesis in sacra theologia lectoris predicatorisq̄ famosi ac ordinis fratrum minorum. qd⁹ intitulatur sive vocatur

Digitized by Google

quadragesimale hortuli conscientie feliciter incipit. *In calce voluminis haec sunt notata*: fratris petri dorbelli andegavēsis ī sacra theologia lectoris ordinis minorum p̄dicatorisq3 egregii. Quadragesimale hortuli cōscientie super epistolas quadragesime cum introductionibus ejusdem explicit. Subtilique ingenio p magistrum Engelhardum Schultis natione almanum in arte hac impressure Anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo prīo. die. xxiiij. mensis novēbris Lugduni impressum. *Huic subscriptioni adcedit Typographi signum, scilicet rectangulum, in cujus medio extat quercuris truncus tribus ramulis productus, ex quibus glandes pendent, et circa illos litterae* E. S. *excusae cernuntur.* In 4.°..... H. D. 49.

Hanc editionem apud Bibliographos haud reperisse memini. Typus, quo excusa est, gallo-francus, et 49. linearum spatio in quavis columna includitur, nam duabus columnis paginae sunt praeditae. Scapi signaturas, et extremae scaporum paginae custodes habent; numeri vero foliorum desunt. In summitate marginum tituli sermonum visuntur. Initiales deerant in spatiis; sed a Miniculario vel rubro, vel caeruleo colore suppletae sunt.

Dorbelli Nicolai. *Vide* Orbellis Nicolai de.

Doringii Matthiae. Replicae ad Additiones Postillis Nicolai de Lyra in Biblia Pauli Burgensis. *Extant cum* Bibliis *excusae. Vide* Biblia.

—— Replicae ad Additiones Pauli Burgensis Postillae Nicolai de Lyra in Psalterium. *Vide* Lyra.

D U

Dulcinii Stephani Scalensis Canonici. Nuptiae Illustrissimi Ducis Mediolani Quinti, Ioh. Galeaz Vicecomitis Sfortiae. *Praecedit* Dulcinii Epistola ad Nicolaum Lucarum Rhetorem Cremonensem. *In fine operis legitur*: Iohannis Antonii Corvini de Arretio, *qui de condito hoc opere gratulatus est* Dulcinio, *Epistola ad ipsum data, ex qua eruitur, ut celebrior fieret* Dulcinii *fama, mille exemplaria expensis ipsius* Corvini *impressa fuisse. Huic epistolae subnectitur typographica nota*: Opera et impensa Spectabilis Viri. D. Io. Antonii Corvini de Arretio: vir ī hac arte ingeniosissimus. Antonius. Zarotus Parmensis īpressit Mediolani. M. cccclxxxviiii. Idibus Aprilibus In. 4.°..... IX. B. 74.

Rarum adeo fuisse hoc opusculum testatus est *Saxius* in sua *Historia Typographico-Litteraria Mediolanensi pag. 310. et 585.* ut, cum residua *Tristani Calchi* typis Mediolanensibus ederet *Puricellus*, nullum exemplar viderit, perlustratis omnibus Bibliothecis, praeter unum tantummodo in *Ambrosiana Bibliotheca.*

Duns Iohannis Scoti. Scriptum in quatuor sententiarum libros. *In fine libri.* 1. *adcedunt* Prologi additiones, *in cujus calce haec typographica nota occurrit*: Explicit scriptum super primū snīa4: editum a fratre Ioanne duns: ordinis

Digitized by Google

fratrum minorū doctore subtilissimo: ac omniū theologorum principe. Per excellentissisimū sacre theologie doctorem magistrū Thomā penketh anglicū ordinis heremitarū sancti Aug. in famosissimo studio patavino ordinarie legentem maxima cū diligentia emendatū. Impressum Venetiis ope ac impensa Ioannis de Colonia. Nicolai Ienson: sociorūq3 eorūdē ac diligentiam adhibuit ī his sūm⁹ in hac arte vir: magister Ioannes de Selgenstat nō mediocriter observandus Anno. 1.4.81. io. Novembris. *Sequuntur* Additiones ad librum 1. *et* Registrum = *In calce* Disputationum libri 11. *legitur*: Explicit scriptū sup 2.° snīa4 sb⁹tilissimi doctoris ioannis schoti frīs ordīs mīo4 a fratre thoma penket ā̄glico sacre theologie pfessore clarissiō emēdatū. Impressū venetiis opē ac ī̄pēsa Ioānis de Colōia Nicolai Ienson: sociorūq3. Curam habuit ī his magr̄ Ioānis herbort aleman⁹ merito laudādus. Anno salutis. i48i. 22. die Novembris. *Huic subscriptioni adcedunt* Index, *deinde* Additiones, *ac demum* Registrum. = *In calce* Disputationum libri 111. Explicit scriptum super tertio sententiarum etc. etc. etc. Impressum Venetiis ad expensas et mandatum Ioannis de Colonia Nicolai ienson sociorumq3 eorum. Anno domini. M. cccc. lxxxi. Laus Deo. *Sequuntur* Index, *et* Registrum. = *In calce* Disputationum libri IV. Explicit scriptū sup 4. sententiarū etc. Impressum Venetiis ope ac impensa Ioannis de Colonia: Nicolai Ienson: sociorūq3. Curam ac diligentiam adhibuit in his summ⁹ in hac arte vir: māgr Ioannes de Selgenstat non mediocriter observandus. Anno salutis. i48i. i3. novembris. *Deinde* Index, *et* Registrum. In 4.° Tom. IV. ..... II. A. 3-6.

—— Exemplar alterum *secundi voluminis tantum*..... II. A. 7.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi legitur majusculis litteris impressum:* Primus sententiarum doctoris subtilis scoti: *Quilibet volumini in fine subnexum est chartarum registrum, cuilibet eadem finalis subscriptio, si mensis indicium excipiatur, in unoquoque etiam eadem inscriptio legitur. Itaque unius tantummodo voluminis descriptio ad integram operis instructionem agnoscendam sufficiens erit. Ad calcem ejusdem primi libri sequentia habentur verba:* Primus liber sententiarum Ioannis Scoti ordinis minorum sacre theologie doctoris excellentissimi a Reverendo sacre theologie professore magistro Gratiano Brixiano eiusdem ordinis in universitate Paduana publice theologiam legente diligenti cura ac sollecitudine emendatus feliciter terminatur. Ac impensa et industria solerti Bernardini de Novaria. Impressus Venetiis anno domini 1490. die 17. mensis Iulii. Finis.
Tom. IV. in 2. vol. in folio..... IV. I. 10. 15.

—— Alia editio. *In medio folii primi uncialibus formis legitur*: Scotus novissime cum emendatissimo codice parisino castigatus: Additis respōsionibus ad argumenta suis locis: et annotationibus opinionum diversorum doctorum, ac etiam textuum cōmentorum Aristotelis in marginibus: Nec nō textu Magistri sententiarum apposito titulis questionum. *Eodem folio verso legitur nuncupatoria epistola sub epigraphe*: Philippus Bagnacavallus minoritani ordīs Prestantissimo

Digitized by Google

Patri frācisco Saxoni Theologo4 eminentissimo totiusq3 minoritane pfessiōis Generali ministro felicitatem. *In fine primi libri*: Explicit scriptū sup p̄mū sn̄tarū editū a fratre Ioāne duns: ordinis fratrū mi͂o4 doctore subtilissimo: ac o͂ium theologo4 p̄cipe. Per excellentissimū sacre theologie doctorem magistrū Philippū de Bagnacavallo eiusdem ordinis in famosissimo studio Venetiarum ordinarie legentem. maxima cum diligentia emendatum. *Sequitur* Registrum, *et signum* Octaviani Scoti. *Sequuntur* Commentaria in lib. 11. et 111. *cum eadem subscriptione sine nota anni. In calce Partis IV*: Explicit scriptū sup 4. sn̄tarū editum a fratre Ioanne duns: ordi͂s minorū doctore subtilissimo: ac o͂ium theologorum p̄ncipe. Per excellentissimum sacre theologie doctorem magistrū. Philippū de Bagnacavallo eiusdē ordi͂s fratrū mino4: in famosissimo studio Veneto ordinarie legētē maxi͂a cum diligētia emēdatū. Impssum Venetiis mādato ac ip̄sa Nobilis viri dn̄i Octaviani Scoti Civis modoetiensis. Per Bonetum locatellū Bergomēsē. qntodecimo Kl.s Ianuarias. i497. Tom. 2. in folio..... IV. I. 4-5.

—— Exemplar alterum *tertii libri tantum*..... IV. I. 13.

—— Exemplar alterum *quarti libri tantum*..... IV. I. 16.

—— Super primum sententiarum. *Praemittuntur duo folia indicis distinctionum. In calce operis haec notata habentur*: Ioannis Scoti theologi subtilissimi sup p̄mū sentētia4 finit die V. novēbris p nobilē virū Vendelinū Spirensem. qui i͂geniū dedaleū in i͂pssiōib⁹ suis edocet M. cccc. lxx2. Nicholao throno Venetiarum duce.

Frater Rufinus ordinis cordifero4 in sacra theologia bachelarius dignissi⁹ magna cūdiligēa p optime emendavit.

In folio..... XIII. G. 23.

Editio princeps, et rarissima. Caret signaturis, foliorum numeris, ac custodibus, et typus gallo-francus est. Litterae principales rubro colore sunt depictae.

—— Alia editio. *Opus absque praevia notitia incipit sic*: Utrum homini pro statu isto sit necessarium etc. etc. *Absoluto opere, legitur typographica nota*: Expliciunt quēstiones Ioannis Scoti: theologi acutissimi sacri mino4 ordinis: Super primo sentētiarum: Quod opus ab Antonio Trombeta: theologo: patavino: ordinis minorū ingenti diligentia emendatum est: Antonii vero bononiensis phisici q̄dam Ioannis genuēsis ittidem (sic) phisici: Et Cristofori bellapiera Veneti: iussu et sūptibus venetiis impressum.

Anno iesu Christi. f. dei
et Marie Virginis
M.° cccc.° lxx i i.°
xiii. Kal.
Decen
bres
? X.
: S.
Finis.

Digitized by Google

Sequitur Registrum. In folio..... XIII. G. 24.

De la Valliere pag. 195. monet typos hujusmodi editionis eosdem videri, quibus *Scoti Quodlibetum* anno 1474 per *Albertum Stendal* impressum fuit. At in *Catalogo Ducis Soubisae* p. 75. tribuitur *Vindelino de Spira.* Character romanus est, sine signaturis, custodibus, paginarum numeris, ac initialibus, et gemina columna opus istructum est.

—— Exemplar alterum..... IV. I. 9.

—— Alia editio. *Expletis* Disputationibus *accedunt* Additiones *ad ipsas* Disputationes, *in quarum calce haec notavit Typographus:* Explicit scriptū sup̄ p̄m sn̄a4: editū a frē Iohāne duns: ordis frat4 mio4 doctore subtilissimo: ac oīum theologorū p̄ncipe. Per excellētissimū sacre theologie doctorē mgr̄3 Thomam pēketh āglicū ordinis hēmitat4 scī Aug. ī famosissimo studio patavino ordinarie legētē maxīa cū diligētia emēdatū. Impressum Venetiis expēsis et mandato Iohānis de Colonia: socijq3 ei⁹ Iohannis manthen de Gherretzem Anno a natali xp̄iano. i477.° die vo 26. Iulij. *Deinde legitur:* Et sic finis ha4 additōnum: que s̄3 nōnullo4 opinionem textui doctoris subtilissimi sup̄ p̄mum sn̄arum librum addunt⁹: et in eodem locis suis int⁹ponunt⁹. *Adcedit* Registrum.
In folio..... IV. I. 7.

—— Alia editio. *Praecedit tabula alphabetica* Disputationum, *qua absoluta, in medio primi folii recti majusculis formis legitur:* Primus sententiarum doctoris excellentissimi a Reverendo sacre theologie professore magistro Gratiano Brixiano eiusdem ordinis in vniversitate Paduana publice theologiam legente diligenti cura ac sollicitudine emendatus feliciter terminatur. Ac impensa et industria solerti Bernardini de Novaria. Impressus Venetiis anno domini i490. die. 17. mensis Julij Finis. *Sequitur* Registrum. In folio..... IV. I. 14.

—— Alia editio, *cum* expositionibus F. Pauli Sueui Scriptoris ordinis minorum de observantia. *Praemisso prologo nimis prolixo, opus incipit a folio 37. In calce hanc notam adposuit Typographus:* Explicit exacta expositio et subtilis subtilissimarum sententiarum, quas doctor subtilis in primum librum suum circa magistrum Petrum lumbardum in unum congessit ordinaria lectura ordinarie facta in conventu fratrum minorum in alma vniversitate Tuwingn. ubi et impressa est per hujus artis gnarum magistrum Iohannem Ottmar. Anno salutis. M. cccc. xcviii. xxiiii. die Martii. *His errata sunt subnexa. Additum est* Inventarium punctorum hujus libri per folia et columnas.
In folio..... IV. I. 8.

—— Super secundum librum sententiarum. *Praeit folium Indicis. In calce:* Expliciūt q̄stiões Iohānis scoti theologi acutissimi sacri mio4 ordis sup̄ 2.° sn̄a4 ab excellētissimo sacre theologie p̄fessore Thoma penket anglico ex heremitano3 ede ordē diligētia emēdata et p̄ magistrū Albertū de stēdael ip̄sse Anno Domini M. cccc. lxxiiii.
In folio....., XIII. G. 22.

Sine loci indicatione, attamen satis notum est; *Albertum Stendael Venetiis* artem typographicam exercuisse. Initiales, quae deerant in spatiis, a Miniculario rubro colore suppletae sunt.

—— Exemplar alterum..... IV. I. 9.

Digitized by Google

—— Super tertium sententiarum librum. *In calce Typographus notavit* : Explicit scriptum super 3. sententia4 editum a fratre Iohanne duns: ordinis fratrum minorum doctore subtilissimo. ac omniū theologo4 principe Per excellentissimum sacre theologie doctorem magist4 Thomā penketh anglicum ordinis frat4 heremita4 sancti Augustini. in famosissimo studio Patavino ordinarie legentem. maxima cum diligentia emendatum. Impressum Venetiis ad expensas et mandatum Iohannis de Colonia : sociiq3 ei⁹ Iohannis manthen de Gherretzen. Anno dñi. M.cccc. lxxvij. Laus deo. *Adcedit* Index, *et* Registrum. In folio.. IV. I. 15.

—— Alia editio. *In medio folii primi majusculis formis legitur* : Tertius sententiarum doctoris subtilis Scoti. *In calce totius voluminis haec legenda occurrunt*: Tertius liber sentētiarū Ioānis Scoti ordis mino4 sacre theologie doctoris excellentissimi a reverendo sacre theologie professore magistro Grano Brixiano eiusdem ordinis in universitate Paduana publice theologiam legente diligenti cura ac sollicitudine emendatus feliciter terminatur. Ac Expensa et industria solerti Bernardini de Novaria. Impressus Venetiis āno dñi. 1490. die 21 aprilis. In folio. IV. I. 12.

—— Super quartum sententiarum librum. *Typographica nota ad calcem exprimitur hoc pacto*: Iohānis scoti in 4.° snīa4 op⁹ p̄clarissimū ceteris theologie voluminib⁹ emēdat⁹ ac castigati⁹ excriptū. Idē aūt diligentissime recognovit Thomas anglic⁹ sūm ī theologia magr̄. Impressioniq3 Venetiis deditū est ductu et impēsa Iohānis Colonie agrippinēs⁹ socijq3 ei⁹ Iohānis māthen de Gherretzhem qui una fideliter degunt et cuncta ad omunē vtilitatē pagūt. *Sequitur* Tabula Scoti in 4.° snīa4 librū, *deinde* Registrum. In folio..... IV. I. 2.

Sine chronologica nota. Opus instructum binis columnis in quavis pagina, quarum singulae continent 50. lineas, eodem semi-gallo-franco, sed nitido charactere, quo iidem Typographi anno 1477. impresserunt *tertium sententiarum librum*, superius a nobis relatum. Initiales litterae parvis formis notantur, sed Miniculatoris industria quamplurimae nunc majoribus expressae sunt. Signaturae in extremitate marginis inferioris adsunt: custodes vero, et numeri foliorum nullo pacto exprimuntur. Hujusmodi editionis mentionem facit *Maittairus pag.* 769.

—— Exemplar alterum..... IV. I. 3.

—— Quodlibeticae Quaestiones *purgatae per* Thomam Penketh Anglici : *Opus incipit absque praevia notitia sic :* Cuncte res difficiles ec. ec. *In fine voluminis Typographus notavit :* Explicit feliciter :

M. CCCC. LXXIIII.

Haec Albert⁹ ego Stēdal colibeta (sic) mgr̄
Antiloq Seloti formis uberrima pressi.
Religiōe sacra et diva celeberrim⁹ arte.
Clar⁹ et ĩgeĩo. Augusti ex ordĩe Tomas
Impressum purgavit op⁹ studio ĩteger oĩ.
Anglia cui patria est gn̄is ognoĩe penketh.

Adcedunt Additiones, et Registrum. In folio..... IV. I. 1.

Sine loci indicatione. *Albertum de Stendael* vel *de Stendalia Patavii* artem typographicam exercuisse diximus ex *Maittairo Tom. 1. pag. 355.* ubi refert *Grammaticam Nicolai Perotti* ab hoc artifice anno 1475. *Patavii* excusam : Impressum est opus, rotundo eleganti charactere, qui in una ex duabus columnis paginarum lineas comprehendit 40. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desunt; Initiales litterae Miniculatoris industria vacuis spatiis adcessere.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XIII. G. 21.

—— Alia editio. *Absoluto opere, adcedunt* Additiones, *et* Tabula *in cujus calce haec notavit Typographus:* Et sic est finis ho4 colibeto4 a Iohẽ duns ordinis frũ3 mino4 doctore subtilissimo: ac oĩum theologo4 p̃ncipe: edito4 p̱ excellentissimum sacre theologie doctoR; mg̃R; thomã penketh anglicũ ordinis fratR; heremitaR; sancti Augustini: ĩ famosissimo studio patavino ordinarie legẽtẽ: maxĩa cũ diligẽtia emẽdato4. quo4 bonitate ac emẽdatione diligẽti impssa fuere venetiis impens⁹ Ioh⁹is de colonia: sociiq3 eius Iohãnis Manthen de Gherretzem. Anno. M. cccc. lxxvij. die v̄o. vij. mẽsis Octobris. Laus Deo. *Sequitur* Registrum libri presentis. In folio..... IV. I. 15.

—— Alia editio. *Post* Additiones, *et* Tabulam *legitur in calce operis:* Expliciũt qõnes quolibe (sic) edite a fratre Ioãne duns. ordinis fratrũ minorũ doctore sb⁹tilissimo. ac oĩum theologorũ principe. Per excellentissimum sacre theologie doctorem magr̃m Thomã pẽketh anglicũ ordinis fr̃m hẽmitarũ sat̃ Aug. in gymnasio patavino ordinarie legentẽ maxima cũ diligentia emẽdate Impresse Venetijs ope ac impẽsa Ioãnis de Colõia. Nicolai Iẽson. sociorũq3 Curam ac diligentiam adhibuit in his sũmus ĩ hac arte vir: magr̃ Ioannes de Selgenstat non mediocrit⁹ observandus. Anno salut⁹. i4.8i. i4. Novembris. *Sequitur* Registrũ sup Quolibe. Schoti. in 4.°..... II. A. 9.

—— Alia editio. *In medio folii primi majusculis litteris gallo-francis legitur:* Questiones quolibetales Scoti. *Absoluto opere adcedunt,* Additiones *et* Tabula, *et in calce haec excusa verba leguntur:* Expliciunt questiões quolibetales edite a fratre Ioãne duns ordinis fratrũ minorũ doctore subtilissimo ac oĩum theologorum principe. Per excellentissimum, sacre theologie doctorẽ magistrũ Philippũ debagnacavallo eiusdẽ ordinis fratrũ mino4 in gymnasio Veneto ordinarie legentem maxima cum diligentia emendate. Impresse Venetiis mandato ac sumptibus nobilis viri domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Tertio nonas februarii. i497 per Bonetum locatellum Bergomensem. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum, alibi a nobis notatum.* In folio..... IV. I. 13.

—— Exemplar alterum..... IV. I. 16.

—— Alia editio. *Titulus in medio folii primi, majusculis litteris impressus ita habetur*: Quotlibeta doctoris subtilis Scoti. *In calce operis legitur tantummodo:* Explicit tractatus subtilis Scoti. *His verbis subiectum est* Registrum.
In folio..... IV. I. 12.

Integrum hoc opus 62 foliis contentum, in duabus columnis eleganti papyro, ac galle-franco, sed nitido charactere impressum est. Foliorum numeri, et signaturae visuntur; initiales vero litterae parvis formis a Typographo sunt adpositae; custodes desiderantur. Editio ista Bibliographis parum nota, et ideo perrara admodum censenda est. Quo anno, quo loco, et a quo Typographo prodierit, definire non ausim, aliisque decernendum relinquo.

—— Quaestiones super universalibus Porphyrii, libris Praedicamentorum, et Perihermeniis Aristotelis. *Folii primi prima columna haec sequentia verba in summitate exhibet, rubro colore excusa:* Clarissimi doctoris subtilis Ioannis Scoti

Digitized by Google

questiones incipiunt super universalibus porphyrij ac libris predicamento4 pi^{r}menias (sic) Aristotelis. Quibus sui discipuli Antonii Andree questiones sex principiorum connectuntur. *Opus integrum desinit hisce verbis* : Finis questionum libri sex principiorum. Antonij Andree doctoris sb^{t}ilis discipuli foelicit^{r} adest. *In ultima pagina extat* Registrum. In folio..... VIII. F. 31.

Editio nullis indiciis typographicis praedita quae excusa videtur ex typis *Ioannis Person Dauuome, qui Venetiis* artem typographicam exercuit, uti adparet ex similitudine characterum operis *Ioannis Anglici super quaestionibus de universalibus doctoris subtilis*, a laudato Typographo *Venetiis* impressi *anno 1483*. Character enim gallo-francus est, qui in una ex duabus columnis paginarum lineas comprehendit 56. Signantur fasciculi, sed custodes, et foliorum numeri desunt; initiales raro minoribus litteris supplentur, quum plerumque omissae omnino fuerint.

—— Exemplar alterum..... VIII. A. 46.

—— Exemplar tertium..... VIII. E. 36.

—— Alia editio, *cui adcedunt* Antonii Andreae quaestiones sex principiorum in lib. Gilberti Porretani. *In calce hujus operis legitur haec typographica nota*: Opus recognitum a probato artium doctore D. Nicolao iudeco Veneto. Et impressum Venetiis p Ioānē et Gregorium de gregoris (sic) fratres Anno dñi. M. cccc. lxxxxij. mensis Ianuarij die quinta. Finis. *Sequitur* Registrum, *et deinde* Elenchus Questionum. In folio..... VII. A. 36.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 24.

—— Exemplar tertium..... VIII. E. 2.

—— Alia editio. *In medio folii primi charactere majusculo gallo-franco haec leguntur*: Questiones Scoti super vlib^{s} predicamētis et perihermeniis = Qōnes Antonij Andree sup sex prīcipijs = Expositiones fratris Ioānis Anglici super qōnibus vlium Scoti. *In calce totius operis*: Subtilissime qōnes doctoris subtilis Ioannis Scoti sup universalibus Porphyrii. ac sup pdicamētis et perihermenijs Aristotelis. una cum qōnibus clarissimi doctoris Antonii Andree sup sex pcipijs. Nec nō cū expōnib^{s} carūdē qōnū doctoris subtilis sup vlibus. editis ab eximio doctore magistro Ioāne Anglico ordinis mino4. feliciter expliciūt. Impresse Venetiis per Bonetū locatellum mandato nobilis viri. D. Octaviani Scoti Modoctiensis. i492. Tertio decimo calendas Ianuarij. In folio..... VIII. E. 27.

—— Alia editio, *cum commentario* Ioannis Anglici. *In primo folio post brevem prologum, cujus exordium sic legitur*: Creberrime instantiusque rogatus etc. etc. *Ad calcem voluminis haec notantur verba*: Explicit cōmetū magistri Ioannis anglici ordinis minorum super questiōib^{s} de universalibus Doctoris subtilis. v. Ioannis Scoti. Impressum venetiis per Ioānem persan Dauuome anno domini. M.cccc. lxxxiii. *His subjungitur* Registrum.
In folio..... VIII. F. 41.

Fabricius Bibl. med. et infim. lat. qui editionem anni 1489 refert, haud novit hanc nostram. *Braun Tom. II. pag. 104* ex silentio *Maittairii*, qui non solum editionem ignoravit, verum et Typographi nomen, coniicit editionis nostrae raritatem; sed errore forsan typographico *pro universalibus* legitur *universabilibus*, et *universitatibus*.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum... ..... VIII. A. 48.

—— Alia editio. *In medio folii primi majusculo charactere gallo-franco legitur* : Questiones Scoti super Universalia Porphyrii : necnon Aristotelis Predicamēta ac Peryarmenias = Item super libro Elenchorum et Antonii Andree super libros Sexprincipiorum = Item questiones Mauritii de Portu hibernici super qōnes universales Scoti = Item qōnes Ioannis Anglici super qōnes universales eiusdem Scoti. *Eodem folio verso cernitur Nuncupatoria epistola sub inscriptione*, Mauritius de Portu Ibernic⁹ ordīs mīo4 Xanto Mauro patritio Veneto S. p. d. *Expleta epistola, incipit in sequenti folio opus, in cujus calce signavit Typographus* : Expliciunt questiones Doctoris subtilis Ioannis Scoti super universalia Porphyrii : et Aristotel⁹ p̄dicamēta : et pyarmenias (sic) : ac elenchorū : nec non discipuli eius Antonii Andree super libro sex principio4 Gilberti poretani : studiosissime correcta per Reverendū patrem Mauritium de Portu Hibernicum (sic) ordinis mino4 : Venetiis impresse sumpto dñi Andree Torresani de Asula per Simonem de luere Die xx. marcij. M. ccccc. feliciter. Cum Privilegio. *Sequitur* Tabula Questionum Scoti. *Dein sub eodem signaturarum ordine, ac iisdem foliorum numeris*, Incipiunt Expositiones Questionum doctoris subtilis Ioānis Scoti super universalibus Porphyrij : edite a Magistro Ioanne Anglice ordinis minorum. *In fine*, Expliciūt expōnes Io. Anglici. *Adcedit* Tabula. *Sub ipso signaturarum ordine, ac paginarum numeratione sequitur* Mauritii de Portu Hybernie : ex ordine minorum : Theologie osulti : in questiōes dialecticas Divi Io. Scoti Expositio accuratissima. *In calce tandem totius voluminis haec alia nota typographica occurrit* : Explicit lectura fratris Mauritii de Portu ordinis Minorum, p̄vincie Hibernie in questiones Doctoris subtilis sup Porphyrio Padue dum ordinarie sacram theologiam legebat. finita. xxviij augusti ĩ Inclyta urbe ferrarie. Anno salutis christiane. M.ccccxcix. et Venetiis impssa mandato dñi Andree Torresani de Asula per Simonem de luere. xx. Marci. M. D. Cum Privilegio. *Adcedit* Registrum. In folio..... VIII. F. 16.

—— Questiones doctoris Subtilis Ioannis Scoti super libros Priorum analyticorum Aristotelis. *Haec insunt verba in medio folii primi majusculis gallofrancis typis excusa. In calce operis* : Expliciunt Questiones libri priorum : Parisius (sic) discusse a magistro Ioāne Scoto : in vico Straminū. Venetiis ĩpresse per Simonem de luere. 16. Aprilis. 1500. *Adcedit* Tabula, *cui subnectitur* Ioannis Caīpagnae Pedemontani Carmen.

Corduba municipem iactet : sileant q3 magistros
Cecropidae : et veteres martia roma viros.
Duns celebrent nova sæcla virum : foveant q3 nepotes :
Scotia quem laeto sidere terra tulit.
Marte decēs hector : maro carmine : harūdine phaebus
Fraude si non : mira hic unicus arte potens.

In 4.°..... VII. B. 32.

—— Questiones utiles subtilissimi doctoris Ioannis Scoti Super libros Posteriorum. *Laudatus titulus praefigitur in medio folii primi. Eodem folio averso occurrit brevis epistola sub inscriptione*, Frater Mattheus Campagna or-

Digitized by Google

dinis minorum : theologorum minimus : ingeniosis ac solertibus bonarum artium studentibus : felicitatem et ingenium assequi aristotelicum. *In folio secundo extat* Tabula questionū subtilissimi doctoris Ioānis Scoti sup libros posterio4 , *et in folio tertio incipit opus, in cujus calce sequentia verba leguntur*: Expliciunt Questiones doctoris Subtilis super libros Posteriorum: Impresse Venetiis per Simonem de Luere ij.° Decembris. M. ccccxcvij. In 4.°..... VII. B. 32.

—— Questiones auree ac putiles super libros elēcho4 Aristotelis , *ex recensione* Oliverii Ionti. *Primo folio legitur* Epigramma, *sub inscriptione*, Petrus Garaottus de forlivio phylosophie Cultor Scoto suo felicitatem. *Eodem folio verso occurrit epistola nuncupatoria, cujus inscriptio*: Oliverius Iontus picens (sic) de monte gallorum Artium doctor: et medicine professor: Balthassari excellentissimi medici: preclarissimiq3 phī Dn̄i magistri Stephani de Turre filio dignissimo: bonarumq3 artium cultori assiduo : felicitatem plurimam dicit. *In calce operis*: Expliciunt questiones elenchorum subtilis Doctoris Scoti: accuratissime impresse Venetiis : Anno domini Millesimo quadrigentesimo Nonagesimo nono. quinto Nonas Octobris. *Sequitur* Tabula. In 4.°..... VII. B. 10.

Sine Typographi nomine. Ex typorum forma adparet hanc editionem prodiisse ex officina *Ioannis Hertzog de Landoia.*

—— Questiones subtilissime Scoti in methaphysicam Aristotelis = Ejusdem de primo rerum principio tractatus. Atq3 theoremata. *Is titulus praefigitur in medio folii primi. Eodem folio averso extat epistola hac praedita inscriptione*: Mauricius Hibernicus Minoritani ordinis. Reverendissimo Patri Dn̄o Dn̄o Petro Barotio Patavino Antistiti. Salutem. *In fine Typographus notavit*: Expliciunt epithomata seu castigationes preclarissimi Doctoris Magistri Mauritij. Hibernici Ordinis Minorum in theoremata Doctoris subtilissimi Ioānis Duns Scoti ejusdem ordinis. Ac etiam in tractatu de p̄mo principio ejusdem. Impressa Venetiis mandato et expensis Nobilis viri Domini Octaviani Scoti Civis modoetiensis. Per Bonetum Locatellū Bergomensē. i497. Duodecimo Kalendas Decembris. *Adcedunt duo* Epigrammata , *alterum* Pauli amalthei in metaphysicam Io. Scoti , *alterum* Epigrama Danielis Caietani Alexandrei Cremonensis. *Sequitur* Registrum, cui *subnectitur signum* Octaviani Scoti. In folio..... VIII. A. 45.

—— Exemplar alterum..... .. VIII. C. 22.

—— Exemplar tertium..... VIII. C. 23.

—— Alia editio , *in qua continentur ea , quae in precedenti editione notavimus. In calce* Expliciūt epithomata seu castigationes preclarissimi Doctoris Magistri Mauritij Hibernici Ordinis Mino4 in theoremata doctoris subtilissimi Ioānis Duns Scoti ejusdē ordinis : Ac etiā in tractatū de primo principio eiusdē : Impressa Venetiis cōmissiōe et expensis reverēdi viri Domini Andree de Asula : Per magistrū Ioannē Hertzog de Landauu Alemanū. 1499. Tertiodecimo Kalēdas Septēbris. *Sequuntur* Epigrammata. In 4.°..... VII. B. 10.

—— Opera et Tractatus Ioannis Duns per ordinem alphabeti, studio Ioannis de Colonia. *Tabula praecedit huic titulo subiecta*: Operis hujus perceleber-

Digitized by Google

rimi : per fratrem Iohannem de colonia germanum sacrarum litterarum professorem eruditissimum : amplissimam subtilissimi doctoris Ioannis scoti : ut divinitus inspiratam doctrinam : super quatuor libris sententiarum methaphisice : de anima : et q⁹odlibetis ejusdē : p⁹cōpendiose plena sententia continentis : per ordinem alphabeti egregie compilati : tabula feliciter incipit. *Post tabulam XI. fol. contentam*, Incipiunt questiões magistri Iohānis scoti abbreviate et ordinate per alphabetū sup⁹ quattuor libris sententiarū : quodlibetis. q. metaphisice et de anima. *Ad calcem integri operis haec notata fuere* : Expliciūt. q. Io. Scoti. sup⁹. q⁹tuor libris sn̄arum. me.ᵒ et de a⁻a. et q⁹dlibetis eiusdē. imp⁹sse p⁹ Mgr⁹m Vendelinū de Spira. Laus deo. In 4.° ..... XIII. A. 5.

Absque chronologica nota, ac loci notitia : verum *Venetiis* adscribenda est editio, ubi *Vendelinus* degebat. Duplex columna rotundi characteris admodum inaequalis, lineas occupans 36, implet paginas huiusmodi voluminis, in quo nullus custos, aut foliorum numerus conspiciendus datur; at signaturae litteris, et arabicis numeris indicatae adparent; pro initialibus spatia tantum adsunt. *Seemiller pag. 126.* editionem hanc describit, ac etiam *Denis in Supplemento.*

—— Exemplar alterum ..... III. A. 7.
—— Exemplar tertium ..... III. A. 9.

D U

Duranti Guilielmi. Rationale Divinorum officiorum, *ex recensione* Io. Baptistae de Lanciis, *et cum ejus Epistola ad* Cathanium Spinulam, *quae totum fere primum folium versum occupat. Sequuntur deinde rubricae singulorum librorum, quae duobus foliis, et modica alterius folii parte continentur. Opus incipit, cui praeposita est sequens inscriptio charactere gallo-franco grandiori, ac rubro excusa:* Incipit Rationale divinorū officiorum Editum per R. in cristo patrem et dominū. Dominum Guilielmum durāti. dei et apostolice sedis gracia Presulem Mimateñ. qui composuit Speculum iuris et patrum Pontificale. *Nota typographica ad calcem voluminis verba haec refert :* Presens preclarum opus alma in urbe Romatocius mūdi regina et dignissima Imperatrix que sicut pre ceteris urbibus dignitate preest. ita ingeniosis uiris est referta. non atramento plumali. calamo neq3 stilo ereo. sed artificiosa quadā adinventione imprimēdi seu caracterizandi sic effigiatū ad dei Laudem industrieq3 est consumatum. per Vdalricum Gallum Almanum et Simonē nicolai de luca. Anno domini. M.CCCC.LXXIII. Die uero. xxiii. mensis Iunii. *Succedunt postremo duo alia folia, ex quibus primum anteriore facie exhibet* Registrum *foliorum, et secundum omnino est album.* In folio majori ..... V. F. 1.

Nec signaturae, nec custodes, nec foliorum numeri adsunt; et pro initialibus extabant spatia, quae a Miniculatore repleta sunt litteris coloribus eleganter depictis. Totum opus duplici columna est impressum rotundi characteris, et in unaquaque columna 56 lineae reperiuntur. De hac rarissima editione fuse disseruere *Audiffredus in catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 134.* et *Laire pag. 194.*

Digitized by Google

—— Alia editio. *Opus initium sumit a titulo in summitate primae columnae sic excuso:* Rationale divino4 officiorum incipit. *Haec verba Typothetae cura expressa leguntur ad voluminis calcem:* Rōnalis p̄ns diuīo4 officio4 liber capitalium decorat⁹ venustate ast rubricacōib⁹ accurat⁹ distinct⁹. Per discretū iohānem zeiner ex Reutlingen p̄creatum urbe Vlm ɔmorantem cū diligentia impressus. Cum tr̄tate sūme et individue adiutorio consūmat⁹ Anno dñi millesimo q̄dringētesimo septuagesimo tercō die īcio vō decembris. In folio..... XIII. H. 21.

Litterae majores huiusmodi rarissimae editionis ligno sunt incisae, et rubro colore depictae; at prima littera folii primi, ejusque margines ornamento decorati sunt. Desiderantur signaturae, et custodes; folia vero more romano numerantur. Character gallo-francus est, et columnae constant 50 lineis. In nostro exemplari huiusce elegantissimae editionis desideratur folium primum, quo contineri deberet *Registrum* operis.

—— Alia editio. *In primo folio verso nuncupatoria imprimitur epistola, cum epigraphe:* Ioannes Aloisius tuscanus Auditor Camer̄ Ap⁹lice. Reverēdissimo D. dño Petro Cardinali Tirasonensi. *In secundo folio recto incipiunt* Rubrice Rationalis Divinorum officiorum, *quas duo folia complectuntur; quarto opus incipit praevio titulo, quem primo loco notavimus. Absoluto opere haec Typographus ad calcem signavit:* Presēs ratiōalis diuīo4 officio4 op⁹ clarissimū im̄pssū rome p̄ honorabilē vi4 m̄gistrū georgiū laur d⁹ herbipoli sub āno dñi. M.° cccc° lxxvii° die ♆° iovis. xx. m̄sis febru. pōtificat⁹ sanctissimi ī xp̄o p̄ris et domini nostri domini. Sixti divina providētia pape q̄rti āno ei⁹ sexto finit feliciter. Amē.
In folio..... V. F. 2.

Opus duplici columna impressum est, et quaelibet earum lineis 48. rotundi characteris constat. Nec signaturae, nec custodes, nec foliorum numeri adsunt; et pro initialibus occurrunt spatia, in quibus raro a Miniculatore rubro colore suppletae fuere. *Audiffredus pag. 218.* hanc adfert editionem, et aliam eiusdem anni, et Typographi, quae notam gerit diei *xvi. mensis Octobris.*

—— Exemplar alterum..... V. F. 3.
—— Exemplar tertium..... V. F. 4.
—— Alia editio. *Praecedunt* Rubrice rationalis divinorum officiorum, *quae duobus foliis absolvuntur. Folio tertio* Incipit rationale divino4 officio4 per. R. in xp̄o patrem et dominū dñm Guilielmū durāti dei et apl̄ sedis gratia presulē Mimatēn. qui composuit speculū iuris et patrum pontificale. *Ad calcem haec verba occurrunt:* Clarissimum atq3 sanctum opus intitulatum liber Rationalis divinorum officiorum. emendatissime impressum Neapoli. Regnante divo rege ferdinando invictissimo. per Mathiam morauum. Sub anno domini Millesimo quadringētesimo septuagesimooctavo. die. xxviij. mensis Iulii. finit feliciter. *Sequitur* Registrum foliorum hujus libri. In folio..... XI. C. 16.

Editio haec accurate describitur a nostro *Giustiniano pag. 58. Saggio storico-critico sulla Tipografia del Regno di Napoli.* Paginae in columnas dividuntur, absque signaturis, numeris, ac custodibus; et pro litteris initialibus spatia tantum extant. *Guilielmus Cave* in *tom. I. Historiae Litterariae Script.*

Digitized by Google

Eccles. pag. 652. triginta duas hujus operis recenset editiones, inter quas illa *Moguntiae* ann. 1459. impressa principem locum obtinet, cujus pulcherrimum, nitidumque exemplum membranaceum extat in Bibliotheca *Montis-Cassini*; praesentis vero nullam habuit notitiam, immo et alii Bibliographi de hac nostra Neapolitana editione omnino silent; ex quo insignis esse raritatis, merito coniiciendum est.

—— Alia editio. *Praeit nuncupatoria epistola sub inscriptione*, Ioannes Aloisius tuscanus auditor camere apostolice reverendissimo D. domino Petro Cardinali Tirasonensi. *Sequuntur* Rubrice, *deinde* Incipit rationale divinorum officiorum ec. ec. *ad cujus calcem haec leguntur:* Hermannus lichtensten coloniensis probatissimus librarie artis exactor. Impressum Vincentie anno domini. M. cccc. lxxviij. In folio parvo..... V. F. 10.

Initiales, quae deerant in spatiis, eleganter a Miniculario suppletae sunt variis coloribus.

—— Exemplar alterum..... V. F. 11.
—— Exemplar tertium..... V. F. 12.
—— Exemplar quartum..... V. F. 13.
—— Alia editio. *Praefigitur nuncupatoria epistola* Iohannis Aloysii Tuscani Petro Cardinali Tirasonensi, *et in seguenti folio* Incipit rationale divinorum officiorum ec. ec. *Absoluto opere, in calce primae columnae ultimi folii sequentes litterae cernuntur*

FINIS *pro Finis*
R. D. O.

Hasce siglas tnterpretor Rationale Divinorum officiorum. *Tabula in sequenti folio incipit, tribus columnis in quavis pagina distincta, et in calce nonae columnae notatur:* Explicit tabula huius libri. M. cccc. lxxviiii. In folio..... V. F. 16.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine. Hujusmodi editionis meminere *Denis Supplem. pag. 104* et *Crevenna Tom. I. pag. 68.*

—— Exemplar alterum..... V. F. 17.
—— Alia editio. *Epistola nuncupatoria, quae praefigitur operi, scribitur in prima columna folii primi; sequuntur* rubricae, *et folio tertio* Incipit rationale ec. ec. *In calce voluminis* Hermanus (sic). Lichtensten coloniensis probatissimus librarie artis exactor. Impressum Vincentie anno domini Mcccclxxx. In folio parvo..... V. F. 14.
—— Exemplar alterum..... V. F. 15.
—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedentibus editionibus. In fine,* Georgius Uualch alamanus pbatissimus librarie artis exactor. Impressum Veñ. anno domini. Mcccclxxxij. die vo. xviij. Mensis. May. *Sequitur commendatio operis a* Ioanne Aloisio Tuscano auditore camere apostolice Petro Cardinali adscripta. *Hanc excipit* Registrum chartarum, *et deinde adcedunt* Rubrice rationalis divinorum officiorum. In folio..... V. F. 9.

Digitized by Google

—— Alia editio, *ex emendatione* Gabrielis Bruni, *cujus nuncupatoria epistola legitur in aversa folii primi pagina, sub inscriptione:* Gabriel brunus Venetus ordinis mino4 sacre theologie magister: et heretice pravitatis inquisitor: reverendissimo in Christo patri: domino fratri Francisco sansoni de Brixia: artium et sacre theologie doctori excellentissimo: ac totius eiusdem ordinis Generali dignissimo. *In sequenti folio incipit opus, praevio titulo supra notato, et in calce haec typographica nota occurrit:* Finit feliciter rationale divinorū officiorum: magna cū diligentia revisū et fideli studio emendatum: Impressum Venetiis arte et impensis Erhardi ratdolt de Augusta. Anno salutifere incarnatiōis dñi. M. cccc. lxxxv. vi. idus decēbris. *Adcedunt commendatio operis* Ioannis Aloisii Tuscani, *ut in superiore editione*, Rubrice rationalis divinorum officiorum, *ac* Registrum chartarum. In folio..... ..... V. F. 8.

—— Alia editio, *quae continet ea omnia, quae in praecedenti notavimus. In calce operis;* Finit feliciter rationale divinorum officiorum: magna cum diligentia revisum et fideli studio emendatū: Impressum Venecijs arte et impensis Gulielmum (sic) tredinensem (sic) de monserato. Anno salutifere incarnatiōis domini. M. cccc. lxxxvij. die xx. novembris. *Sequuntur commendatio* Ioannis Aloisii Tuscani, *et* Rubrice. In folio..... V. F. 5.

—— Exemplar alterum..... V. F. 6.

—— Exemplar tertium..... V. F. 7.

—— Speculum Iuris cum additionibus, *in partes quatuor distributum. In fronte primae columnae folii primi rubro charactere hic titulus excuditur:* Incipit. Speculum domini guilhelmi duranti. cū additionibus Iohannis Andree: suo loco ubiq4 positis: Hic totū qcqd est iuris recluditur: Decisiones tam canonici q̄ civilis iuris verissime. Maxima scripto4 auctoritas. Advocate. Hoc libro nō careto. Index hoc op⁹ pquisito. Impensi hic sunt posteritati labores. Grata sis posteritas. quādo questiones emergentes ex tēpore: alibi peregrinis locis abstrusas. hic suis titulis expositas semp invenies.

Hoc ue4 speculū fixe cui semp inherēt.
Forme: sed vitreo cū obiectū mouetur.
Mox fugit ex ocul⁹ fallax et inanis ymago.

Ad calcem primae partis: Finitur prima pars speculi Guilermi durāti: cum additionib⁹ Iohānis Andree suo loco ubiq3 positis: et Baldi. bonoñ impssa per egregium ui4 Balthassarē de azoguidis civem bonoñ. Anno dñi. M. cccclxxiiii. die quinta Ianuarii.

Ad calcem secundae partis: Explicit ēda p̄s speculi Guiller. durāti cū additionib⁹ Ioān̄is andree suo loco positis nec non cū additiōib⁹ Baldi. Impssum Bononiae ĩ officīa Baldāssis azoguidi civis Bonoñe. Anno dñi M. cccclxxiiii. die. xxi. Maii.

Ad calcem tertiae partis: Finitur tertia pars speculi Guillielmi durāti cum additionib⁹ Iohannis Andree ubiq3 positis Bononie impressa per egregium ciuem Bononiensem Balthasarem de Azzoguidis.

Sine anni nota.

Digitized by Google

Ad calcem quartae partis: Explicit ec. ec. Impressum Bononie in officina Baldassaris azoguidi civis bononiensis. Anno dñi M. ccccIxxIIII. die xxI. Maii. In folio. Tom. III..... VII. G. 8-10.

—— Alia editio. *In fronte primi voluminis rubro charactere legitur:* Incipit Speculum Dñi Guilhelmi Duranti cum additionibus Iohannis Andreae et Dñi Baldi suo loco ubique positis. Hic totum quicquid est juris recluditur. Decisiones. Tam Canonici quam Civilis Iuris verissime. Maxîa scriptorum auctoritas. Advocate. hoc libro non careto. Iudex hoc opus perquisito. Impensi hic sunt Posteritati labores. Grata sis Posteritas. Quando questiones emergentes ex tempore alibi peregrinis locis abstrusas hic suis Titulis expositas semper invenies.

Pauper eras Iurisque nequibas solvēr nodos
Hoc Leōardꝰ opꝰ mira tibi odidit arte
Ut possis minimo quicquid vis querere nummo.

Ad calcem: Finitur prima pars Speculi Guilhelmi duranci (sic) cum Additionibus Iohannis Andree et Domini Baldi suo loco ubique positis. Rome impressa per venerabiles magistros Leonardum Pflugel et Georgium Laver adjuvante magne scientie Viro dño Iohanne Aloisio Tuscano Iuris utriusque doctore et Advocato Consistoriali.

In fronte secundi voluminis: Incipit Pars Secunda Speculi domini Guilhelmi Duranti cum additionibus Iohannis Andree et Dñi Baldi suo loco ubique positis. *Ad calcem:* Explicit secundum volumen Speculi cum additionibus Io. An. et Dñi Baldi in locis congruentibus incorporatis impressum Rome per venerabiles magistros Leonardum pfliegl^{9} (sic) et Georg. Laver adjuvante celebri utr. Iur. Doct. Dño Io. Aloisio Tuscano de Mediolano Advocato Consistoriali: cum qui anno superiori Specul. cum additionibus Io. An. simpliciter correxisset: et impressorum incuria sive ignavia minus emendatum edi vidisset ipsum eumdem Spe. ut dignitas operis suadebat ut correctior emendatiorque et ne quid deesset cum additionibus D. Baldi novo invento incorporatis emitteretur curavit. In qua re dum puplice consulit utilitati occasionem glorie non obmisit.

In tertio volumine praemissa Rubrica, *sive* Indice *capitum, seu titulorum habetur in fronte characteribus majusculis:* Incipit tertia pars Speculi eximii doctoris utriusque Iuris Dñi Guilhelmi Duranti cum additionibus Dñi Io. Andree et D. Baldi suo loco ubique positis. *Ad calcem voluminis:* Explicit quartum (sic) Volumen speculatoris cum additionibus Io. An. et D. Baldi in locis congruentibus incorporatis impressum Rome per Venerabilem magistrum Georgium Laver de Herbipoli: adjuvante celebri utriusque Iuris Doctore Dño Io. Aloisio Tuscano de Mediolano Advocato Consistoriali: qui cum anno superiori Specula. cum additionibus Io. An. simpliciter correxisset, et Impressorum incuria sive ignavia minus emendatum edi vidisset: ipsum eumdem Speculatorem ut dignitas operis suadebat ut correctior emendatiorque et ne quid deesset cum additionibus Dñi Baldi novo invento incorporatis emitteretur curavit. in qua re dum publice consulit utilitati. occasionem glorie non obmisit. Anno M. ccccIxxIIII. die vero mercurii

Digitized by Google

xv. mens. Martii Pontificatus S. in Xp̄o Patris et d. n. d. Sixti Divina providentia Pape quarti anno ejus tertio. In folio. Tom. III..... VI. F. 17. 19.

—— Exemplar alterum *tantummodo* I. et II. *voluminis*. VII. G. 11. 12.

—— Alia editio, *etiam cum* Additionibus Ioh. Andreae, et Baldi. *Praeit in Vol. I.* Ioannis Baptiste de Lanciis ad Cardinalem Melfetensem *epistola dedicatoria hujus editionis cujus ipse curam gesserat. Hanc epistolam excipiunt* Rubrice primi libri speculi. *Titulus in secundo folio rubro charactere excusus, hoc pacto legitur:* Incipit speculum domini Guilhelmi duranti. cum additiōibus Iohannis andree. suo loco ubiq3 positis. Nec nō cum additionibus Baldi in fine cuiuslibet Rice. integraliter distributis. Ultimate summa cum diligentia correctum. ac Rome impressum. per viros egregios magistrum Vdalricum gallum almanum et Symonem nicolai lucēsem. mercatorem in romana curia. Hoc in opere quicquid canonicum ac civile ius mandet. nec nō doctorum verax opinio continetur. Erubescat igitur iudex. advocatus. procurator. actarius. qui hoc libro caruerit cum parvi precii habeatur: q̄d ante maximi haberi non poterat. Nostre igitur etati debebitur posteritas. quandoquidem questiones emergentes ex tempore. alibi peregrinis locis abstrusas. hic suis titulis expositas semper invenies. *In calce primae partis*: Finitur prima pars speculi Guilhelmi duranti. cum additionibus Iohannis Andree et domini Baldi Rome impṗssa per venerabiles magistros Vdalricum gallum Almanū et Symonem nicholai de luca. *In fine II. et III. Partis nulla occurrit Typographorum subscriptio. Tituli ipsis praepositi sunt rubro charactere, sicuti etiam IV. parti, in cujus calce haec nota occurrit*: Finit speculum preclarū dūi Guilhelmi duranti. quod bis Rome fuit impressum nunc vero tercio. Hec ultima impressio ꝑditur et correctio. que tanta sui sinceritate coruscat ut non p̄me inferior. nec secundae par. a quouis docto ac experto lectore possit plane dignosci. Cautus sis ergo emptor ne precii uilitas operis te seducat. ut alias impressiones precio huic ultime aꝰponas. Flocipendenda sunt enim. que falsitatis nebula tenebrescunt. Egregium opus istud Rome fuit impressum per uiros egregios Vdalricum gallum almanum, et Simonem nicholai lucensem mercatorem. sub Sixto. quarto pon. max. Anno dūi Mccccclxxiiii. die vero septīa mensis maii. In folio maj. Tom. III..... VII. G. 5-7.

—— Exemplar alterum *in* 11. volum..... VII. G. 3-4.

—— Exemplar tertium *tantum* III. et IV. partis..... VII. H. 1.

—— Alia editio. *Titulus idem ac in praecedentibus editionibus. In fine primae partis*: Explicit prima pars Speculi Guiel. durantis cum additionibus Io. Andree et Baldi suis locis positis impressa venetiis per optimum ac diligentissimum in hac arte magistrum Georgium arivabenum Mantuanum parentem nuncupatum. M. cccc. lxxxviij. die Xij. Iunii.

In fine secundae partis: Explicit secunda pars speculi Iudicialis dūi guilelmi durantis. Impressa Venetiis per optimum ac diligentissimum in hac arte magistrum Georgium de Arrivabenis dictum parentem. ac Paganinum de paganinis. salva omnium pace est inter ceteros amandus ac venerandus propter ipsius in hac arte curam corrigendis operibus imprimendo caractere. Anno domini M. cccc. lxxxviij. die x. Septembris.

Digitized by Google

—— *In fine III. et IV. partis:* Explicit tertia et quarta pars Speculi Guilhelmi durantis cum additionibus Ioannis andree et Baldi suis in locis ubique positis. Impressa venetiis per Magistrum Paganinum de Paganinis brixiensis. Ac Georgium de Arrivabenis de caneto qui salva omnium pace est inter ceteros amandus ac venerandus propter ipsius in hac arte curam in corrigendis operibus ac in imprimendo charactere. Anno domini M. ccccIxxxviij. vi. die Septembris. *Sequitur* Registrum chart. super. IV. Partes. In folio..... VII. G. 14.

Immerito a *Denis* in *Supplemento pag. 767*, et in quibusdam aliis catalogis excitantur duae editiones Venetae, altera scilicet per *Paganinum* an. 1488, et altera ejusdem anni per *Georgium de Arrivabenis*. Est enim una eademque editio.

—— Exemplar alterum *tantummodo* I. *et* II. partis..... VII. G. 13.

—— Inventarium speculi Iudicialis. *In calce operis Typographus sequentia verba notavit:* Finitur inventarium speculi judicialis Rome impressum. per viros egregios Vdalricum gallum almanū et Symonem nicolai lucensem mercatorem sub Sixto quarto pontifice maximo. Anno domini M. cccc. lxxiiii. die vero vicesima-secunda mensis maii. In folio..... VI. D. 23.

—— Exemplar alterum..... VII. G. 15.

—— Alia editio. *Titulus in fronte primae columnae praefigitur hoc pacto:* Hoc est repertorium iuris. U. monarche dñi Guil. durātis quod ab ipso in ope suo in nōnullis locis et ab alijs viris illustribus aureū gēmatūq3 nūcupat⁹ quod q̄le quātūve expediat: ut v̄bo Hieronymi nec non et ipsius auctoris utamur in §. igit̄ in ꝑemio suo nō est opus v̄bis exprimere itaq3 quisq3 sis hunc librum cha4 ꝑcipuumq3 semper habeas. *In calce*: Explicit Reꝑtoriū Speculi. Arte ac Impēsa ꝑvidorū magistri Paganini de Paganinis Ac Georgii Rivabeni Brixiensium. Venetiis Anno dñi. M. ccccIxxxviij. Octavo Idus Iunii. Deo gratias amen. *Sequitur* Registrum..... VII. G. 14.

—— Repertorium aureum super toto corpore Iuris Canonici. *In fine operis haec verba excusa leguntur:*

Que quidem plura sūt
Sparsim tradita iura
Hec nūc scriptura fa
Cili monstrat tibi cura.

Repertorium aureum dñi Guilhelmi durantis utriusque juris doctoris famosissimi impressum Rome anno salutis M. ccccIxxIIII. die vero xxvII. mensis Aprilis sedente Sixto IIII. Pontifice Maximo Pontificatus ejusdem an. tertio finit feliciter. In folio..... VI. E. 2.

Editionem hanc, quae haud gerit nomen Excusoris, nonnulli tribuunt *Georgio Lavero*. At character hujusmodi editionis valde diversus est a characteribus, ejus satis notis, cui propterea ipsam tribuere certo non ausim.

Digitized by Google

D Y

Dyni de Mucello *seu* Mugello. *Vide Rosonii.*

Dyni Florentini. *Vide* Garbo.

E B

Ebano Petri de. *Vide* Abano.

E G

Egnatii Baptistae. Observationes in Valerium Maximum. *Extant cum textu* Valerii Maximi, *et aliorum Commentariis, et observationibus in eumdem. Vide* Valerii Maximi.

E I

Eiib Alberti de. *Vide* Eyb Alberti de.

E L

Eliae Hebraei Cretensis Philosophi et Medici. Annotationes in libros Physicorum Aristotelis. *Extant cum* Quaestionibus Iohannis de Ianduno. *Vide* Ianduno.

Elchini. Vitarum SS. Patrum, *pars V. Extat cum aliis hujus operis partibus. Vide* Vitae SS. Patrum.

Eliaco Petri de. *Vide* Aylliaco Petri de.

Elysii Ioannis. Libellus de mirabilibus Civitatis Putheolorum et locorum vicinorum : ac de nominibus virtutibusque balneorum ibidem existentium : Et primo ponitur epistola clarissimi Francisci aretini : ad Pium pontificem maximum. Cui prius Eneas picolominibus nomen erat. *Is titulus in tertia pagina operis expressus adparet. Epistola absoluta, monitum ad lectorem adcedit, in quo nonnulla legimus noviter comperta adiecta fuisse per* Franciscum Arretinum *atque ea ad usum balneorum spectant, et primo loco ponuntur. Tabula sequitur libellum, qua expleta legitur :* Hoc opusculum recollectum et Impressum est per Arnaldum de Bruxella in Civitate Neapolis in renovatione meorie civitatis Putheolorū locorūq3 cōvićinorū : ac balneorum et aliarū antiquitatū. Die ultimo mēsis Decembris. Anno a nativitate Domini M. CCCC. Lxxv. Finis.
In 8.°..... XI. A. 24.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XI. B. 40.

—— Quaestio physica numquid sit assignandum aliquod subjectum primum in phylosophia naturali sub convenienti ratione formali. *Is titulus legitur in summitate primae columnae secundi folii. In folio primo averso cernitur nuncupatoria epistola inscripta* Ad illustrissimum marchionem. D. andream Mattheum aqueviuum de Aragonia Iohānes baptista elysius cum cōmendatione. *In calce operis extat tantummodo* Registrum foliorum. *Sequitur sub eodem signaturarum ordine* Landulfi (Caraccioli) Neapolitani Ordinis minorum Archiepiscopi Amalphitani super 11. libro Sententiarum ab Elysio recognito et emendato. *Huic operi praeit tabula, in cujus fine legitur:* Explicit Tabula questionū super secundum sententiarū scdm̄ fratrem Landulfum de Neapoli sacre theologie doctorem de ordine fratrum minorum. *Ad calcem totius voluminis:* Explicit liber secundus sup sententias scdm̄ fratrem Landulfum de Neapoli sacre theologie doctorem de ordine fratrum minorum.
In folio..... XI. A. 9.

Typographus hoc in volumine cudendo charactere semigallo-franco minutissimo, sed nitido usus est, duplici distincto columna, quae lineis 61. impletur. Signaturas adposuit: numeri vero foliorum, ac custodes omnino desiderantur. Initiales parvis formis in spatiis sunt excusae, et interdum xylographicae adparent. Quamvis haec duo opera videri possint distincta inter se, unicam tamen constituunt editionem, quum sint sub uno, eodemque signaturarum ordine. *Chioccarellus* tantummodo in sua historia *de illustribus Scriptoribus Civitatis et Regni Neapolitani Tom. I. pag. 330.* laudata opera, editionemque primum citavit, cujus verba *ex* scribere, operae pretium censeo, quae ad rem nostram quodammodo *facere* videntur. *Quod opus, ut ipse ait in nuncupatoria epistola ad Marchionem Andream Mattheum Aquavivum de Aragonia, conscripsit praesidente Academiae Neapolitanae Domino Ioanne Baptista de Petrutiis Tarentino Archiepiscopo, summa fide, doctrina, ac integritate singulari. Cujus jussu tunc physicam publice interpretabatur, medicinae jam Doctoris infula decoratus. Impressa una cum opere Landulfi Caraccioli Neapolitani ordinis minorum, Archiepiscopi Amalphitani super 11. libro sententiarum, ab Elysio recognito, et emendato, absque tamen nomine impressoris, loci, et anni, in folio.*

E N

Ennii. Epistolae duae, *quarum altera ad* Q. Curtium, *altera ad* Metellum. *Extant inter epistolas* q. Curtio *tributas. Vide* Curtii.

E P

Ephemerides sive Almanach Perpetuus. *Vide* Monte Regio Io. de.

Ephraem S. Sermones *e graeco in latinum versi per* Ambrosium Camaldulensem. *In primo folio recto occurrit* Tabula super sermones Ephrem diaconi: secundum traductionem Venerabilis patris Ambrosii Camaldulensis. *In secundo folio adest* Epistola, *cujus inscriptio*, Ambrosius monachus Cosmo suo viro clarissimo plurimā salutē. *Tertio folio verso incipiunt* Sermones, *qui xix. sunt*,

Digitized by Google

iisque absolutis, haec Typographus verba notavit: M. CCCC. LXXXI. Augusti. xxiii. Impressum Florētiae per Antoniū bartholomei mischomini.
In folio parvo..... II. C. 14.

—— Alia editio. *Praeit nuncupatoria epistola Interpretis, quam excipiunt* Sermones, *qui notam hanc typographicam ad calcem habent*: Impressum Brixie per presbite4 Baptistā Farfengo. Anno dñi M. cccc. lxxxx. Die xv. Mensis November. (sic). *Sequitur, post vacuam paginam*, Tabula sermonum.
In 4.°..... II. B. 34.

—— Exemplar alterum..... I. B. 16.

Epicteti Enchiridion *per* Angelum Politianum *e graeco in latinum versùm, cum epistola Interpretis* ad Laurentium Medicem. *Vide* Politiani Angeli.

—— *Extat pariter cum* Censorino. *Vide* Censorini.

Epidauriorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum aliis ejusdem* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Epigrammata *latine*, et *Italice* multorum Poetarum in obitu Alexandri Pueri Senensis ex Cinnutiorum familia. In 4.°..... XII. A. 21.

Sine notis typographicis, sed Florentina fortasse est haec editio, sicuti docet characterum forma, ac tota typographica oeconomia. Libellus quindecim fòliis absolvitur; pro interpunctionis signis puncta conspiciuntur; numeri vero paginarum, signaturae, ac custodes desiderantur. Typus rotundus est, et valde elegans, qui chartae firmae adhaeret. Opusculum hoc, ni fallor, omnes fugit Bibliographos.

Epiphanii S. Epistolae duae, *quarum prior ad* Ioannem Hierosolymitanum, *secunda ad* S. Hieronymum de profligatione Origenianae haereseos ec. ec. *latine ex* S. Hieronymi versione, *uti eruitur ex Bibl. graec.* Fabricii *vol. vii. p. 424. Extant cum* S. Hieronymi *tractatibus, et epistolis, et indicantur in Tab. Vide* S. Hieronymi.

Epirotarum Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum aliis* Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Epistolae variorum auctorum, *graecae, partes II. In prima pagina primae partis, graecis prius, dein latinis litteris Auctorum* Epistolarum *nomina ita leguntur*: Epistolae Basilii Magni = Libanii Rhetoris = Chionis Platonici = Aeschinis et Isocratis oratorum = Phalaridis Tyranni = Bruti Romani = Apollonii Tyanensis = Iuliani Apostatae = *In secunda pagina nuncupatoria adest epistola, cujus inscriptio,* Aldus Manutius Romanus Antonio Codro Vrceo. S. P. D. *Data est* Venetiis quintodecimo calendas majas M. ID. *In tertia pagina* Epi-

Digitized by Google

stolae *incipiunt, quibus praefigitur titulus* ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΜΟΙΒΑΙΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΑΙ ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ. *Ad calcem* Registrum *adest: quo absoluto legitur,* Venetiis apud Aldum eadē qua caetera conditione. *In priori pagina secundae partis, primum graece, dein latine leguntur haec verba in quinque lineis*: Epistolae diversorum philosophorum. Oratorum. Rhetorum. sex et viginti. Quorum nomina in sequenti invenies pagina. *Nomina igitur pagina sequenti, una cum epigrammate, graece impressa sunt, et haec latina versio in tertia pagina extat:* Epistolares Stili et nomina eorū qui cōposuerūt quas hoc volumen continet epistolas. Synesius = Demosthenes = Plato = Aristoteles = Philippus = Alexander = Hippocrates = Democritus = Heraclitus = Diogenes = Crates = Anacharsis = Euripides = Theano = Melissa = Mya = Alciphron = Philostratus = Theophylactus = Aelianus = Aeneas = Procopius = Dionysius = Lysis = Amasis Musonius = Epistolarum congregatio virorum doctorum.

Quos priscum produxit ceu rosas tempus.
Quarum et si defluit flos, at unguēti elegātia
Permanet satis ad flatum boni odoris.
Sic et doctorum et si viridis aetas vitae.
Velociter transacta est, at lucubrationū elegantia
Permanet abunde ad sempiternam gloriam.

Eodem folio verso usque ad vi. folium leguntur Stili epistolares *sub titulo*: ΕΠΙΣΤΟΛΙΚΟΙ ΤΥΠΟΙ. *Ad calcem integri operis epistola reperitur graeca* Marci Musuri, *qua absoluta legitur* ΤΕΛΟΣ, *ac postea duplex Registrum, et notitia typographica occurrit,* Venetiis apud Aldum mense Martio. M. ID. cum privilegio ut in caeteris. In 4.° ..... XVII. G. 36.

Hanc editionem principem elegantissimam, ac omnium aestimatione dignissimam, Bibliographi omnes maximopere commendant.

Epistolae, lectiones, et Evangelia, *italice. Tabula praeit sub sequenti titulo:* Questa e la tabula de trovare a numero de carthe tutte le pistole et evangelii scripti nella seguente opera secondo lordene della corte romana in nel messale. *Haec vero tabula nono folio absolvitur; decimo* Epistolae et Evangelia *incipiunt praevia inscriptione:* Al Nome del Nostro signor Iesu Cristo. Incominciano le pistole et lectione et evāgelii: i quali si leghono in tutto lanno alla messa secondo luso de la sancta chiesa Romana. In prima ẽ la dominica de ladvento la epistola di sancto paulo a li Romani nel. C. xiii. *Ad calcem legitur:* Qua se finisseno lepistole lectioni et evāgelii chessi leghono in tutto lāno alla messa stampati a Venetia per Nicolo Ienson gallico ad Laude et gloria di Iesu Christo oĩpotēte. M. cccc. lxxvi. In 4.° ..... XIII. D. 8.

Epistolae et Evangelia cum Postilla Nicolai de Lyra. *Vide* Lyra.

Epistola respōsiva a frate Hieronymo da Ferrara dellordine de frati predi-

Digitized by Google

catori da lamico suo. *Extat excusa cum operibus* F. Hieronymi Savanarolae. *Vide* Savanarolae.

Epistolares Stili, *graece. Hoc opusculum* Heraclidae *inscriptum ab auctore anonymo, a nonnullis* Libanio, *ab aliis* Theoni Alexandrino *tribuitur. Vide* Fabricii Bibl. graec. Vol. I. pag. 417. *Extat excusum in collectione* Aldina epistolarum graecarum. *Vide* Epistolae variorum Scriptorum..... XVII. G. 36.

E R

Erythraeae Sybillae. Carmina de Christo Iesu domino nostro *graece. Extant cum* Eclogis Theocriti. *Vide* Theocriti.

E S

Eschvidi Ioannis. Summa astrologiae iudicialis. *In primo folio verso extat brevis epistola ad Lectorem, in secundo index occurrit. Opus incipit tertio folio recto hac praevia inscriptione:* Summa astrologiae iudicialis de accidentibus mundi quae anglicana vulgo nuncupatur Ioannis eshcuidi (sic) viri anglici peritissimi sciētiae astrologiae faelici sidere inchoat. *Ad calcem legitur:* Sūmae astrologiae iudicialis de accidentibus mūdi quae anglicana vulgo nuncupatur. Ioannis eschuid viri anglici eiusdem scientiae astrologiae peritissim (sic) Finis hic imponitur faustus. *Exinde*, Opera quoque et cura dīligenti qua fieri potuit. Iohannis Iucilii. Sanctiter (Santritter) helbrōnensis germani. Impensis quoque non minimis. Generosi viri. Frācisci bolani eloquentissimi olim viri Candiani patritii veneti. Anno salutis. 1489. nonis Iulii impressione completum est Venetiis. *Addecedit* Registrum. In folio minori..... IX. E. 28.

Ex initialibus plures florentes xylographicae habentur; nonnullae vero minoribus formis indicatae, reliquae desunt.

—— Exemplar alterum..... IX. F. 22.
—— Exemplar tertium..... IX. F. 23.

Esculani Cicchi. *Vide* Stabili Francisci.

Esculani Gratiadei. Quaestiones in libros Physicorum Aristotelis in studio Patavino disputatae. *In calce:* Ad istantiam Antonii de regio: Anno incarnationis christi M. cccc. lxxx. iiii. pridie calendas Maias. feliciter Venetiis impresse: ibidemque Ioanne Mocenigo principe illustrissimo regnante. In folio. VIII. A. 39.

—— Commentaria in totam artem veterem Aristotelis. *Incipiunt quaestiones operi praefixae, sub titulo,* Incipiunt preclarissima cōmentaria Gratiadei esculani sacri ordinis ꝑdicatorum in ꝑdicabilia porphyrii. *Ad calcem totius ope-*

Digitized by Google

ris legitur: Expliciunt preclarissima Commentaria gratiadei esculani sacri ordinis predicatorum in totam artem veterem Aristotelis: nec non et in predicabilia porphyrii ac sex pn̄cipia Gilberti porectani (sic): correctioni q3 diligentissime tradita per venerabilē virum fratrē theophilum cremonēsē vite regularis eiusdem ordinis professorem. Impressum vero in inclita venetiarum urbe: mādato atq3 ꝯpensa Nobilis viri domini octaviani scoti civis modoetiensis: in famosa officina magistri boneti de locatelis bergomēsiś. Olympiadibus dominicis: Anno videlicet ab incarnatione eiusdem omnipotentis supra millesimū et q⁹dringētesimū uno et nōagesimo. Idib⁹ septēbris. *Huic subscriptioni subjectum est signum* Octaviani Scoti, *supra memoratum; postea* Tabula, *et* Registrum. In folio. VIII. C. 52.

—— Exemplar alterum..... VIII. F. 10.

—— Exemplar tertium..... VIII. F. 11.

Estensis Nicolai. Oratio *cujus titulus ita excuditur*:

Illustris et Reverendi
DOMINI
Nicolai Mariae
ESTENSIS
Episcopi Hadriensis
ORATIO
proconsanguineo suo
INCLYTO
Hercule Estensi
FERRARIE
Duce secundo.

Sequuntur Epistolae duae, quarum una Iulii Campelli *editoris ad* Lucam Ripam Ferrariensem, *altera ipsius Auctoris ad* Alexandrum VI. *Has excipit ipsa Oratio, et ad ejus calcem legitur:* Romae impressa per mgr̄m Steffanum Plannch: Iulio Campello Spoletino ꝑcurante: Anno salvatoris. M. cccc. lxxxxiii. Nonis Ianuariis. *Eodem ultimo folio verso legitur carmen (ipsius, ut puto, Campelli) ad L. in quo praescribuntur leges servandae in Orationibus ad Pontifices, haecque ipsa Oratio in exemplum aliarum proponitur:*

.....Caveas prolixitatem:
Et quicquid nomini grave est latino.
Et discas aliquando me magistra
Gnatonem removere ab hoc theatro
Dulcis. Lucidulus.....

In 4.° Vide orationes variae..... ..... IX. A. 58.

Digitized by Google

E T

Etymologicum Magnum *graecum. Primo folio recto duo epigrammata impressa habentur, quorum alterum* Marci Musuri, *alterum* Joannis Gregoropuli: *In aversa pagina* Marci Musuri *laudati praefatio adest.* Etymologicum *incipit folio secundo a littera* alpha, *eique praefigitur xylographicum ornamentum, in quo nomen legitur* Nicolai Blasti, *cujus sumptibus opus impressum fuit; et hujusmodi ornamentum aliis etiam litteris alphabeti praefigitur. Titulus ornamentum inter et opus exprimitur his verbis:* ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΜΕΓΑ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ, ΠΑΝΥ ωΦΕΛΙΜΟΝ. *Ad calcem legitur:* ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ϡ ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ. *Nota typographica graece hisce subnectitur:* Etymologicum magnum typis expressum explicit jam cum Deo Venetiis, sumptibus quidem nobilis et praeclari viri Domini Nicolai Blasti Cretensis, hortatu vero splendidissimae et sapientissimae Dominae Annae, filiae piissimi et gloriorissimi Domini Lucae Notarae quondam magni Ducis Constantinopoleos. Labore et dexteritate Zachariae Calliergi Cretensis, in gratiam virorum sapientum et Graecis litteris operam dantium. Anno Nativitatis Christi 1499. Metagitionis Stantis die octavo. *Huic typographicae notae signum adcedit* Nicolai Blasti, *et ultima voluminis pagina* Registrum *continet, et symbolum Typographi* Zachariae Calliergi, *nimirum aquila biceps, quae in ventre scutum exhibet cum litteris* ZK.

In folio maximo..... XII. H. 4.

Editio princeps est, quae duabus columnis excusa, initiales xylographicas florentes, titulos, primas dictionum litteras, ornamenta, et symbola ligno exculpta; rubro colore expressa refert. Columnae integrae lineas 50 complectuntur nitidi characteris, qui chartae optimae adhaeret. Signaturae graecis majoribus et minoribus notis adparent; haudquaquam vero custodes, et foliorum numeri.

—— Exemplar alterum..... ..... IX. D. 2.
—— Exemplar tertium..... IX. D. 3.

E V

Euclidis Megarensis. Elementa geometriae, Io. Campano *interprete, et expositore. In primo folio verso occurrit epistola nuncupatoria Typographi, cujus inscriptio,* Erhardus ratdolt Augustensis impressor. Serenissimo alme urbis venete Principi Ioanni Mocenico. S. *Titulus praeit, rubro colore expressus hoc pacto*: Preclarissimus liber elementorum Euclidis perspicacissimi: in artem Geometrie incipit quā foelicissime. *Ad calcem voluminis haec notavit Typotheta:* Opus elementorū euclidis megarensis in geometriā artē. In id quoq3 Campani pʳspicacissimi. Cōmentationes finiūt. Erhardus ratdolt Augustensis impressor solertissimus. venetiis impressit. Anno salutis. M. cccc. lxxxij. Octavis. Caleñ. Iuñ. Lector. Vale. In folio..... XII. C. 12.

Editio haec omnium prima, atque rarissima est; ut post alios animadvertit eruditissimus *Tiraboschius Tom. IV. pag. 175.* Is interpretationem ex arabico in latinum *Euclidis*, quae tribui solet *Io.*

Digitized by Google

Campano, adscribit optimis argumentis *Adelardo Gotho Monacho Anglo, qui floruit saeculo XII.* In epistola nuncupatoria supra relata Typographus fatetur, se primum schemata mathematica libris adiecisse, quae quidem schemata in marginibus voluminis visuntur. Paginae integrae duplici constant charactere gallo-franco, majori scilicet, et minori: nam demonstrationes propositionum minori exprimuntur. Litterae initiales ligno incisae elegantissimae adsunt, et prima operis pagina tres margines xylographico eleganti ornatu insignes habet. Signaturae notantur litteris, arabicisque notis iunctis; custodes, et foliorum numeri desunt; in marginibus superioribus libri indicantur.

—— Exemplar alterum..... VIII. D. 22.
—— Exemplar tertium..... IX. E. 10.
—— Alia editio, *quae exceptis rotundis typis, majoribus scilicet, et minoribus, quibus excuditur, in reliquis praecedenti editioni omnino consonat. Ad calcem haec notata leguntur:* Opus elementorum euclidis megarensis in geometriam artem In id quoq3 Campani perspicacissimi Commentationes finiunt. Impressum Vincentiae per Magistrum Leonardum de Basilea et Gulielmū de Papia Socios. Anno salutis M. cccc. lxxxxi. Vigesimo. Cal. Iuñ. Lector. Vale.
In folio..... IX. F. 31.
—— Exemplar alterum..... IX. F. 32.
—— Elementorum liber XIV. Georgio Valla interprete. *Vide* Vallae Georgii.

Eugenii Papae IV. Previlegium Curialium. *Extat cum regulis Cancellariae Apostolicae. Vide* Regulae.

Eugubio Busonis de. Capitulum, *vel* Rhythmus ital. *cujus titulus:* Questo capitolo fece messer Busone de gobbio il quale parla sopra tutta la Commedia di dante alleghieri di firenze. *Cum* Dantis comoedia *excuditur. Vide* Dantis.

Eulibii. Epistola ad Valgarium. *Extat cum epistolis* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Euripidis Tragoediae, *scilicet* Medea, Hippolytus, Alcestis, *et* Andromacha, *graece. Extant cum* Apollonio Rhodio. *Vide* Apollonii.
—— Epistolae, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

Eusebii Cremonensis. Epistola ad Damasum Episcopum Portuensem et Theodonium Romanorum Senatorem de vita et obitu S. Hieronymi. *Extat in vol. II.* Tractatuum *et* Epistolarum S. Hieronymi *prope calcem. Vide* Hieronymi.
—— *Eadem italice. Vide* Vita S. Hieronymi.

Eusebii Pamphili Episcopi Caesariensis. Chronica, S. Hieronymo *interprete, cum additionibus ejusdem* Hieronymi, Prosperi, et Matthaei Palmerii. *Primo*

Digitized by Google

folio verso tria epigrammata extant unius auctoris, quorum primum est hujusmodi:

Boninus Mombritius sequentium voluminum lectori salutem
Historias quicunque suo cum tempore quaeris:
Hoc tibi non amplo codice lector habes.
Condidit Eusebius tecumque Hieronyme Prosper.
Matthaei pars est ultima Palmerii.
Omnibus ut pateant: tabulis impressit ahaenis
Vtile Lavania gente Philippus opus.
Hactenus hoc toto rarum fuit orbe volumen:
Quod vix qui ferret taedia: scriptor erat.
Nunc ope lavaniae numerosa volumina nostri
Aere perexiguo qualibet urbe legunt.

Opus incipit secundo folio a praefatione S. Hieronymi. Eusebii chronica *usque ad annum* Christi *328 progrediuntur, quibus continuatio* S. Hieronymi *adcedit praenotatis verbis*: Hucusq3 historiam scribit Eusebius pamphili martyris cōtubernalis: cui nos ista subiecimus. *Haec continuatio circiter XI. paginas implet, eaque absoluta, legitur:* Beati Hieronymi ĩterp^{t}atio in Eusebium de temporibus finit. Prosper caetera deinceps adiicere curavit. *Sex folia complectitur* Prosper, *eumque* Matthaeus Palmerius sequitur. *Ad calcem nulla extat subscriptio Typographi, sed tantum haec leguntur verba:* Mediolanenses Laudem receperunt. In 4.°..... ..... XIX. F. 61.

Licet anni nota sit destituta editio haec; attamen, ut observat *Saxius*, nonnisi ante annum 1473. *Philippus de Lavania* coepit *Mediolani* excudere libros, et ad annum circiter 1475. probabili conjectura noster hic referri debet; quam opinionem amplectitur etiam *Seemiller*. Paginae hujusmodi voluminis, quae integrae sunt, lineis 35 distinguuntur, rotundis elegantibus litteris constant: numeratione signaturis, initialibus, custodibusque carent.

—— Alia editio. *Tabula incipit in secundo folio, eique subnectitur epigramma* C. I. L. H. *scilicet* C. Ioannis Lucilii Hippodami, *ut ex alio ad calcem voluminis adparet. Titulus ruber praefigitur* Hieronymi *praefationi, qui incipit:* Eusebii Caesariensis Episcopi Chronicon idest Temporum Breviarium etc. etc. Matthaeus Palmerius *incipit anno* 1449. *ut patet ex verbis hujusmodi*: Hactenꝰ Matthaei Palmerii Florentini opusculum de temporibus suis. *In hisce* Matthaei Chronicis *ad annum* 1457. *haec notata occurrunt:* Quantum litterarum studiosi Germanis debeant nullo satis dicendi genere exprimi posset. Namque a Ioanne Gutenberg Zuniungen equite Maguntiae rheni solerti ingenio librorum imprimendorum ratio 1440. inventa; hoc tempore in omnes fere orbis partes propagatur qua omnis antiquitas parvo aere comparata, posterioribus infinitis voluminibus legitur. *Ad calcem adest epigramma aliud* C. Ioannis Lucilii Hippodami *sive* Santritter, *et nota typographica tandem adparet rubro colore excusa:* Erhardus Ratdolt Augustensis solerti vir ingenio maxima cura

Digitized by Google

plurimis undiq3 comparatis exemplaribus Eusebii libros chronicos ac reliquas in hoc volumine de temporib9 additiones: nō parvo studio impensisq3 emendatissime impressit Venetiis Duce inclyto Ioan. Mozenico Romano4 imperatore Phrederico. iij. anno Imperii sui. 44. Anno salutis 1483. Idibus Septembris.
In 4.°..... XIX. F. 57.

Totum volumen impressum est charactere gallo-franco rubro, et nigro; excepta praefatione *Hieronymi*, quae rotundo typo excusa est. Initiales florentes eleganter exculptae ligno occurrunt. Ceterum de hac pulcherrima editione videre est *Freytag in Analectis pag. 321.*

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 58.
—— Exemplar tertium..... XIX. F. 59.
—— Exemplar quartum..... XIX. F. 60.
—— Historia Ecclesiastica *a* Ruffino *latine versa, et suppleta. Epistola nuncupatoria in principio adparet cum inscriptione hujusmodi:* REVERENDISSIMO In christo patri et domino dño Guillermo de Estoutavilla Episcopo Ostiensi sanctae Romanae ecclesiae Cardinali Rothomagensi. Iohannes Philippus de lignamine Messañ. S. D. N. P. familiaris. *Opus incipit a prologo Interpretis hisce praenotatis verbis*: Incipit liber Historiae ecclesiasticae Eusebii caesariēsis quā beatus Ruffinus praesbiter de graeco in latinum transtulit. Incipit Prologus ejusdem Ruffini. Eusebii historia *usque ad nonum librum inclusive progreditur, sequuntur duo* Ruffini *libri; ut ex iisdem verbis praefixis patet. Integro opere absoluto, ista notata fuere verba*: Millesimo. CCCCLXXVI. Die xv. Maii. P. M. Sixti quarti. Anno ejus Quinto completū est hoc opus Rome. *Ultima pagina* Registrum *continet.*
In folio..... XII. F. 11.

Nulla pagina numerum, custodem, aut signaturam exhibet; quaevis vero integra earum constat lineis 34 rotundi elegantissimi characteris, ac margines ampli admodum supersunt. Minicularius, qui initiales litteras omnes adiecit rubro, vel cacruleo colore, etiam primam operis paginam deaurata littera, ac stemmate, adfabre pictis decoravit.

—— Exemplar alterum..... XIX. I. 16.
—— Exemplar tertium, *quod praefert epistolam nuncupatoriam* Iohannis Philippi de Lignamine Messanensis Siculi Ad. S. D. N. Sixtum. IIII. Pon. Max. *pro illa quam modo memoravimus, ad* Cardinalem Episcopum ostiensem, *quae in multis exemplaribus desideratur*..... XIX. I. 12.

Quaedam hujus editionis exempla praeferunt Epistolam nuncupatoriam *Ioh. Philippi de Lignamine ad Sixtum* IV., trium fere paginarum, et quaedam alia Epistolam eiusdem ad *Cardinalem de Estoutavilla*, quae constat duabus paginis. Epistolarum diversitatem comitantur priora octo operis folia, quae sunt ex diversis editionibus: cetera quae sequuntur unius omnino sunt editionis in omnibus exemplis. De hac diversitate consule *Audiffredum pag. 213.*

Digitized by Google

—— Alia editio. *Primo folio verso epistola nuncupatoria occurrit cum epigraphe*, ILLUSTRISSIMO et Invictissimo Mantuanorum Principi Frederigo Gonzage Ioannes Schallus Herosfeldensis physicus obsequentissimus. *Quarta pagina epistola haec absolvitur, et adcedit tabula librorum, et capitum sex foliis comprehensa, quam excipit opus titulo subiectum*, Incipit prologus Rufini presbyteri in hystoriam ecclesiasticam ad Cromatium episcopum. *Ad calcem legitur*: Explicit liber ecclesiastice hystorie. *Deinde nota typographica hisce versibus expressa:*

Transtulit Ausonias istud Rufinus ad aures
Eusebii clarum Caesariensis opus.
Schallus Ioannes celebri Germanicus arte
Aere premit. Mantus principe Foederico.
Quom (sic) datus est finis. referebat Iulius annos
Mille quater centum septuaginta novem.
Hunc eme qui docti nomen. qui limen Olympi
Quaeris. habet praesens munus utrūq3 liber.
Hinc coeleste bonum: sanctosq3 docebere mores
Et prodesse magis lectio nulla potest.

In folio minori..... XIX. I. 13.

Typus rotundus elegantissimus adparet, et intra spatium 34. lincarum clauditur; ut paginas singillatim inspicienti patet. Typographus signaturas, et numeros foliorum omisit; minime vero custodes; initiales minoribus formulis in spatiis indicantur.

—— Exemplar alterum..... XIX. I. 14.
—— Exemplar tertium..... XIX. I. 15.
—— Praeparatio Evangelica a Georgio Trapenzutio *latine reddita. Opus incipit sine titulo ab Interpretis* Georgii Trapenzuntii ad Nicolaum V. epistola dedicatoria, *quae in aversa pagina folii primi desinit. Ultimo folio sequentes versus finem operi imponunt:*

Antonii Cornazani in laudem
Artificis Epigramma.
Artis hic: et fidei splendet mirabile numen:
Quod fama auctores: auget honore deos.
Hoc Ienson vencta Nicolaus in urbe volumen
Prompsit: cui foelix gallica terra parens.
Scire placet tempus? Mauro christophorus urbi
Dux erat. aequa animo musa retecta suo est,
Quid magis artificem peteret Dux: christus: et auctor?
Tres facit aeternos ingeniosa manus.
M. CCCC. LXX.

In folio..... XIII. F. 13.

Digitized by Google

Editio princeps, exemplar elegantissimum, ac completum, cujus insignem raritatem probat *de Bure Theol. p. 231.* Caret signaturis, numeris foliorum, et custodibus. Tituli omnes rubro colore imprimuntur, et litterae principales eleganter depictae sunt: prima vero voluminis pagina affabre a Miniculario ornata conspicitur auro, coloribusque variis.

—— Alia editio. *Forsan in nostris exemplaribus prima plagula desideratur. Hinc opus incipit a quibusdam versibus in laudem* Hieronymi Bononii Tarvisini, *qui subiectam librorum, et capitum tabulam addendam curavit. Haec itaque tabula duas plagulas complectitur, ac sequitur deinde Interpretis Epistola scripta* Ad sanctissimum Papam Nicolaum. Q. Georgii Trapenzuntii in Traductione Eusebii Praefatio. *Ad calcem operis alia epistola adparet, quam mittit* Clarissimo Iuris consulto Alberto Vonico Tarvisano Hieronimus Bononius. *Post hujusmodi epistolam extat*

EIUSDEM HIERONYMI CARMEN

Eusebius graio tantum sermone loquebar
Nec poteram latiis utilis esse viris.
Cura Trapenzuntii non est perpessa georgi
Ignotum tanti muneris esse bonum.
Interpres latias solers advexit in oras
Et docuit lingua liberiore loqui
Errores igitur quisquis cognoscere priscos
Instructus vera religione cupis.
Me lege divinas Romana voce docentem
Historias grates solvere utrique memor.

Haec typographica nota subnectitur carmini: Eusebii Pamphili de evangelica praeparatione opus a doctissimo utriusque linguae interprete georgio Trapenzuntio e graeco in latinum versum Michael manzolinus parmensis exactissima impressit diligentia Tarvisii Anno humanitatis Christi. M.cccclxxx. pridie Idus Ianuarias. In folio..... II. C. 19.

—— Exemplar alterum..... II. C. 21.

—— Exemplar tertium..... II. C. 22.

—— Exemplar quartum..... II. E. 11.

—— Alia editio. *Prima voluminis pagina verba haec praebet legenda:* Eusebius de evangelica Praeparatione a Georgio Trapezuntio e gracco in latinum traductus: opus cuique fideli non solum utile verū etiā iocundum et pnecessarium novissime impressum et exactissime emendatum. *Folio verso Impressoris privilegium indicatur, in reliquis praecedenti editioni consonat, et ad calcem post carmen* Hieronymi Bononii, *subscriptio Typographi haec extat:* Eusebii Pamphili de evangelica praeparatione opus a doctissimo utriusq3 linguae interprete Georgio Trapezuntio e graeco in latinum versum Bernardinus Benalius exactissima impressit diligentia Venetiis Anno humanitatis christi. M. cccclxxxxvii. Pridie Kalendas Iunias. Cum gratia ut in ea patet. *In penultima pagina ades* Registrum, *et Typographi signum, scilicet tabella xylographica, quae senem*

Digitized by Google

sedentem capite cooperto exhibet: hic dextra Templum, sinistra librum tenet, leo ad pedes visitur, et galerus e cathedrae latere pendet. Haec imago an S. Marcum, *an* S. Hieronymum *exprimat aliis divinandum relinquo.*
In folio..... II. C. 23.

—— Alia editio, *quae cum editione praecedenti convenit, excepto charactere qui minor adparet, ac initialibus litteris, quae florentes sunt. Typographica nota inter finem operis* Eusebii, *et epistolam* Bononii *excusa haec refert:* Eusebii Pamphili viri disertissimi de Praeparatione evangelica opus a doctissimo utriusq3 liguae (sic) interprete Georgio Trapezuntio e gracco in latinum versum exactissima Venetiis impressum diligentia anno humanitatis domini. M. cccc. Die x. Mensis Novembris. *Carmine* Bononii, *quod superius retulimus, volumen absolvitur.* In folio..... II. H. 26.

—— Exemplar alterum..... III. I. 20.

—— De quibusdam Theologicis ambiguitatibus, Georgio Valla Interprete, *cum epistola ad* Sebastianum Baduarum. *Vide* Vallae Georgii.

Eustathii Archiepiscopi Thessalonicensis. Electa per ordinem, *et ex eius, et aliorum grammaticis* Commentariis, *et* De idiomatibus quae apud Homerum. *Extant excusa haec opuscula in* Thesauro Cornucopiae. *Vide* Thesaurus.

Eutropii Flavii. Historia Romana. *Extat cum* Aelii Spartiani *scriptis. Vide* Spartiani.

—— *Vide* Svetonii.

—— *Vide* Scriptores Historiae Augustae.

E X

Exercitata veteris artis. *Vide* Porphyrii.

Exercitium puerorum grammaticale. *Vide* Grammatica.

Expositio Hymnorum. *Titulus iste tantum in primo folio invenitur. In secundo folio incipit brevis praefatio Anonymi Expositoris, qua absoluta tertio folio opus initium sumit. Ultimo folio recto columninis legitur:* Finit opēdiosa hymno4 expositio q̄ nedū difficiliū v̄borū significata: ve4 etiā sn̄a4 obscuritatem lucidissima reddit feliciter. Sequitur tabula hymno4, *in cujus calce* Explicit tabula hymno4, *quae quidem brevis tabula tribus columnis est distincta.*
In 4.°..... II. B. 42.

Nulla typographica nota occurrit in hac editione, quae tantum signaturas habet; desunt vero foliorum numeri, custodes, ac initiales litterae. Textus hymnorum charactere gallo-franco majusculo; expositio vero minusculo impressa est. Haec editio a Bibliographis praetermittitur; ideoque raras inter recenseri potest.

Digitized by Google

Expositio librorum Aristotelis de Coelo et Mundo. *Vide* Saxonia Alberti de.

Expositio Regulae Fratrum Minorum. *Extat* cum Constitutionibus Clementis Papae. V. *Vide* Clementis V.

E Y

Eyb Albertii de. Margarita Poetica. *Duo praemittuntur indices, alter rubricarum, sive titulorum utriusque partis operis, qui tituli recensentur eo ordine, quo in ipso opere occurrunt; alter alphabeticus ad facile inveniendas auctoritates Scriptorum in unamquamque rem, de qua in opere disseritur, designato non solum folio, sed et parte folii, ope litterae majusculae ad marginem foliorum adscriptae. Duo hi indices occupant xvii. prioru voluminis folia; deinde opus a nuncupatoria incipit epistola, cui sequentia verba praecedunt:* Oratorum omnium: Poetarum: Istorico4: ac philosophorum eleganter dicta: p Clarissimum virum Albertum de Eiib in unum collecta Feliciter Incipiunt. *Epistola incipit ab epigraphe,* Albertus De. Eiib. S. D. N. Pii. II. Pon. Max. Secretarius. Reverēdissimo in xp̄o p̄ri. et dño dño Iohāni dei gr̄a ep̄o Monasteriensi: Comiti Palatino Rheni: ac Bavarie duci Illustrissimo. *In hac epistola, inter alia* Albertus *dicit se librum suum* Margaritam *nuncupasse ad honorem* Margaritae de Jvolmershausen *genitricis suae, a qua litterarum elementa hausit. Opere absoluto, haec notantur:* Summa Oratorum omnium: Poetarum: ac Phlosophorum (sic) autoritates in unum collecte per clarissimū virum Albertū de Eiib utriusq3 iuris doctorem eximium que margarita poetica dicitur: feliciter finem adepta est per ingeniosum virum magistrū Vdalricū Gallu alias Han Alamanū ex Ingelstat civem wiennensem: non calamo ereoue stilo: sed nove artis ac solerti industrie genere Rome impressa Anno Incarnationis dominice Mccccl xxv. die uero xx. mensis decembris: Anni Iubilei. Sedente Sixto divina providentia papa iiii. pontifice maximo. *Penultima pagina* Registrum *continet.* In folio..... XI. F. 15.

Prima impressa pagina elegantibus ornamentis auro illitis superbit, quae inter stemma gentilitium, et initialem litteram recensentur.

—— Exemplar alterum..... XI. F. 16.

—— Alia editio, *in qua ea omnia, quae in praecedenti notavimus, continentur. Ad calcem nota haec typographica legitur:* Summa Orato4 omniū: Poetarum: Hystorico4: ac Philosopho4 Autoritates in unū collectae per Clarissimum virum Albertum de Eyb Utriusq3 Iuris doctorem eximium: quae Margarita poaetica dicitur: foeliciter finem adepta est. Anno a nativitate dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo. decimaquinta Mensis Iulii. *Sequitur* Registrum.
In folio parvo..... XII. D. 7.

Hujusmodi editionis mentionem facit *P. Laire*, in Specim. Histor. *Typographiae Romanae sv.*

Digitized by Google

Saec. pag. 244, ubi haec docet: *Verum est deficere Typographi, et loci nomen; adeoque quasi in incertum hanc Romanis adscribi characteribus; sed cum plene conveniat haec editio cum characteribus Eucharii Silberi, cumque in omnibus propemodum Romanis Bibliothecis eadem frequens occurrat, facile adduci me passus sum, ut in hac rei incertitudine pro Romana haberem, atque ita secunda editio censenda esset.* At *Audiffredus pag. 240.* innuit, haud fidem habendam esse *P. Laire* judicio, et pro majori argumento affert auctoritatem *R. P. T. V.* qui in suis observationibus Mss. ad ejusdem *P. Laire* specimen, sub hoc anno, sic scribit: *Essendo voi un Bibliografo poco a mio parer fortunato nel conoscere e confrontare i caratteri, mi compatirete se sospendo il mio giudizio circa il crederla edizione Romana di Euchario Silber, come voi supponete.* Verum loci, et Typographi nomen ita ignotum est, ut nullus Bibliographorum, quos adii, illud divinare hucusque ausus fuerit. Hinc, donec clariora adpareant argumenta, lis sub judice erit.

—— Alia editio, *in qua continentur ea quae supra notavimus. In calce haec habentur.* Sūma Orato4 oīm: Poetarū: Hystoricorum: ac Philosophorum Auctoritates in unū collectae pclarissimum virum Albertū de Eyb Utriusq3 iuris doctorē eximiū: quae Margarita poactica dicitur: foeliciter finē adepta est. M. ccccIxxxvII. Kaleñ Februarii. *Penultima pagina* Registrum *continet.*
In folio..... XI. F. 24.

—— Alia editio *descriptae persimilis; sed nota chronologica in subscriptione typographica est hujusmodi:* M.cccclxxxxIII. kalē Ianuarii.
In folio..... XI. F. 26.

—— *Ejusdem* Orationes duae, *scilicet* I. De divinatione Eucharistiae, II. in Laudem S. Hieronymi. *Adcedunt aliae duae anonymae, quae ejusdem Alberti videntur, exercitationis gratia compositae; earumque altera* In Electione Episcopi, vel Praelati, *altera est* Exhortatio ad Clerum, *quae quidem Orationes in laudato opere excusae sunt.*

F A

Fabii Consulis. Epistolae duae, *quarum altera ad* Q. Curtium, *altera ad* Senatum. *Extant inter* Q. Curtii epistolas. *Vide* Curtii.

Fabii Maximi. Epistolae duae, *altera scilicet* ad Massinissam, *altera ad* Papirium Consulem. *Extant cum* epistolis Curtii. *Vide* Curtii.

Fabii P. Epistola ad Porciam. *Extat cum* Q. Curtii epistolis. *Vide* Curtii.

Fabii Pictoris. De aureo Saeculo, et Origine urbis Romae, *cum* Commentariis Annii Viterbiensis. *Vide* Annii.

Fabriano Baptistae. de. Expositio de sensu composito et diviso. *Extat cum* expositione *ejusdem argumenti* Pauli Pergulensis. *Vide* Pergulensis.

Fabricii Epistola ad M. Curium. *Extat cum* Q. Curtii epistolis. *Vide* Curtii.

Digitized by Google

Fabri Iacobi Stapulensis. Commentarium in Sphaeram mundi Ioannis de Sacrobosco. *Extat impressum cum textu. Vide* Sacrobosco.

Facii Bartholomaei. *Vide* Fatii Bartholomaei.

Faenza Pauli da. *Vide* Faventini Pauli.

Falconiae Probae. Carmina ex Virgilii operibus excerpta. *Praeit* Index *inscriptus*: Probae Falconiae Vatis Clarissimae de fidei nostrae mysteriis ex Virgilio Centones. *Titulus carminibus praefixus habetur hoc pacto*:

Probae Centonae Clariss. Fe
Minae Excerptum EMaro
Nis Carminibus Ad Tes
Timonium
Veteris Novique Testamenti
Opusculum
τέλος.

In calce legitur:

Probae Centonae Clariss.
Feminae Opusculum
Feliciter Ex
Plicit.

In folio parvo..... XII. E. 25.

Probam Falconiam, Calphurnium, Ovidii epistolam de morte Drusi, et Gregorium Tifernatem eodem anno impressos fuisse, quo *Ausonium Peonium*, satis liquet ex Indice, qui huic operi praecedit, in quo omnes isti Auctores una Oratione conjunctim efferuntur, et plerumque in uno volumine compacti reperiuntur, sicuti extat exemplar nostrum. In fronte autem hujusmodi operis occurrit Editoris allocutio, in cujus calce legitur: *B. G.* (idest *Bartholomeus Girardinus*) *A nativitate christi Ducentesimae Nonagesimae Quintae Olympiadis Anno II. VII. Idus Decembres. Venetiis. Et in calce carminum Calphurnii. Anno Incar. Dominice. Mccccclxxii.* Initiales, quae deerant in spatiis, a Miniculario suppletae sunt, variis coloribus affabre depictae.

—— Alia editio, *cui deest invocatio, quae in praecedenti editione legitur. Titulus praefigitur hoc modo*: Falconiae probae foeminae eruditissimae ad adelphū senatorem coniugē dulcissimū ex virgilii opib⁹ centones ueteris ac novi testamēti foeliciter ĩcipiūt. *In calce nullo subscriptio.*

In 4.° parvo..... XI. B. 22.

Nulla typographica nota occurrit in hac editione, quae latuit Bibliographos fere omnes, et forsan primo a nobis citata. Characteres rotundi ac nitidi chartae satis firmae, ac levigatae adhaerent; signaturae in paginis occurrunt; custodes vero, foliorum numeri, ac initiales desiderantur, et lineae 28 paginas integras perficiunt. Typus hujusmodi editionis valde similis illi, quo *Ayolphus de Cantono Typographus Neapolitanus* utebatur: est enim opusculum ipsum eodem charactere excusum, quo *Iuliani Perleone* opus, quod dicitur *Rustico Romano*, fuit impressum. Ubi enim hi

Digitized by Google

characteres inter se comparantur, adeo perfecte conveniunt quoad paginarum formam, litterarum structuram, ac totam impressionis oeconomiam, ut haud dubitari posse videatur, quin ex eadem officina prodierint.

Falcuth Nicolai Medici Florentini. Antidotarius cum Additionibus. *Praemittitur* Index *trium paginarum. Ad calcem* Antidotarii *sic legitur*: Antidotarius Nicolai cum additionibus ex diversis auctoribus et libris medicine sumptis et extractis Feliciter finitur. Sequitur nūc sciētia ponderum medicīaliū per eundem nicholaū tradita et ordinata, *quae quinque occupat paginas. Huic succedit* Expositio nominum specierum secundum alphabetum, *septem foliorum. Ad calcem totius voluminis haec nota typographica occurrit*: Synonima dictionū medicinaliū scdm̄ nicholaū cū quibusdā additiōibꝰ ab aliis auctoribꝰ sumptis. hic expliciūt: atq3 ex hinc totus antidotarꝰ eiusdē Nicholai cōplete finitur. Impressus Rome per Magistrū Iohānē Scheurener de bopardia. Sub anno dñi. Mcccc.lxxvi. In folio..... IX. E. 32.

—— Sermo Medicinalis secundus. *Brevis prologus primo loco occurrit, qui verbis subnectitur*, Deus in adiutoriū meū intende, *deinde:* Sermo secundus qui est dē cura morborum in generali et de dispōnibꝰ febriū et consequētium ad eas. *Prologus ita exorditur*: Postquam ego Nicholaus gratia dei expeditus sum a sermone primo etc. etc. *hunc tabula tractatuum et capitum excipit. Opus incipit secundo folio impresso. Ad calcem haec legenda occúrrunt:* Laus deo. Cum auxilio dei benedicti Explicit sermo secundus Nicholay Florētini de febribus et pꝰtinentibus ad febres Correctus pꝰ Exhimium (sic) Artium et medicīe doctorem celeberrimū Dominū magistrum Cesarem de Landulfis Ordinariam de mane in medicinis legentē in felici studio papiensi. Impresum (sic) papie per Damianū Comphaloneriis debinascho 1481. *Adcedit* Registrum.
In folio..... VIII. H. 15.

Fantutii Gasparis. Oratio, *cujus titulus in summitate primae paginae ita legitur:* Praestantissimi adulescentis Gasparris Fantutii caesarii Iuris acutissimi professoris Oratio ab eodem corā excellentissimo Bononiensi gimnasio pronunciato: et per dominum Hieronymum Petrobonum Alexandrinum iuris utriusq3 scholasticum peritissimum diligentissime repastinata. *Ad calcem:* Impressum Bononiae per Platonem de Benedictis de Bononia. Anno Domini. M. cccc. lxxxxv. Die xix. mensis octobris. In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 39.

Fasciculus temporum. *Vide* Rolevink Werneri.

Fastoli Thomae. Decisionum Auditorum sacri Palatii collectio. *Folio primo verso extat* Index Rubricarum *sic inscriptus*: Ista sunt summaria Dubiorum decisionum collectarum p. d. Thomā. Fastoli sub congruis titulis collectorum iuxta ordinem decretalium. *Collectio* Fastoli *huic subnectitur inscriptioni*: Iste decisiones que sequuntur fuerūt extracte a quodam libro quem dominus Thomas fastoli compilavit super stilo causarum in palacio apostolico vertentium dum ibidem erat auditor quam compilationem recollegit ex dictis auditorum illis tem-

Digitized by Google

poribus ibidem palacium regentium. *In calce :* Decisiones sive conclusiones. R. P. et dñorum sacri palacij auditorum recollecte per. R. P. et dominum Thomam fastoli ejusdem sacri palacij tūc auditorem finiunt feliciter. *De hac editione vide, quae supra innuimus in articulo,* Decisiones Dominorum sacri palatii. In folio..... ..... VI. E. 16.

Fatii Bartholomaei. De verborum copia et elegantia libri II. *Opusculum I. est sub nomine* Ciceronis, *et opusculo praemittitur brevis Epistola cum hoc titulo:* Cicero Veturio suo salutem. *Incipit* : Collegi ea verba, quae pluribus modis dicerentur, quo uberior promptiorque esset oratio etc. *Huic opusculo aliud subiungitur inscriptum:* De differentiis Ciceronis in rebus dubiis, *cui praemittitur brevis epistola ejusdem* Fatii *ad* Ioannem Iacobum. *In calce opusculi :* Impressum Romae per Honorabilem virum Magistrum Eucharium Silber : alias Franck. Anno Domini M. cccc. lxxxvii. Quinto Idus Iulii . *Ultimo folio recto extat* Registrum, *et eodem folio verso legitur haec brevis epistola:* Paulus Alexius Sulpitianus lectori. S. Habes jam, puer, duos tibi utilissimos de Verborum copia et elegantia libros ; in quibus si quid, tui recto praeceptoris judicio, est improbandum, canina litera annota; si quid depravatum, emenda ; si quid addendum videbitur, signa in margine ; ita ut nec Ciceronis, nec Fatii id esse appareat. Numquid vero haec, quae circumferuntur, Synonima, sint a Cicerone collecta, etsi certo judicare non possumus; tamen vetustorum inscriptio codicum et Ciceronis adolescentia, in qua et Rethoricos non virili aetate dignos edidit, magno sunt argumento, ut aut ejus, aut alicuius ex Ciceronibus esse inficiari non audeam. Vale. In 4.°..... IX. A. 16.

—— Exemplar alterum..... VII. B. 44.

—— Epistola ad Aeneam Silvium ex Neapoli data. *Extat cum* Aeneae Epistolis. *Vide* Aeneae.

Faventini Antonii. Quaestio de febribus edita in felici studio Ferrariensi. *Extat cum* Avicennae *prima et secunda* fen primi canonis. *Vide* Avicennae.

—— Objectiones adversus libellum Ioannis Pici Mirandulae, de uno et ente, *cum epistola hac de re ad* Ioannem Franciscum Picum Mirandulam. *Extant cum* Io. Pici Heptaplo. *Vide* Pici.

Faventini Menghi. *Vide* Blanchelli Menghi.

Faventini Pauli. Opusculum de ratione absolutissime confessionis. *In summitate primae columnae folii primi legitur Praefationis titulus hoc pacto rubro charactere notatus.* Iesus et Virgo Maria pijs ceptis haspirent : Fratris Pauli Favētini theologie professoris ex ordine servo4 beatissime Marie saluberrimum opusculum de ratione absolutissime confessionis : et de conscientie occultissimis recessibus sacerdoti aperiēdis ad suos cōcives dilectissimos in Christo Prefatio. *In calce operis Excusor haec verba adposuit :* Et sic habes splendidissime lector opusculum fratris Pauli faventini ex ordine servorum intemerate ac sanctissime

Digitized by Google

virginis Marie Impressumq3 Bōnonie per Ioannem antonium platonidem Benedictorum bibliopolam nec nō civem bononiensem sub Anno domini. M. ccccc. die vero. vij. Augusti. Ioanne Bētivolo patre patrie feliciter illustrante.
In 4.°..... II. D. 31.

Mihi diligenter Biographos, et Bibliographos praecipuos inquirenti, reperire hoc opusculum, et ejusdem Auctoris nomen minime contigit. Editio excusa est charactere gallo-franco rubro, et nigro, columnaeque duae in qualibet pagina dantur conspiciendae, earumque alterutra lineis constat 37. Initiales parvis supplentur elementis, signaturae adsunt, neutiquam vero custodes, et foliorum numeri.

—— Confessione utile et breve per insignare disponersi et confessarsi. Composta per maestro Paulo diservi da faenza: a complacenzia de le citadine e matrone faventine. *Is titulus legitur in summitate folii primi. In calce nulla subscriptio. Hic Tractatus extat compactus cum praecedenti opusculo.*
In 4.°..... II. D. 31.

Nulla typographica nota in hac editione, quae secundum ea quae supra notavimus, latere debuit Bibliographos omnes. Typus, quo ipsa excusa est, nitidus ac rotundus est, qui nihil a *Platonis de Benedictis Bononiensis* Typographi charactere differre videtur. Hinc adfirmare non dubito, quod ex ejusdem officina hoc ignotum opusculum prodierit. Constat foliis 7. cum signaturis; sed custodes, et foliorum numeri desiderantur.

Faustini Iambici. Epistolae duae, *quarum prima ad* Curtium, *secunda* ad Hasdrubalem. *Extant inter* Q. Curtii Epistolas, *et secunda tantum* Iambici *nomen refert; quod indicare placuit, ne ex duobus forte* Faustinis *unus fiat Vide* Curtii.

F E

Fenestellae Lucii. De Romanorum magistratibus Incipit. *Inscriptio haec operi praefigitur. Opus* de Magistratibus *excipit libellus* Albrici Philosophi de imaginibus deorum. Rubrica capitulorum opusculi hujus *ad calcem integri operis extat, nec aliud postea notandum occurrit.* In 4.° parvo..... X. B. 56.

Sine notis typographicis. Qui editionem hanc adornavit, numeros foliorum, et custodes penitus neglexit, siguaturis vero scapos instruxit; elementis, arabicisque notis indicatis; pro initialibus parvas excudit litteras. Typus rotundus elegans 25 lineas complectitur in paginis integris; charta vero admodum alba, et firma. Quamplures *Fenestellae* editiones a Bibliographis numerantur, sine aliqua typographica nota, et quasdam ex aliquibus Romanis saeculi XV. praelis fuisse prolata dixerunt. Quamquam haec nostra *Fenestellae* editio primo intuitu *Romae* excusa videatur; sine tamen erroris periculo, nulli ex notis Romanis Typographis, qui elegantioribus typis usi sunt, adscribi potest; nec aliquem Romani Typographi characterem agnoscere scirem, cum quo haec nostra editio conferri recte posset.

—— Alia editio, *quae cum descripta editione convenit, et* Rublica (sic)

Digitized by Google

capitulorum opusculi hujus *ultimo loco reperitur.* In 4.° parvo..... X. B. 55.

Neque hanc editionem inter Romanas numerare audeo, uti *P. Laire*, qui *Io. Philippo de Lignamine* eam adscripsit. Ejus enim character a characteribus a *Lignamineo* adhibitis plurimum differt: hinc potius dicendum, duas has *Fenestellae* editiones *Florentiae* lucem vidisse, uti recte censuere *Audiffredus in Catalogo Rom. Edit. Saec. XV. pag. 391*, et *Maittairus Tom. I. pag. 751.* Charactere rotundi moduli haud parum elegante haec secunda editio describitur, cujus nulla plagula numerum, vel custodem exhibet. Lineae 27 paginam implent; signaturae litteris cum arabicis notis expressae habentur; initiales uncialibus formis gallo-francis designantur.

Ferdinandi I. Regis Neapolis, Alphonsi Aragonum Regis filii, Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum ejusdem* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis.

Ferebrich Richardi. Consequentiae, *cum* Expositionibus Caietani de Thienis. *Extant impressae cum* Consequentiis Rodulphi Strodi. *Vide* Strodi.

Feretti Nicolai. *Vide* Ferretti.

Fermo Cardinalis de. *Vide* Capranica.

Fernandez de Sancta Ella Roderici. Elegantissima oratio habita ꝑ excellentissimū artium et Sacre Theologie Magistrū dm̄ Rodericum de Sancta Ella Hyspanum. Corā Sisto. iiii. Pon. Max. In Magna Cardinalium Prelatorumq3 frequentia. In die Parasceve. Anno dm̄i (sic). Mccccl xxvii. Incipit feliciter. *In calce nulla subscriptio.* In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 49.

Character hujusmodi orationis gallo-francus est, sed nitidus. De ea loquitur *Audiffredus pag. 221. et Nicolaus Antonius in Bibl. Hispana Nova Tom. 2. pag. 266.*

—— Exemplar alterum..... IX. A. 58.
—— Exemplar tertium..... III. B. 19.

Ferrandi Cordubensis. *Vide* Cordubensis.

Ferni Michaelis. Vita Ioannis Antonii Campani, *aliaque ad opera, et editionem eorumdem spectantia. Extant cum* Campani *operibus. Vide* Campani.

—— Epitome de Regno Apuliae et Siciliae. *In prima pagina legitur:* Ad Lectorem Michael fernus Mediolanensis:

Parthenopes varias qui nescis ordine clades
Gestaq3 ab externis bella cruenta viris
Et pulsos reges conspersaque sanguine regna
Ex hoc exiguo codice doctus eris.
Coeci mortales totū confundimus orbem
Alter in alterius dum ruit excidium
Dum se quisq3 cupit reliquis praestare: sed oēs
Cōmorimur misera conditione pares.

Digitized by Google

Folio secundo legitur epistola sub epigraphe, Michael Fernus Mediolanen. Pomponio Laeto Litterato4 Principi, *quae quidem epistola data est, ut in calce ejusdem legitur*, Id Apr. M. cccc. xcy. *Sequitur alia epistola Auctoris* Alexandro. VI. Pontifici max. *Absoluta hac secunda epistola, opus incipit, cuius titulus uncialibus formis in summitate folii quinti ita excuditur:* Epitoma de Regno Apulie et Sicilie Reducens summatim in unum quecunquae (sic) de eo tangunt historici incidenter, et sparsim dum universaliter rerum omnium gesta describunt. *In fine operis adcedit tertia Auctoris epistola*, Ad Felinū Sandeū Ferrariē Iurisconsultū consūmatiss. Rotae auditorē Vtriusq3 Referendarium Palatinū clarissimu Accusationis depraecationē. *Huic epistolae subnectitur epigramma, et in calce legitur tantummodo* Finis. In 4.°..... XIX. F. 35.

Excepta nota anni in calce prioris epistolae, nulla alia typographica notitia occurrit in hac editione, quae latuit Bibliographos omnes. Typus est rotundus; sed in externis marginibus notulae sunt gallo-franco charactere excusae. Initiales xylographicae florentes quadrato inclusae conspiciuntur. Signaturae, et custodes suo loco adparent; sed foliorum numeri desiderantur.

FERRARIA MATTHAEI. Versio italica Epistolarum, et Regulae S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

FERRARIENSIS IOANNIS. Ordinis Minorum. Liber noviter editus. De celesti vita. In quo infrascripta continentur. In primis. De natura Anime. rationalis. De immortalitate Anime. De inferno et cruciatu Anime. De paradyso et felicitate Anime. *Hic titulus rubro colore excusus in medio primi folii legitur. In folio secundo extat* Prologus *inscriptus* Divo Borsio principi illustrissō: De celesti vita sachrae (sic) theologiae doctoris excellentissimi Domini magistri Ioannis ferrariensis ordinis minorum: Liber primus faeliciter incipit. *Absoluto prologo adcedit* Fabrica capitulorum. *In calce operis haec extat subscriptio:* Liber de coelesti vita sacrae theologiae doctoris clarissimi magistri Iohannis Ferariensis ordinis Minorum nuper in lucem editus per eximium artium et Medicinae Doctorem magistrum Antonium de Cauchorio: Qui dum eēt pro Ill.° et excelso pādulfo Malatesta ariminensiū principe apud hoc serenissimū venetorū dominiū orator ex sīngulari gracia obtinuit ne aliquis per decēnium eum librum imprimere posset praeterq̄3 a prudenti viro Hieronymo blongio. Cive florētino. Qui omni studio cura et diligentia suaq3 impensa curavit ut emendatissime imprimeretur per Egregium virum Matheum Capcasam Parmēsem. Qui etiā correctissime impssit. Anno dn̄i. M.cccclxxxxiiii. Die xix. Decembris: regnante Serenissimo principe Augustino Barbadico Inclito duce Venetiarum. *Sequitur* Registrum hujus operis. In folio..... VIII. A. 43.
—— Exemplar alterum..... VIII. D. 14.

FERRARIIS ALBERTI DE. Opusculum de Horis Canonicis. *In summitate primae columnae folii primi praefigitur titulus*, Tabula cōposita a dn̄o Alberto de

Digitized by Google

Ferrariis utriusq3 iuris doctore de Placentia super ſcripto opusculo de horis canonicis ſ modū ut sequitur. *Hac tabula absoluta in folio secundo, in folio tertio* Incipit tractatus de horis canōicis. *Ad calcem opusculi legitur tantummodo*, Finit ultimis (sic) tractatulus de horis Canonicis.
In folio..... XIII. D. 52.

Opusculum est foliorum XII. duplici columna excusum. Signaturae, princeps littera, custodes, et foliorum numeri desiderantur. Quamvis characteres rotundi, ac minutissimi sint; nitore tamen haud commendantur, qui lineas implent 48 in columnis integris. Decem editiones hujus operis referunt Bibliographi omnes, et ex notis characteristicis unicuique adjectis, liquet hanc nostram ipsos ignorasse. Num igitur sit haec editio prima, an secunda, Romana, an Veneta, an vero alibi excusa, certo dijudicari non potest.

Ferrariis Ioannis Petri de. Moderna iudicialis practica. *Opus incipit ab exordio Auctoris, cui nullam inscriptionem Excusor praeposuit; sed amplum spatium reliquit. Absoluto opere adcedit Tabula ad recipiendas formas, deinde alia tabula ordine alphabetico disposita rerum, quae in volumine continentur et ad calcem operis haec legenda occurrunt:* Completio moderne iudicialis practice Famosissimi nec nō eximij legū doctoris Ioannis petri Ferrariis de Papia impſsa que extitit opera et ſpendio Ioannis de Colonia nec non Vindelini de Spira Venetiis. M. cccc. lxxiij. Nicolao throno principe iucundissimo et duce felicissimo. In folio maj..... ..... VII. D. 16.

—— Alia editio. *In folio primo verso legitur breve monitum Typographi* Ad cōmentationē operis. *In secundo folio extat Auctoris Exordium, ut in praecedenti editione, sic inscriptum:* Exordium auree ac preciose moderne iudicialis practice vm dominum Io. petrum de ferarrijs (sic) legum doctorem. *Ad calcem:* Explicit practica Ioannis petri ferrarij Papiēsis. Impressum venetijs p magistrum Bernardinū de Tridino de monteferrato. anno dñi. M. cccclxxxiiij. die vltimo mensis novembris. *Accedit* Registrum hujus operis, *et deinde Typographi signum alibi notatum.* In folio maj..... VII. C. 22.

—— Alia editio, *quae exacte cum praecedenti convenit. In medio ultimi voluminis folii cernitur nota a Typographo hoc pacto adposita:* Explicit practica Ioānis Petri ferrarij Papiensis. Impressa Venetiis per Magistrum Andream de Papia. Anno domini. M.cccclxxxxij. die octavo mensis decembris. *Sequitur* Registrum hujus operis, *cui subnexum est Typographi signum alibi notatum.* In folio majo..... VII. C. 11.

—— Alia editio. *In medio folii primi legitur uncialibus typis gallo-francis,* Practica Papiensis de Tortis; *cetera ut in praecedentibus editionibus: ad calcem vero haec tantummodo extant verba:* Finis. Venetiis per Baptistam de Tortis. M. cccc. lxxxxv. die. vij. octobris. *Huic subscriptioni adcedit Typographi signum, satis notum.* In folio maj..... VII. D. 2.

—— Alia editio. *Praecedit in folio primo Tabula ad recipiendas formas; hanc excipit Index alphabeticus, quo absoluto incipit* Exordium auree ac pre-

Digitized by Google

ciosé moderne iudicialis practice secundū dominu Io. petrū d⁹ ferrarijs legum dòctorem. *Sine ulla subscriptione ; sed* Registrum *tantummodo accedit.* In folio maj..... VII. C. 23.

Editio haec nec *Maittairio*, nec *Orlandio*, nec *Panzerio*, nec *Denisio* innotuit, qui editiones omnes *Io. Petri de Ferrariis* recensent, et duas earum sine anni, loci, et Typographi indicio in lucem emissas describunt, quae omnino non congruunt cum praesenti editione. Impressum est opus duplici columna, et textura quaevis integrae columnae lineis 65 gallo-franci nitidi characteris constat. Signaturae notantur elementis, arabicisque figuris, initiales vero parvis litteris ; custodes nulli, nullique foliorum numeri adparent. Charactere Veneto opus videtur impressum, etsi de loco ejusdem maxime dubitem ; putarem tamen me multo magis a vero aberrare, si alteri cuidam loco eam adscribcrem.

Ferrariis Theophyli de. Prepositione (sic) ex omnibus Aristotelis libris philosophie. Moralis. Naturalis. et prime. nec nō. dialectice. Rhetorice. et paetice (sic) diligentissime excerpte : et ad certa rerū capita pulcherrimo ordine per tabellam additam redacte. *Laudatus titulus extat excusus in primo folio recto ; in secundo legitur :* Ad magnificum virū dominū Antoniū pizamanū patricium Venetū ac sacre theologie doctorē eximiū fratris Benedicti Soncinatis divi ordīs p⁹dicatorū vite regularis utriusq3 Lombardie in omniū operum Aristotelis auctoritates atq3 sententias proemialis epistola. *Sequitur declaratio tabulae alphabeticae ab eodem* Soncinate *elucubrata, deinde tabula ipsa, qua absoluta,* Operum Aristotelis elenchus *adest cum titulo,* Libri quos ab Aristotele certa fide cognovimus emanasse. *Opus ipsum incipit, et haec praefixa habet verba uncialibus rubris litteris expressa :* Incipiunt propositiones copiosissime ac fidissime ex omnibus Aristotelis libris collecte per fratrem Theophilum de Ferrariis Cremonensem vite regularis sacri Ordinis Predicatorum : et primo ex libris Metaphysice : annotatioque lectionum ut expositio divi Thome Aquinatis requirit posita est *Ad calcem Typographus haec notavit verba :* Impressum Venetiis per Ioannem et Gregorium de gregoriis Anno ab incarnatione. Mccccl xxxxiii. die iii. Augusti. Registrum *his subjacet. In penultima pagina privilegium extat, ex cujus primis verbis patet impensis* Alexandri Calcedonii Pisauriensis *opus fuisse impressum.* In 4.°..... VIII. A. 8.

—— Exemplar alterum..... VIII. A. 11.

—— Exemplar tertium..... VIII. A. 12.

—— Exemplar quartum..... VIII. A. 13.

—— Exemplar quintum..... VII. B. 8.

Ferreri S. Vincentii. *Vide* S. Vincentii.

Ferretti Nicolai. De Elegantia linguae latinae servanda in epistolis et orationibus componendis praecepta sumpta ex auctoribus pbatissimis etiam de compositione omniū praepositionū latinarum et earum significatione. *Haec verba excusa leguntur in medio folii primi. In folio secundo recto extat Auctoris*

Digitized by Google

epigramma cum epigraphe: Ad Illustrissimuin Principem: et Excelentissimum (sic) Ducem Octavianū de Riario: Illustrissimae: et Excellētissimae. D. Catherine (sic) cuncta4 Sphorciadum prudentissimae filium Liviensium et Corneliorum iustissimum dominum: Niolai (sic) Fereti Ravennatis cōmentariola isagogica idest introductoria: De Ordine et iunctura compositionis ornatae ad epistolas in primo libro: ad orationes ꝫ secūdo: ad praepositionum latinarum significationem in appositione et compositiōe in libro terrio (sic): tanꝙ flores delecti ex auctoribus pbatissimis. Varone: Cicerone: Caesare: Sulpitio: Aristotele: Augustino: Caelso: Fabio: Gelio: Macrobio: Pediano: Nigidio: Svetonio: Papiriano: Plinio: Diomede: Dōato: Capro: Servio: Prisciano: Agretio: Sergio: porphirio: Acrone: Festo: Laurentio: Victorino. *Eodem folio verso excuditur nuncupatoria Auctoris Epistola ad eundem* Octavianum Riarium, *et altera in fine libri secundi. Absoluto opusculo, legitur in ultimo folio recto* Nicolai Ferretti Ravennatis epigrāma: ad lectorem; *ad cujus calcem haec verba Typographi notarunt*: Opera et impēsa Pauli guarini de guarinis Foroliviēsis et Ioānis Iacobi de Benedictis Bononiensis Impressoris: et Socii: hoc opus est Impressum Forlivii: emendatum vero per ipsum auctorem ut apparet in ejusdem epistola: in fine secundi libri: Anno fidei Christianae. M.CCCC.lxxxxV. xvi Klēdas Maii. *Adcedit* Registrum, *deinde* Laus Deo. *Eodem folio verso signum Typographi occurrit, nimirum rectangulum oblongum, quod circulum continet atque in medio labyrinthum repraesentat. In summitate ejusdem circuli, linea quasi arcus, extenditur, quae rectangulum in duas aequales partes dividit: in parte superiori alia linea perpendicularis surgit, quae arcui insidet, et in duplicem crucem desinit: in inferiori vero parte rectanguli, extra circuli peripheriam sequentes litterae visuntur:* PG. IB. C. O.
In 4.° parvo..... XII. B. 33.

Editio rarissima, quae recensetur tantummodo in *Catal. Bibl. Thott. Tom. VII. pag. 213.*

—— Alia editio, *quae est praecedenti similis, si characterum formas respicias, in ceteris vero haud parum ab illa differt. Primo folio recto legitur epigramma, ut in praecedenti editione; sed loco inscriptionis extat tabella ligno incisa, quae* Nicolaum *sedentem, discipulos suos docentem exhibet. In summitate tabellae majusculis formis inscribitur,* NICOLAUS FERRETTUS; *hinc illinc circa caput ipsius* Nicolai *legitur,* SILENTIUM. *In ultimo folio verso opusculi, alia xylographica tabella occurrit, quae certamen repraesentat inter unum ex* Centauris, *et* Theseum, *aut unum ex* Lapithis. *In ora superiori hujus tabellae verba ista excuduntur:* De elegantia linguae Latinae servanda in epistolis: et orationibus componendis: praecepta sumpta ex auctoribus probatissimis: etiam de compositione oꝝum praepositionum latina4 et earum significatione. *In ora inferiori visitur typographica nota hisce verbis expressa:* Hoc opus est impressum Foriliuii (sic) per me Hieronymum Medesanum Parmensem: noviterq3 ꝑ ipsum Auctorem correptum aditum et emendatum. Anno domini. M.cccclxxxxv. die vero. xxv. Mai. Regnante Illustrissimo Prīncipi (sic) nostro do-

Digitized by Google

mino Octaviano de Riario : ac Inclito domino Iacobo Pheo gubernatori dignissimo. In 4.° parvo..... XII. B. 34.

Festi Sexti Pompei : De verborum significatione. *Incipit opus alphabeticum* Festi *sine ullo titulo , et pro coronide in calce haec typographica notitia legitur :* Festi Pōpei liber p⁹optime emēdat⁹ explet⁹ ē: ac ĩpēs⁹ Iohānis de Colonia nec nō Iohānis māthē de Gherrezē q⁹ una fidelit⁹ degūt ĩmp⁹ssioni dedit⁹ Anno a natali christiano. M. cccc.lxxiiij die xxiiij decēbris. *Post vacuum folium sequitur postremus fasciculus , qui Fragmentum* Festi *continet , alphabeticum pariter , et vocabula ad litteras* I. M. *spectantia tantum complectitur.*
In 4.°..... XII. D. 23.

Editio secunda post *Mediolanensem* anni 1471. *Denis pag. 30* citat aliam editionem anni 1473. At rectius *Seemiller Tom. I. pag. 60* illam refert ad annum 1474 , quae forsan est nostra editio.

—— Alia editio , *cui praemittitur brevis* Epistola Editoris Manilii Romani ad Pomponium Laetum ; *quae quidem epistola in hoc nostro exemplari habetur ob incuriam Compactoris in folio ultimo voluminis. Alphabeticum opus incipit a titulo majusculis litteris expresso :* Pompei Festi Collectanea Priscorum Verborum. *In calce haec verba notata sunt :* Collectanea Arrogantissimi Pompei Festi. Priscisq3 verbis ꝑmulgata a Iohāne Reynhard de Enyngen. Constantieñ. Impressa Rome sub Sixto IIII. Pont. Maxi. Anno sed nedum salutis eiusdem. Absoluta saluberrime extiterant. A. D. M. lxxv. (*omisso centenario*) Calend⁹ vero Octob^{r}. *Ultimo folio verso occurrit* Registrum, *huic titulo subiectum.* Vide Ordinem quinterno4 una cum foliis utrorumq3 in subtuspositis singulatim cōtentis opusculi present. *In calce ejusdem* Registri , *legitur:* Laus Deo.
In 4.°..... XII. C. 14.

P. Laire pag. 223 de hac editione sic scribit : *Nihil deformius prodiit ex Romanis praelis hujus saeculi hac editione , et characteribus hujus typographi.* Characteres autem hujus Typographi nemini , qui oculis penitus captus non sit , deformes unquam videbuntur : et potius videtur *P. Laire* hanc editionem aut nunquam vidisse , aut non satis observasse.

—— Exemplar alterum..... X. E. 13.
—— Alia editio. *In calce :* Impressum Parmae M. cccc. lxxx. Tertio Idus Decembris. In folio parvo..... IX. C. 15.

Extat cum *Nonio.* Sine Typographi nomine; opus tamen exaratum videtur typis *Stephani Coralli,* ut observat *Crevenna Tom. III. pag. 24 ,* qui anno 1477. *Parmae* eodem charactere impressit *Ovidii* opera.

—— Alia editio. *In calce :* Impressum Brixiae per Boninum de boninis de Ragusia Anno dñi M. cccc. lxxxiii. xviii. die mēsis iunii. In folio parvo. *Extat cum* Nonio Marcello, et Varrone..... IX. C. 16.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... IX. C. 20.

—— Alia editio. *In calce :* Impressum Vénetiis p octavianum scotū Modoetiēsē Mcccclxxxiii. q̄to nonas septēbris. In folio parvo. *Extat cum* Nonio et Varrone..... ..... IX. C. 17.

—— Alia editio. *In calce :* Impressum Venetiis per Magistrum Antonium de Gusago Brixiensem Anno domini 1498. die 12 Februarius (sic). *Extat cum* Nonio et Varrone. In folio parvo..... IX. C. 18.

—— Alia editio. *Praefigitur huic editioni in prima columna folii primi brevis* Epistola pauli pontificis ad Carolum Regem, *qua* Pompei Festi *opus nuper repertum ad ipsum mittit. In calce operis extat Monitum de praesenti editione, cui subnectitur epigramma:*

Ad festum alliciat : qua te ratione : conagus. (sic)
Lector. adinvenit : consilium ipse probes.
Fragmenta. apposuit : quae nunc supaddita cernes.
Cavit : et ut coheant. ordine queq3 suo.
Si qua : latina parum fuerint : seu dura : fatetur.
Ne depravaret : se variasse nihil.

Sequuntur Quidam errores ꝛ hoc volumine Sexti Pōpei Festi c̃uria sive peritia impssorū cōmissi etc. etc. *Adcedit sub eodem signaturarum ordine* Varronis *opus, ad cujus calcem legitur :* Impressum Mediolani per Ioannem Angelum Scinzenzeler Anno Domini. Mcccc. In folio..... IX. C. 19.

Editionem hanc *Hieronymus Passiranus de Asula* imprimendam curavit; siquidem refertur a *Michaële Maittairo* pag. 367. et ab *Io. Alberto Fabricio Tom. I. Bibl. latinae pag. 78. Hieronymum Passiranum* facultatem obtinuisse a *Ludovico Maria Sforzia* imprimendi *Varronem de lingua latina, Festum Pompeium cum Appendicibus, et Nonium Marcellum*, indicta caeteris Typographis poena, ne illam per quinquennium excuderent.

—— Alia editio. *Legitur titulus majoribus litteris excusus in summitate folii primi*, Pompei. Festi. De Interpretatione. Lingue Latine. *In calce operis:*

Finis Pompei Festi quē
Pomponius correxit :
Vale qui legeris.... H. G.

In 4.°..... IX. A. 3.

Character Romanus hujus editionis, etsi rudiusculae fabricae sit; tamen valde similis ei, quo *Georgius Laver utebatur*, et quo impressit *Eutropii*, et *Curtii* opera. Desunt in hac editione Signaturae, foliorum numeri, custodes, ac initiales litterae, pro quibus spatia tantummodo cernuntur.

Digitized by Google

F I

FICINI MARSILII FLORENTINI. Liber de Cristiana Religione. *Tabula praeit capitum, quae tribus prioribus paginis absolvitur. Titulus operi imminet hoc pacto:* MARSILII FICINI FLORENTINI Liber de cristiana religione ad Laurentium medicem patrie servatorem. prohemium. Quod inter Sapientiam religionemq3 maxima cognatio est. *Ad calcem legitur.* FINIS DEO GRATIAS. AMEN.
In 4.° minori..... XIII. A. 14.

Sine notis typographicis. Totum volumen signaturis, custodibus, et numeratione plagularum destitutum adparet. Character Romanus est magnitudinis *Silvii* majoris, qui lineas 26 occupat in qualibet integra pagina; litterae initiales parvis formis indicantur. *Audiffredus in specimine Historico-Critico Editionum Italicarum. Saec. XV. pag. 370.* animadvertit maximam analogiam habere typos hujusmodi editionis cum charactere *Servii Virgiliani* edit. *Florentinae* 1471 et 1472 per *Cenninos aurifices.* Hinc ipse non dubitat, ex eorum officina etiam hanc nostram editionem prodiisse. At in hoc nostro exemplari post *tabulam capitum* in IV. pagina extat epistola ms., quae ut videtur, est autographa, sic inscripta: *Marsilius ficinus florentinus Antonio vinciguerre viro doctissimo venetorum A secretis. Dono tibi religionem nostram religiosi pignus amoris. Non ut insignem pietate virum instruam ad pietatem, sed quia uno hoc munere puto magis me cunctis disputationibus meis ipsi me pietati satisfacturum etc. etc. etc.* In calce epistolae, *Florentiae die decimo Novemb. Mccccclxxviiij.* Eadem manu in superiori margine primae operis paginae haec scripta sunt: *In omnibus, que aut hic aut alibi a me tractantur, tantum assertum esse volo quantum ab ecclesia comprobatum.* Adsunt pariter notulae marginales, et interlineares, quas idem scriptor per totum volumen sparsit. Sit, nec ne, haec epistola propria *Marsilii Ficini* manu conscripta, definire non ausim: certum saltem est, *Marsilium* librum suum *Antonio* misisse. Porro ex laudata subscriptione anni 1479 eruimus hanc editionem haud prodiisse ex *Cenninorum* typographia, quum *Bernardinus, Dominicus, et Petrus Cenninus Florentiae* impresserint tantummodo anno 1471 et 1472; nisi velimus opinari post novem annos *Marsilium* tam caro amico opus suum misisse, quod omnino probabile non videtur. Quare potius dixerim hanc editionem typis *Nicolai Laurentii Alamanni* tribuendam, qui quidem Excusor *Florentiae* artem typographicam exercuit ab anno 1477 ad 1486; idque etiam evincit similitudo characterum.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 15.

—— Idem opus, *italice ab ipso auctore versum, uti adparet in prooemio, ubi* Marsilius *fatetur librum suum primum latine, deinde italice conscripsisse. Praeit Tabula capitum, quae tres priores occupat paginas. Prooemio, seu potius Epistolae nuncupatoriae titulus adponitur,* LIBRO DI MARSILIO FICINO FIORENTINO della Cristiana Religione ad BERNARDO DEL NERO Clarissimo Cittadino Fiorentino: PROHEMIO dellibro che lagenerazione humana sanza religione sarebbe più misera ehelle Bestie. *Hanc epistolam excipit aliud prooemium, praeviis hisce verbis:* LIBRO DI MARSILIO FICINO FIORENTINO DELLA CRISTIANA RELIGIONE PROHEMIO CHE INTRA LA SAPIENTIA. ET LA RELIGIONE. E GRANDE PROPRINQUITA. *Ad calcem haec tantum exprimuntur.* : FINIS DEO GRATIAS AMEN AMEN:
In 4° majori..... XIII. C. 20.

Nulla typographica notitia occurrit in hac editione, quam auctor Catalogi *Biblioth. Capponi pag. 160* tribuendam esse censet typis *Ser Lorenzo* et *Ser Angelo Fiorentini*, qui *Pisis* impresserunt, et

Digitized by Google

ad annum 1484 eam refert. Bibliographi omnes ab inventa typographia usque ad annum 1500, unam tantum Pisanam editionem versionis Italae huius operis agnovere, quae notam gerit typographicam, scilicet *Impressa in Pisa per Ser Lorenzo e ser Agnolo Fiorentini del mese di Giugno a dì 11. M.cccclxxx.1111.* Vide *Panzer Tom. 2. pag. 382. At Crevenna Tom. I. pag. 195.* hoc volumen vel ex *Ripulitana* Typographia, vel ex *Nicolai Alemanni* officina prodiisse censet. Huic secundae opinioni facile subscribo ob similitudinem characterum, ac typographicam oeconomiam cum praecedenti editione latina congruentem; licet charta hujus secundae longe solidior et candidior sit charta praecedentis editionis latinae, et margines duplo fere sint ampliores. Minicularius initiales litteras rubro, et caeruleo colore supplevit; nam parvis tantum formis antea indicabantur. Hae duae editiones inter rariores habendae videntur.

—— Theologia Platonica de immortalitate animorum. *Primus operis fasciculus tabulam capitum, et insuper* Quaedam Addita et Quaedam emendata continet. *In prima pagina secundi fasciculi* Prooemium *operis incipit, hunc-que praefixum titulum habet*: Marsilii Ficini Florentini Prohemium in Platonicam Theologiam de Animorum Immortalitate Ad Laurentium medicem virum Magnanimum. *Opus subditur his verbis*: In omnibus que hic aut alibi ame tractantur, tantum assertum esse volo quantum ab Ecclesia comprobatur. *Deinde*, Marsilii Ficini Florentini Platonica Theologia de immortalitate animorum Ad Laurentium Medicem. V. Magnanimum. *Ad calcem legitur* Finis, *exindeque*, Theologia Platonica Marsilii Ficini Florentini de aꝟorū ĩmortalitate. In Omnibus etc. etc. *ut initio operis. Typographica nota hisce verbis excuditur*, Impressum Florentie per Antonium Miscominum Anno salutis. M. cccc. lxxxii. vii. Idus Novembris. Registrum *ultimo folio continetur, quo absoluto, haec notantur*, Soli Deo Laus: Honor: Et Gloria. Amen.
In folio parvo..... XII. H. 59.

—— Commentaria in Platonis Parmenidem, Sophistam, Timaeum, Phaedrum, et Philebum, *quibus additur* Textus Platonis in Octavo de Republica, de mutatione Reipublicae per numerum fatalem. *In folio primo verso adest* Prohemium Marsilii Ficini Florentini In commentaria in Platonem sua ad Nicolaum Valorem Prudentem Optimumq3 Civem. *Hoc sequitur* Dispositio Commentariorum, *quae incipiunt in folio secundo ab argumento in* Parmenidem *sub titulo*: Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Parmenidem de uno rerum omnium principio ad Nicolaum Valorem Prudentem Optimumq3 Civem. *Ad calcem* Commentariorum in Philebum *legitur*: Impressum Florentiae per laurentium Francisci de Venetiis Anno ab incarnatione domini nostri Ih^{s}u Xp^{s}i. Mcccc lxxxxvi. die ii. Decembris. *Post* Textum Platonis in octavo de Republica etc. etc. *superius indicatum, adcedit brevis epistola ejusdem* Ficini ad Paulum Orlandinum in Angelorum aede monachum, *et in sequenti pagina* Recognita cursim, *vel correctiones mendorum visuntur: postea*, Superioribus cōmentariis haec adiūgenda sunt: Catalogus: Distinctiones capitum: Summe: cōmentariola in ceteros Platonis libros quae Florentiae mox imprimentur: Nunc autem seorsum hic imprimitur Dionysius de mystica Theologia divinisque nominibus. Finis.
In folio minori..... VII. A. 8.

—— Exemplar alterum..... VIII. A. 7.

Digitized by Google

—— Exemplar tertium ..... VIII. A. 35.

—— Compendium in Timaeum. *Vide* Platonis.

—— Versio Operum Platonis cum commentariis, Prolegomenis, et vita Platonis *ejusdem* Marsilii. *Vide* Platonis.

—— Versio e graeco in latinum Pimandri, *sive libri* Mercurii Trismegisti, De Sapientia et potestate Dei, *cum argumento Interpretis ejusdem libri, et commentariis. Vide* Trismegisti.

—— Versio operum S. Dionysii Areopagitae De mystica Theologia, et de divinis nominibus, *cum* Expositionibus *ejusdem. Vide* Dionysii.

—— Versio latina e greco, *et* expositio Operum Plotini philosophi, *cum vita ejusdem* Plotini a Porphyrio scripta, *et a* Marsilio *translata. Vide* Plotini.

—— Versio Iamblichi, Porphyrii, Synesii, Michaelis Pselli, Prisciani Lydi in Theophrastum *cum expositione ejusdem* Marsilii, Alcinoi, Speusippi, Pythagorae, et Xenocratis; *adcedit* Marsilii liber de Voluptate. *Vide* Iamblichi.

—— Epistolae. *In primo folio recto haec rubro colore majusculis gallofrancis formis impressa leguntur:* Epistole Marsilii Ficini Florentini. *His verbis subditur Avis inter flammas, quae probabiliter Phoenicem repraesentat, pariter rubri coloris lignoque exculpta. Folio verso xylographico eleganti ornamento includitur* Privilegium Hieronymi Blondi, *qui librum hunc imprimendum curavit, eidem concessum a Republica Veneta.* Tabula *in secundo folio incipit, quam excipit* Prohoemium in Epistolas, *eodem ornamento inclusum, quo privilegium. Hujus initio legitur:* Marsilius Ficinus Florentinus Cunctis semel Epistolis suis. S. *In fine vero,* XV. Decembris Mcccclxxxxiiii. Florentiae. *Sequentis folii prima pagina etiam includitur ornamento xylographico sed diverso, incipitque Opus his verbis:* Prologus = Prohemium Marsilii Ficini Florentini in Epistolas suas. S. in primum librum ad Iulianum Medicem. V. Magnanimum. *Typographica nota in fronte penultimae paginae hisce expressa verbis adest:* M. F. Florētini Eloquētissimi viri epistolae familiares faeliciter finiūt. Impēsa pʳvidi Hieronymi Blōdi Florētini: Venetiis cōmorātis: Opʳa vero et diligētia Mathei Capcasae Parmēsis: impressae Venetiis aequinoctium Vernale Phaebo introeunte: As (*parvi leonis figura hic exprimitur*) Die et hora Mercurii: Vigilia divi Gregorii. Anno salutis. Mcccc lxxxxv. *Adcedit* Registrum, *et Typographi signum alibi a nobis memoratum.* In folio parvo..... ..... XII. H. 40.

—— Exemplar alterum..... ..... VIII. C. 3.

—— Alia editio. *In medio folii primi majusculis formis legitur:* Epistolae Marsilii Ficini Florentini. *Eodem folio verso extat* Prohoemium in epistolas, *in praecedenti memoratum; in reliquis cum praecedenti omnino convenit, et ad calcem haec typographica nota occurrit:* Marsilii Ficini Florentini Eloquentissimi viri Epistolae familiares Per Antonium Koberger impraesse (sic) Anno incarnate (sic) deitatis. M. cccc. xcvii. xxiiii. februarii. finiunt Foeliciter. In 4.°..... IX. A. 14.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 32.

Praeter *Marsilii Ficini Epistolas* plures aliorum Auctorum extant in hac collectione, quorum nomina

Digitized by Google

sunt, *Bessarion Cardinalis*, *Laurentius Medices*, *Carolus Marsuppinus*, *Ioannes Cavalcantes*, *Alphonsus I. Rex Siciliae*, *Georgius Antonius Vespuccius*, *Ioannes Pannonius*, et *Georgius Herivart.* Notandum est praeterea in epistola quae *Martino Uranio* a *Ficino* inscribitur, adesse Catalogum Familiarium, et Auditorum *Marsilii Ficini*, quem *Uranii* ejusdem precibus motus *Ficinus* concinnavit.

—— Epistolae duae, *quarum prima ad* Germanum Ganaium Parisii Praesidentem, *altera* ad Ioannem Franciscum Picum Mirandulanum. *Extant cum* Heptalo Io. Pici. *Vide* Pici.

—— Epistolae IV. ad Angelum Politianum. *Extant cum operibus* Politiani, *scilicet tres in lib. VI. Epistolarum, et una in lib. IX.*

—— De sole et lumine. *In primo folio verso adest* Marsilii Ficini Prohemium in librum de Sole ad Magnanimum Petrum Medicem. *Primo opusculi capiti haec praefiguntur:* Verba ad Lectorem. Librum hūc allegoricum et anagogicū eē potius q̄ dogmaticū. Cap. Primū. *Ad calcem opusculi extat* Marsilii Apologia in librum suum de Sole et Lumine, *quam excipit* Catalogus librorum Marsilii Ficini Florentini, *qui in duas classes dividuntur; nimirum in* Compositos *et* Traductos. *Typographica nota hujusmodi in fine extat:* Impressit ex archetypo Antonius Mischominus Florentiae Anno Salutis. M. cccc. lxxxxiii. Pridie kal. Februarias. *Signum Typographi hisce supponitur, quod compendiariam notam repraesentat, exprimentem litteras* A.M., *quae legendae sunt,* Antonius Miscominus, *cum parva cruce desuper.* In 4.°..... VII. B. 25.

—— De triplici vita. *Tres primae paginae capitum tabulam complectuntur; in quarta,* Cursim recognita in his libris *extant.* Prohemium Marsilii Ficini Florentini In Librum De Vita Ad Magnanimum Laurentium Medicem Patriae Servatorem; *hanc excipit, eique subnectitur* UNIVERSALIS INSCRIPTIO OPERIS, *quae est hujusmodi:* Liber de vita. In tres Libros Divisus. Primus de vita sana. Secundus de vita longa. Tertius de vita coelitus. *Adcedit Auctoris Epistola his verbis subjecta:* DE CURA VALETUDINIS EORUM QUI INCUMBUNT STUDIO LITTERARUM. *Sequitur hanc Epistolam opus, quo absoluto legitur* FINIS. *Adcedit* Apologia quaedam. In qua de medicina. Astrologia. Vita mundi. Item de magis qui Christum statim natum salutaverunt. *Nota chronologica hujusmodi* Apologia *absolvitur:* XV. Septembris. M. ccccIxxxviiii. In agro Caregio. *Sequitur aliud* Ficini *opusculum, cujus titulus:* Quod necessaria sit ad vitam securitas et tranquillitas animi. *Desinit:* XVI Septembris. M. ccccIxxxviiii. In agro Caregio. *Hoc* Americi Corsini *epigramma adcedit:*

Amerigus Corsinus
De triplici vita quem tu Ficine libellum
Compositum: in lucem mittere docte paras!
Imprimere hunc doctus: gratusq3 Valorius ultro
Curavit; doctis pabula grata viris
Tresq3 Petri: biniq3 Canes: Cursorq3 Amerigus
Contendent morsus pellere quisque feros.

Qui fuerint tres Petri, *et* bini Canes *luculenter adparet tam ex* Apologia,

Digitized by Google

in qua Ficinus *adloquitur* Petrum Guicciardinum, Petrum Soderinum, *et* Petrum Nereum *auditores suos, aliosque illustres illius aevi viros; quam ex alio opusculo, supra notato, a* Ficino *misso* Dilectissimis in veritatis venatione fratribus Bernardo Canisiano, Ioanni Canacio, Amerigo Cursino. *In calce totius operis Typographus haec verba notavit:* Impressit ex archetypo Antonius Mischominus Florentiae Anno salutis. M, cccc. lxxxix. Tertio Nonas Decembr. *Symbolum ejusdem Typographi subditur, ac* Registrum.
In folio minori..... XIII. E. 29.

—— Alia editio *In medio folii primi majusculis gallo-francis formis legitur,* Marsilii Ficini Florentini de triplici vita libri tres. *Hisce verbis haec alia subduntur romano charactere excusa:* Primus de vita sana: sive de cura valetudinis eorum: qui incumbunt studio litterarum = Secundus de vita longa = Tertius de vita coelitus comparanda = Apologia quaedam: in qua de Medicina: Astrologia: vita mūdi. Itē de Magis: qui Christum statim natum salutaverunt = Quod necessaria sit ad vitam securitas et tranquillitas animi = Praeclarissimarum sententiarum hujus operis brevis Annotatio. *Tres paginae capitum tabulam complectuntur, in quarta extat* Prooemium. *In reliquis, editioni praecedenti consonat, et ad calcem, post Epigramma* Americi Corsini *superius relatum, legitur:* Impressum hoc opus Bononiae a Benedicto Hectoris impressore solertissimo adhibita sūma diligentia ut in manus hominū veniret q̄ emendatissimū. Anno salutis. M. CCCCCI. Die XXVII. Maii. In 4.°..... VII. B. 35.

Fidelis Cassandrae. *Vide* Cassandrae.

Fierae Baptistae. Coena, *latinis epigrammatibus exarata. In prima pagina epigramma* Pomponii laeti *in operis laudem legitur:* Geminae faeturae: B. Fiera medici Pomponius Letus. *Eodem folio verso nuncupatoria imprimitur Epistola soluta oratione, cum epigraphe,* Illustrissimo et Amplissimo Dño suo Dño R. Reario. S. Georgii Cardinali dignissimo: Baptista Fiera Mātuanus bene vivere. *Tetrastichon Auctoris ad librum subditur epistolae; in tertia pagina incipit metricum opus praevia inscriptione:* Ampliss. dño suo. D. R. Reario. S. Georgii Cardinali digniss. Baptistae Fiera Mantuani Medicorum minimi Coena. *Ad calcem quatuor errorum emendationes tantummodo visuntur.*
In 4.° *Extat cum* Elysio..... XI. A. 29.

Qui opusculum hoc, notis typographicis destitutum, praelo subjecit, numerationes foliorum, et custodes haud impressit; signaturas vero minime neglexit; eas immo indicavit litteris, arabicisque numeris. Characteres rotundi lineis 25. paginas integras implent: initiales parvis formis excusae sunt. *Volta* inter *Mantuanas* editiones anni 1499. eam recenset, sed ejus editio a nostra diversa est, ut patet ex *Supplemento Denis pag. 564.* ubi editionem *Voltae* describit; eamdem enim esse statuit quam numeris fol. praeditam retulit *Crevenna Tom. VI. pag. 144.* Quum igitur nostra careat numeratione, diversa a *Mantuana*, et probabiliter antiquior Florentina dici potest; sicuti etiam autumat *Fossius* Tom. I. pag. 680. apud quem solummodo ipsam reperi.

Fiore Novello. Questo libro e chiamato fiore novello molto devoto da le-

Digitized by Google

zere cū certe predicatione tutto el testamento vecchio comenzando da la creatione del mōdo ĩ fine a la nativita dechristo. *Is titulus legitur in summitate primae columnae folii primi, nam opus incipit absolute absque ulla praevia praefatione. In calce Typographus haec verba signavit:* Qui Finisse il libro chiamato fioretto novello del testamento vechio (sic) e novo. Stampato in la citta de Tervisi per Maestro Michael Manzolo da parma. Nel. Mcccclxxxi. A di xxvii. de Iulio. In 4.° majori..... II. C. 15.

Latuit haec editio Bibliographos, qui tres tantum hujusmodi operis recensent editiones, *Venetiis* excusas.

Fiore di Virtu. *Vide* Spoleto F. Cherubino da.

Fioretti di S. Francesco. *Vide* S. Francesco.

Firmaria Henrici de. Incipit tractatus magistri hẽrici de firmaria sacri ordinis fratrum predicatorum. De quatuor instinctibus. S. divino. angelico. diabolico et humão sive naturali. *Is titulus occurrit in summitate primae columnae folii primi. In calce voluminis Typographus hanc notam adposuit:* Explicit tractatus magr̃i Henrici de Firmaria sacri ordr̃s frat4 p̃dicato4. de 4. instinctibus. s. dĩno: angelico: diabolico: et hũano sive nāli. Nec non diligenter correct'. Impressum venetiis p Iacobum de pẽtiis de Leucho. Impẽsis vero Lazari de Soardis. Die. 25 mensis octobris. 1498. *Adcedit* Registrum, *cui subnexum cernitur Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum, in cujus medio extat circulus secundum horizontem sectus: linea perpendicularis exurgit e medio lineae horizontalis, quae in duplicem crucem ultra peripheriam desinit. Litterae* L. S. *nempe* (Lazarus Suardus) *hinc et illinc circa crucis hastam visuntur; in inferiori parte circuli anulus conspicitur. Extat excusus sub eodem signaturarum ordine, ac foliorum numeratione cum opusculo* Bartholomaei Rimbertini de Florentia. In 8.°..... II. B. 50.

Firmiani Lactantii. *Vide* Lactantii Firmiani.

Firmici Iulii Materni. De Nativitatibus libri VII. *In prima pagina legitur majusculis litteris gallo-francis, ligno incisis:* Iulius Firmicus de Nativitatibus. *Deinde sequitur Tabula, cui adjectum est* Ioannis Pompei Corniani Brixiani *carmen ad Lectorem in operis laudem. Tabulam excipit operis prooemium, quod eleganti xylographico ornatu includitur, et sequentem inscriptionem praefixam habet:* Iulii Firmici Materni Iunioris siculi Viri Clarissimi ad Mauortiū Lollianum Fascibus Cāpaniae Romanae provinciae procōsulem designatū: per Diuum Caesarem Constātinum Maximū Patrociniū defensionis Matheseos incipit. *In ultimo libro habetur subjecta auctoris epistola ad* Mavortium, *in qua illum rogat, ut solum filiis suis, et amicis, quos fida amoris necessitudo sibi coniungit, tradat; alios vero celet. In aversa pagina ul-*

Digitized by Google

timi folii habentur Nicolai Amerini, Ioan Testae, Cyllenii, *et* Christophori Pierii *in laudem* Firmici *carmina. Adcedit chartarum* Registrum, *cum sequenti subscriptione:* Impressum Venetiis p Symonem papiensem bivilaqua 1497, die 13. Iunii. *His verbis subiectum est Typographi signum, superius notatum.* In folio..... II. B. 50.

—— Astronomicorum, *seu* Matheseos libri VIII. *cum aliis auctoribus. In prima pagina voluminis primi haec continentur:* Iulii firmici Astronomicorum libri octo integri et emendati ex Scythicis oris ad nos nuper allati.

Marci Manilii astronomicorum libri quinque.

Arati Phaenomena Germanico Caesare interprete cum cōmentariis et imaginibus.

Arati ejusdem phaenomenon fragmentum Marco. T. C. interprete.

Arati ejusdem Phaenomena Rufo Festo Avienio paraphraste.

Arati eiusdem Phaenomena graece.

Theonis commentaria copiosissima in Arati Phaenomena graece.

Procli Diadochi Sphaera graece.

Procli eiusdem Sphaera, Thoma Linacro Britanno interprete.

Folio verso Typographi imprimitur epistola cum inscriptione: Aldus Manutius Romanus Guido Pheretrio Urbini Duci S. P. D. *Data est,* Venetiis decimo sexto Calendas novem. M. I.D. *In tertia pagina incipit epistola* Pescēnii Francisci Nigri, *qui integrum* Firmici *opus primus in* Italiam *adtulit, cujus epigraphe*, Pescennius Franciscus niger, Venetus, doctor. Illustrissimo Principi, amplissimoque Pontifici Cardinali, Hippolyto Estēsi, virtutis utriusq3 officiosissimo Mecaenati faelicitatem. *Data est epistola ann. 1497, et duas fere occupat plagulas. Adcedit tabula capitum, quae tribus absolvitur foliis, et hanc excipit opus ab auctoris praefatione, subdita huic titulo:* IULII FIRMICI MATERNI IUNIORIS SICULI V. C. MATHESEOS LIBER PRIMUS. AD MAVORTIUM LOLLIANUM PRAEFATIO. *Ad calcem hujus Auctoris legitur* IULII FIRMICI Materni Iunioris siculi. V. consularis. Ad Mavortium Lollianum Matheseos libri explicant (sic). Venetiis in aedibus Aldi Romani mense Iunio. M. ID. *Adcedunt* Privilegium Typographi, *et* Registrum.

In secundo volumine opus incipit hoc pacto: MARCI MANILII ASTRONOMICON AD CAESAREM AUGUSTUM LIBER PRIMUS. *Ad calcem* Manilii *breve excuditur elogium, dein sequitur* Index. *Hisce omnibus absolutis adest* ARATI VITA E GRAECO IN LATINUM ALDO MANUTIO ROMANO INTERPRETE. *Hanc excipit* FRAGMENTUM ARATI PHAENOMENON PER GERMANICUM IN LATINUM CONVERSI CUM COMMENTO NUPER IN SICILIA REPERTO. *Versionem* Germanici *sequuntur,* Versio fragmenti Arati M. T. Ciceronis, *et alia in prima pagina voluminis primi indicata. Traductio* Sphaerae Procli *hanc inscriptionem praesefert uncialibus formis excusam:* Procli Diadochi Sphaera, Astronomiam discere incipientibus utilissima. Thoma Linacro Britanno interprete, ad Arcturum, Cornubiae Valliaeque illustrissimum Principem. *In eodem folio verso Typographi imprimitur epistola ad* Albertum Pium Carporum Principem, *quam excipit alia ad Typographum* Guillelmi Grocini Bri-

Digitized by Google

tanni; *hanc vero nuncupatoria Interpretis ad* Arcturum *laudatum. Post versionem* Sphaere *adest* Registrum, *et haec nota typographica:* Venetiis cura, et diligentia Aldi Ro. Mense Octob. M. ID. cui concessum est ab Ill. S. V. ne hos quoq3 libros alii cuiquam impune formis excudere liceat.
Tom. II. In folio..... XVIII. G. 26. 27.

Editio princeps, exemplar completissimum. In iis omnibus, quae ad impressionem spectant, Typographi solertia renidet; formis enim rotundis, nitidisque, et charta mundissima usus est. Schemata mathematica, et figurae astronomicae exsculptae ligno occurrunt in toto opere.

F L

Flacci C. Valerii. *Vide* Valerii Flacci.

Flandria Dominici de. Quaestiones super xii. libros Metaphysicae Aristotelis. *In prima pagina circa medietatem haec majusculis expressa litteris adparent:* Questionum super. xii. libros Methaphisice a. R. Magistri. Dominici de Flandria ordinis predicatorum. *His subditur in rectangulo xylographice exsculpto effigies* Archangeli Gabrielis. *Quaestiones titulo subiacent rubris characteribus expresso. Ad calcem nota haec extat typographica:* Impressum Venetiis Anno dñi M. cccc. xcix. die xx. Augusti. *Dein majusculis litteris additur:* Cum Privilegio. *Tandem* Registrum, *et* Gabrielis Archangeli *figura, ut in prima pagina, visuntur.* In folio..... VIII. G. 25.

—— Questiones magistri Dominici de Flandria in libros posteriorum Aristotelis et in fallacias S. Thome de Aquino. *Is titulus legitur in principio operis. In calce:* Impressa sunt hec opera per Otinum Papiensem. Anno domini M.ccccxcvi. die xxviii. septembris. *Hoc opus extat excusum sub eodem signaturarum ordine cum* Commentariis S. Thomae de Aquino in libros Perihermenias et Posteriorum Aristotelis. In folio..... VIII, E. 5.

Sine loci indicatione; sed *Venetiis* utique prodiit, ubi *Ottinus Papiensis* artem impressoriam exercuit.

Flavii Blondi. *Vide* Blondi.

Flavii Iosephi. *Vide* Iosephi Flavii.

Flavii Vegetii. *Vide* Vegetii.

Flemyngi Roberti. Lucubraciũcula4 tiburtina4 ꝑtonotarii anglici de sc̃issimo ac beatissimo in christo patre et dño nostro Sixto quarto divina ꝑvidẽcia summo maximoq3 põtifice liber p̃mus incipit. *Haec notata verba leguntur in summitate primae paginae. Ad calcem opusculi:* Lucubraciuncularum tiburtinarum protonotarii. anglie de sanctissõ ac beatissimo in christo patre et domino nostro Sixto quarto divina providencia summo maximoque pontifice liber secundus: qui apologeticus est explicit: exactus quidem completusq3 Rome ipsis nonis decembribus.

Digitized by Google

Anno gracie Millesimo quadrigentesimo septuagesimo septimo : pontificatus vero ipsius sanctissimi domini nostri Anno septimo. *Adcedit* Registrum.
In 8.°..... XII. A. 21.

Romae hanc editionem prodiisse affirmat *Warthonus*, qui *unicum ejus exemplar* penes *Guilielmum Cave* se vidisse subjicit. *Eodem anno* (subdit Continuator *Biblioth. Mediae et Infimae lat. Io. Alb. Fabricii*) *ut Warthono placet, excusum. Verum tunc nondum mos erat plagam octupla forma complicare.* Plaga tamen libelli continentis Orationes, et Epistolas excerptas ex *Sallustio, a Pannartzio* impressi anno 1475, octupla forma utique complicata est.

Flisci Hectoris. Oratio, *quae titulum hunc praesefert:* Hectoris Flisci. I. V. D. Lavaniae et palatini comitis advocati consistorialis ac oratoris rei. p. Genuen̄. ad Innocentiū Octavum pont. Maximū Oratio. *Ad calcem legitur:* Dicta Anno dn̄i M. cccc. lxxxv. die. xxvii. Aprilis. *Sequitur epigramma in* Fliscae *domus, operis, et auctoris laudem* Titi Veltrii Viterbiensis, *quod est hujusmodi:* Titus Veltrius Viterbien̄ ad divam domum Fliscam: omni honore et laude praestantissimam: post luculentissimam orationem habitam ad summum pontificem a Flisco Oratore Maximo.

Foelix Flisca Domus titulis decorata supremis:
Foelix et tanto rhetore Flisca domus.
Celsior ut cunctis laribus celebrata per orbem:
Eloquio facta es sic et in urbe prior.
Stegmata nobilior: tum scemate (sic) clarior omni
Progenie quum sis: quid nisi diva domus?
Vive igitur foelix: totum diffusa per aevum:
Vt quondam titulis mox cumulanda sacris:

In 4.°..... III. B. 19.

Editio sine ulla typographica nota, et quae excusa est consueto gallo-franco charactere *Stephani Plannck*. Plagulis sex totum opusculum absolvitur, sine numeris, custodibus, et signaturis; ac lineis 32 constant paginae integrae.

—— Exemplar alterum..... IX. A. 58.

Flisci Stephani de Suncino. Synonyma seu variationes sententiarum: et de componendis epistolis. *Praeit nuncupatoria Epistola in folio primo verso sub inscriptione:* Stephanus Fliscus de Suncino iuueni peritissimo Ioān̄i meliorantio ornatissimo civi Vicētino Cācellario paduano. S. D. *Folio secundo recto incipit* Proemium pro synonymis exordio4 q̄ sequuntur. *In calce haec nota Typographica legitur:* Impressum est quidem hoc opus Venetiis. Mira arte et diligentia. Petri plasii (sic) cremonensis: Bartholomei blavii alexandrini: et Andree toresani de asola. Anno Incarnationis: Mcccclxxx. die xxvii. Septembris.
In 4.°..... IX. A. 38.
—— Exemplar alterum..... IX. B. 33.
—— Exemplar tertium..... IX. B. 44.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae apprime consonat cum praecedenti; sed in calce post* Registrum *Typographus haec verba notavit:* Venetiis per Damianum de Mediolano. M. cccc. lxxxxiiii. die 30. Augusti. In 4.° ..... IX. B. 29.

Flocci Andreae Dominici. *Vide* Fenestellae Lucii.

Florentini Dini. *Vide* Garbo.

Florentini Pauli. Quadragesimale. *Prima columna folii primi versi tabellam exhibet xylographicam, in qua Auctor scribens adparet, habitu Fratrum* S. Spiritus Romae *indutus,* cum *litteris.* M. P. F. O. S. S. *In eadem columna* Tabula Sermonum *incipit, quae tribus plagulis absolvitur: postmodum ejusdem Auctoris legitur epistola cum inscriptione:* Paulus Florentinus theologorum minimus divi ordinis sancti Spiritus de urbe. Reverendissimo in christo patri. et domino. Innocentio romano eiusdem alme religionis generali preceptori dignissimo. ac suorum omnium benefactorum maximo Salutem Dicit Plurimam. *Opus, quod quarto folio incipit titulum praescfert:* Egregii predicatoris ac sacre theologie doctoris eximii etc. etc. *Nota typographica haec in fine occurrit:* Finis. Laus tibi domine qui dedisti tale bonum uelle et posse perficere. Quadragesimale hoc perutile impressum mediolani per prudentes Alamanos. Magistros artis huius. Vdelricum scinzenceller et Leonardum pachel socios. Anno domini. 1479. die decimo septembris. In 4.° ..... III. D. 7.

—— Exemplar alterum ..... III. E. 16.

—— Exemplar tertium ..... XIII. D. 7.

—— Breviarium Iuris Canonici. *In prima columna folii primi eadem xylographica tabella occurrit, quam in quadragesimali notavimus. Accedit* Tabula, *et VI. plagulis absolvitur; hanc duae vacuae sequuntur. Auctoris epistola nuncupatoria legitur sub inscriptione,* Paulus Florentinus Theologorum minimus. Divi ordinis sancti spiritus de Roma Reverendissimo in X'po Patri et domino. Innocentio Romano ejusdem alme religionis generali preceptori Salutem plurimam dicit. *Ad calcem nota haec extat typographica:* Decretorum Breviarium Omnibus perutile. Mediolani impressum per Leonardum pachel et Vdelrichum scinczenceller (sic) de alamagnia. in huius opificii exhibitione socios. Anno domini. M. cccc. Lxxviiii. die xxviii. Augusti. *Adcedit sub eadem foliorum numeratione* Breviarium Decretorum et Decretalium. *In fine majusculis litteris gallofrancis legitur:* Decretorum: ac Decretalium: Sexti et Clemẽtinarũ: putile Breviariũ: cũ tabula per alphabetũ. Qua aperta: statĩ aderũt: ad tuum oẽ ppositũ: quelibet totius cãonici iuris excerpte electores auctoritates: Per magistrum Paulũ Florẽtinũ. Divi ordinis sancti spiritus. Ad Reverẽdissimũ ĩ xp̃o patrẽ et dominũ Innocentiũ sue religiõis ac romane dignitatis decus. Finis.
In folio parvo ..... VI. E. 13.

—— Exemplar alterum ..... VI. E. 23.

Florentinorum Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis epistolis. *Vide* Mahummedis.

Digitized by Google

Flores Legum Secundum ordinem alphabeti. Cum additionibus. Et concordantiis doctorum. *Haec laudata verba leguntur in medio folii primi charactere gallo-franco majusculo excusa. In eodem folio averso, in quadrangulo xylographico icon* S. Hieronymi *Sedentis, monachali habitu induti, aediculam dextra, sinistra librum tenentis visitur. Verba* Sanctus Hieronymus *in superiori parte quadranguli leguntur; in inferiori:* Cum privilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra. vij. annos: sub pena in eo contenta. *In folio secundo,* Incipiunt flores legum sm̄ ordinem alphabeti, *absque ulla praefatione. In calce voluminis haec notantur verba:* Finit tractatus nūcupatus flores legū: aut Cōgeries auctoritatū iuris civilis. In quo auctoritates ordinantur sūm ordinem alphabeti cum allegationibus librorum ex quibus sumuntur. Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium impensis Lazari Soardis de Saviliano. Cum privilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra. VI. annos sub pena in eo contenta. In 4.°..... XIII. A. 41.

Absque nota chronologica. *Bernardinus de Benaliis Bergomensis* impressit *Venetiis* ab anno 1483 ad annum 1500, et *Lazarus de Isoardis de Saviliano* ab anno 1490, ad annum 1500. Tota typographica occonomia docet circa finem saeculi XV. hoc opusculum fuisse excusum. Character est semigallofrancus, signaturae, et custodes habentur; foliorum numeri desunt, et in quavis integra pagina lineae 34 occurrunt. Editio haec nec *Panzerio*, nec ceteris Bibliographis innotuit.

Flori Lucii Annaei. Romanae historiae epitome. *Primo folio verso legitur Epistola sub inscriptione:* Ad Magnificum Comitē Petrum Mariam Rubeum Parmensem Phlippi (sic) broaldi (sic) bononiensis Epistola; *quae quidem* epistola *duas complectitur paginas. In tertio folio recto* LUTII FLORI GESTORUM ROMANORUM EPITHOMA INCIPIT *Ad calcem voluminis legitur*, L. Flori epithomatis liber ultimus. FINIS. In 4.°..... XII. D. 18.

Nullam equidem Typographi, anni, locive notam editio haec longe rarissima secum affert; et illud mihi non est satis exploratum, utrum principis editionis nomine haec nostra appellanda sit, an illa *Ioannis de Colonia*, quae pariter gerit epistolam datam ab eodem *Beroaldo* ad ipsum *Ioannem*, quae nostrae huic editioni praeponitur. De Typographo comperta res est, fuisse *Stephanum Corallum*, quod colligitur ex Epistola *Philippi Beroaldi* ad *Petrum Mariam Rubeum Parmensem*, in qua dicit, se *rogatu Stephani Coralli Impressoris solertissimi L. Florum curiose diligenterque emendasse. Corallus Parmae* artem typographicam exercuit. *Ioannes* autem *de Colonia Brixia Bononiam* transtulit suam typographiam anno 1475 et fuit tam magni nominis Typographus, ut in eo plagium et fraudem ad captandam famam haud liceat suspicari. Attamen *Morellius in Catalogo Bibliothecae Pinellianae Tom. 2. n. 2747.* hanc editionem describens, eamdemque longe rarissimam appellans, subdit: *Cum vero character idem omnino sit ac ille, quo Stephanus Corallus an 1473. Catullum Parmae impressit, satis quoque de loco et anno constat.* Charta firma admodum est, typus rotunditatem quamdam elegantissimam exhibet, adeoque nitidus est, ut lectores adliciat, et quaevis pagina lineis 27 impletur. Initiales parvis formis sunt impressae in spatiis; at signaturae, custodes, et foliorum numeri prorsus desunt.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 2.

—— Alia editio. *Opus incipit absolute a titulo:* Lutii Amnei (sic) flori Romane historie liber primus. *Ad calcem voluminis haec verba tantummodo ex-*

Digitized by Google

tant: finis est. Lucii Amnei flori. liber quartus. de Romane historie universe Compendio finit. LAUS DEO. In 4.° majori..... XI. C. 29.

Editio longe rarissima, ac vel praecipuis rei Bibliographicae Scriptoribus prorsus ignota. Ipsa namque, licet nullam de impressione adnotationem secum afferat; *Neapoli* tamen impressam fuisse per *Sixtum Riessinger* quodammodo colligimus. Nullum sane gravius argumentum ad rem comprobandam afferri potest, quam quod exsistit ex comparatione aliarum editionum ipsius *Riessinger*. Character idem prorsus est hujusmodi nostri libelli, ac ille, quo idem *Sixtus* impressit *Antonii Panormitae Epistolas, et Ciceronis Rethoricorum librum*; scilicet typus Romanus minoris formae. Eadem prorsus papyri qualitas, ac tota impressionis forma, et oeconomia; pariter absque numeris, signaturis, et custodibus: et linearum numerus in paginis idem qui in duobus citatis opusculis, ac etiam marginibus eximiae latitudinis praefulget. Haec ad rem typographicam spectant: nunc addere lubet, quae Possessoris cura adjecta fuere. In aversa pagina ultimi folii haec sunt notata colore subflavo: *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.* Glossulae interlineares per totum opus sunt multae, adnotationes vero marginales, ambae charactere plerumque minuto, sed nitidissimo sunt frequentes, et prolixae.

—— Alia editio. *Praecedit* Epistola Philippi Beroaldi. *In calce haec tantum extant verba:* Per me mgr̄um Sigismūdū rot d⁹bit3 Imp̄ssorē ſ senis. In 4.°..... XIX. F. 52.

Sine anni nota. *Sigismundus Rodt de Bitsche Pisciae* anno 1488, deinde *Senis* imprimebat anno 1490 et *Lucae* 1491. Hinc verosimile est anno 1490 hoc opusculum fuisse *Senis* impressum. Character gallo-francus est cum signaturis; desunt vero foliorum numeri, ac custodes; et initiales litterae parvis formis sunt in spatiis indicatae.

—— Alia editio, *quae extat impressa sub eodem signaturarum ordine cum* Iustino in Trogi Pompeii historias. *Praemittitur* Epistola Philippi Beroaldi, *uti in praecedentibus editionibus. Terminatur opus aversa folii 57. pagina, linea 32, cui sequens est subjectum carmen:*

Aurea Iustini luciq3 epithomata flori
Aere tibi modico candide lector eme.
Contrahit iste Titi numerosa volumina livi.
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quā bene coniuncti: namq3 hic ubi desinit: ille
Incipit: atq3 unum pene videtur opus.
Rite recognovit quos Iustinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice Vale.
FINIS

His subnexum est Registrum.

In folio..... XX. F. 24.

Opus istud romano, ac nitido charactere chartae albae, ac levigatae impressum est. Initiales litteras parvas adjecit Typographus, quas Minicularius auro, variisque coloribus florentes depinxit. Folia numeris, et fasciculos plagularum litteris signavit; custodes vero omisit. Lineae in quavis pagina 55 numerantur. In marginibus, satis amplis, notae habentur adjectae mss. Tituli omnes capitalibus litteris sunt expressi. Editio haec *Venetiis*, ad postremos annos Saeculi XV. exitum videtur excusa.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XX. F. 25.

—— Alia editio, *quae pariter excusa est sub eodem ordine signaturarum cum* Iustino, et Solino. *Praemititur Epistola nuncupatoria. Ad calcem operis haec verba leguntur capitalibus formis expressa:* Romanae historiae per. L. Florum quam elegantissime in compendium redactae. Mediolani apud Minutianum Impressio finita. M. D. II. Idi. Ian. *Sequitur tabula subjecta huic titulo :* Quaecunq3 in Iustini historia annotatione digna visa sunt hic per ordinem subiungimus. Tu in ea inter studendum in marginibus poteris collocare : quos ideo vacuos reliquimus : ut si qua tibi magis usui existimaveris: ea tu ipse annotare possis.
In folio..... XIX. G. 4.

Exemplar praestantissimum propter adnotationes marginales, et alia folia inserta cuilibet impressae paginae, manu conscripta *Iani Parrhasii*, colore subflavo, quae dilucidationes, et explanationes continent in *Lucium Florum*. Ad calcem operis extat Possessoris subscriptio: *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.*

—— *Aliae editiones* Lucii Flori *extant praefixae* Historiae Titi Livii. *Vide* Livii.

F O

Focae Grammatici. *Vide* Phocae.

Fonticulani Blasii Pici. *Vide* Pici.

Fontii Bartholomaei. Explanatio in Persii Satyras. *Initio voluminis statim occurrit* BARTOLOMAEI FONTII PROEMIUM IN PERSIUM POETAM AD LAURENTIUM MEDICEM. *Absoluto Prooemio adcedit* PERSII VITA, *dein* BARTOLOMEI FONTII IN PERSIUM EXPLANATIO INCIPIT. *Ad calcem hujus operis reperitur ejusdem* Fontii *opusculum* de Mensuris et Ponderibus *huic subjectum inscriptioni :* Bartolomeus. Fontius. Francisco Saxetto Salutem. *Typographica nota ad calcem hujusmodi extat,* IMPRESSUM FLORENTIAE APUD SANCTUM IACOBUM DE RIPOLI ANNO. M cccc lxxvii.
In 4.° parvo..... IX. B. 51.

Haec editio, quae minime innotuit *Fineschio*, aliqua fragmenta *Persii* intermixta continet cum *Fontii Explanatione.* Quum itaque non *Persii* editio potius, quam *Explanationis* censeri debeat, illam hic describendam putavi.

—— Aliae editiones. *Vide* Persii.

Forciani Hieronymi Opusculum : In qua laudat Regem Ferdinãdũ q̃ se ac suos proceres in venationibus : Aucupiis: equestriq3 certam̃e exerceat : ut ocium evitet. *Haec excusa sunt verba in summitate primi folii. Ad calcem tantummodo legitur :* FINIS : In 4.°..... XII. B. 53.

Opusculum prorsus ignotum, et forsan a nobis primo excitatum, versibus Elegiacis scriptum, quod IX.

Digitized by Google

paginas implet, absque signaturis, et foliorum numeris. Characteres prorsus simillimi sunt iis, quibus *Arnaldus de Bruxella libellum* impressit *de Mirabilibus Civitatis Puteolorum.* Quo vero anno hoc ignotum opusculum sit excusum, in praesens definire non valeo; etsi certo censeam *Neapoli* ab *Arnaldo* impressum illud fuisse. Cum eodem colligata sunt alia opuscula eodem typo excusa, alibi, si vita suppetet, describenda.

FORESTI IACOBI PHILIPPI. *Vide* Bergomensis.

FORMA RECOGNOSCENDI PECCATA. *In folio primo opus initium sumit absque titulo a prologo hisce verbis:* Renovamini in novitate sensus vestros (sic). etc. etc. *dein prosequitur Italico sermone. In folio secundo averso incipit:* Consideratiõe prima dela nobilita de lanima. *Ad calcem operis legitur:* Forma recognoscendi et confitendi peccata pro salute animarum cõfitentium impressa Neapoli. Anno domini. M. cccc. lxxxi. Finis. *Eodem ultimo folio verso extat* Registrum istius libri. In 4.° ..... XI. A. 29.

Editionem hanc raram esse censeo ex Bibliographorum silentio, penes quos frustra quaesivi et ipsum opusculum, et nomen ipsius Auctoris, quod latuit etiam cl. nostrum *Giustinianum.* Volumen rotundis nitidisque characteribus excudendum praelo subjectum fuit, qui lineas 25. complectitur in pagina quavis integra. Margines nulla occupantur nota, ita ut numeris foliorum, signaturis, et custodibus omnino careant; et pro initialibus spatia tantum extant. Externa hujusmodi editionis forma cum illis ab *Arnaldo de Bruxella* excusis quodammodo convenit.

FORMULARIUM INSTRUMENTORUM. *Praecedit tabula VII. foliorum. In fine:* Formulariũ instro4 exactissima diligentia lr̃is Venetis Rome impressum p̱ Honorabilem virũ magr̃m Eucharium Silber. Sub anno dñi Mcccclxxxi. xix. Ianuarii finit. *Adcedit* Registrum hujus operis In 4.° parvo..... VII. E. 18.

—— Alia editio *praecedenti similis. In calce.* Formularium instrumento4 exactissima diligentia Rome impressum p̱ honorabilem virum magr̃m Stephanũ Plamck de patavia sub ãno dñi M. cccc. lxxxii. die xxii. Octobris finit feliciter. *Sequitur* Registrum hujus operis. In 4.° parvo..... VII. E. 17.

FORMULARIUM universale et modernũ diverso4 otractuum nup̱ emendatũ p̱ eximiũ legũ doctorẽ Florentinũ dñm. N. hmõi artis notarie peritissimũ et cunctis notariis utilissimũ. *Praecedit tabula IV. paginarum. Ad calcem voluminis post* Registrum hujus libri, *haec typographica nota extat excusa:* Explicit formularium universale diversor4 Contractuũ per Stephanũ Planck Rome impressum Anno domini M. cccc. xcv. mensis Decembris die. xxiiij. Sedente Sanctissimo dño nostro dño Alexandro. vj. Põtifice maximo. Anno eius quarto. In 4.° parvo..... VII. E. 19.

FORMULARIUM diversorum generum: a Doctissimo quodam Procuratore Florentino Composita (sic) et in ordinem redacta: Additis etiam quibusdam secundum Bononiensem stilum Et hec ad utilitatem et commodum Notariorum. *Parvo interjecto spatio:* Legendo per te ipsum poteris signare liniamenta (sic) sub illis

Digitized by Google

versibus quibus opus fuerit eo modo quo in nonnullis signatis invenies. *Haec in medio folii primi recti occurrunt*; *eodem folio verso incipit* Tabula, *tribus columnis excusa, quae tres fere paginas occupat. In calce Typographus sequentia verba notavit:* Expliciunt formularia Instrumtorum (sic) diversorum generum: a doctissimo quodam Procuratore florentino composita et in ordinem redacta: Additis etiam quibusdam secundum Bononiensem stilum: Et hec ad utilitatem et commodum Notariorum. Per me Benedictum Hectoris Bononiensem Diligentissime Impressa sunt: Bononie Regnante Ioanne Bentivolo secundo Patre patrie Benemerito. Anno CHRISTI. Mccccxcix. Die ultimo Mensis Augusti. *Sequitur* Registrum hujus operis, *cui subnectitur Typographi signum, alibi memoratum.* In folio..... VII. E. 8.

Formularium Diversorum contractuum secundum stilum et modum Florentinum. *In fronte primae paginae haec laudata verba leguntur. Opus incipit secundo folio recto, et titulum hunc praefixum habet:* Formularium diversorum contractuum compositum florentie a quodam iurisperito viro doctissimo secundum stilum et modū florentinum. *In fine extant errorum emendationes, quibus verba subnectuntur*, Accurate emēdatū p⁹ Eximiū legū Doctorem florentinū V⁹ huiuscemodi artis notarie peritissimum. *Deinde haec habentur:* Impressum Florentie per me Franciscum Dini. *Tabula adcedit, quae tres paginas occupat.* In folio..... XII. D. 10.

Absque nota chronologica. Editio est charactere rotundo, et eleganti, et procul dubio est praccedenti antiquior. Folio ultimo habetur iustrumentum MS. *Donationis factae 15 mensis Augusti 1483.*

Formularium Procuratorum. *Praemittitur tabula, quae IX. occupat paginas, sub inscriptione.* Hec est tabula libri subsequentis. *In calce operis legitur:* Finitus et completus fuit hic procuratorum formularius Rome. impressusq3 per magistrum Ioannem Bremer alias Bulle anno domini. Mcccclxxviii. Regnante Sixto Pontifice maximo anno eius octavo. die. xii. mensis Marcii. *Sequuntur* Festa palatii, *et* Registrum. In folio..... VI. E. 21.

Editio haec latuit Audiffredum.

Formularium Terminorum ad usum curiae Romanae. *Praemittitur* Tabula hujus libri, *cui adcedit alia tabula, quae* Festa palacii *continet, et VII. paginas occupat. Ad calcem voluminis hanc notam Typographus adposuit:* Formularium termino4 exactissima diligētia Rome impressum per magistrum Stephanū plannck de Patavia sub anno dñi M.cccclxxxix. Die. Decima sexta mensis Octobris sedēte Innocētio. viij. pontifice maximo Pontificatus sui anno sexto. *Sequitur* Registrum foliorum. In 4.°..... VI. B. 21.

Ex plurium, quos consului, Bibliographorum silentio, praesertim Cl. *Audiffredi*, raritatem hujus editionis comperi.

Digitized by Google

Foroliviensis Iacobi in afforismos ypocratis expositiones una cum questionibus feliciter incipiunt. *Haec laudata verba in fronte primae columnae folii primi leguntur. Ad calcem voluminis Typotheta subiecit.* Iacobi forliviēsis in afforismos ypocratis expositio et questiones feliciter expliciunt. Per excellentissimum artium et medicine doctorem dominum magistrum bertaldum senis ordinarie legentem diligentissime emendate. Decima quarta augusti. M.° cccc.° lxxyii.° In folio..... VIII. H. 24.

Absque loci, et Typographi notitia.

—— Exemplar alterum..... IX. H. 3.

Fortunatiani Consulti Chirii. Opuscula. *In folio primo legitur :* Hoc in volumine aurea haec opuscula continentur = Chirii consulti Fortunatiani Rhetoricorum libri tres = Dialectica Chirii consulti Fortunatiani = Computus Fortunatiani — Francisci Puteolani Epistola ad Iacobum Antiquarium = Dionysii Halycarnasei praecepta de oratione nuptiali per Theodorum gazen e graeco in latinum traducta=Dionysii Halycarnasei praecepta de Oratione natalitia per Theodorum gazen e graeco in latinum traducta = Dionysii Halycarnasei praecepta de componendis epithalamiis per Theodorum gazen e graeco traducta = Oratio nuptialis = *Eodem folio verso adest nuncupatoria epistola, quae ab epigraphe exorditur hujusmodi :* Franciscus puteolanus Iacobo Antiquario salutem. *Opus incipit quinto folio, sequentibus verbis :* Consulti Chirii Fortunatiani artis Rhetoricae Scholicae (sic). Liber primus.

Quisquis rhetorico festinat tramite doctus
Ad causas legesq3 trahi : bene perlegat artis
Hoc opus : et notum faciat ꝑ cōpita callem.

Ad calcem integri operis legitur dumtaxat : Dialecticae Fortunatiani Finis. In 4.°..... IX. A. 24.

Sine indiciis typographicis. Typus hujusmodi editionis rotundus est, et lineas 28 occupat in qualibet integra pagina. Initiales litterae parvis formis designantur : nullum custodem, nullumque foliorum numerum exhibet; sed tantum signaturae occurrunt. In Epistola nuncupatoria nonnulla refert *Franciscus Puteolanus* de sua vita, scitu digna; et editionis hujus locum innuunt, scilicet *Mediolanum*; hinc *Saxius* in *Catalogo libr. Mediol. edit. Saec.* XV. et *Morellius* in *Catal. Pinell. Tom. III. pag. 21.* ad *Mediolanensem Typographiam* eam referunt.

Fosambruno Angeli de. Tractatus de velocitate motus. *Opus incipit, nullo praeeunte titulo, a verbis.* (I) N OMNI predicamento etc. etc. *In calce notatur tantummodo:* Finis secundi tractat⁹ de uellocitate (sic) motus augmentationis s⁹m angelum de fosambruno etc. In folio min..... VIII. F. VII.

Absque ulla nota. Lineae 52 gallo-franci typi in duas columnas distinctae, singulas paginas implent.

Digitized by Google

Praeter signaturas, nullus foliorum numerus, aut custos exhibetur. *Denis* in *Supplemento pag. 566* meminit hujusmodi nostrae editionis; cui vero sit tribuenda ex typographicis Sacculi XV. officinis, nullatenus indicat. Mihi videtur ab *Hieronymo de Durantis Papiensi* Typographo, qui anno 1483 edidit *Expositionem Regularum Guillelmi Hentisberi*, opus fuisse excusum, idque satis colligo ex characterum utriusque operis similitudine.

F R

FRANCHIS DE PHILIPPI De Perusio. Lectura super titulo de appellationibus: et de nullitatibus sententia4 solēniter incipit. *Haec laudata verba prima pagina excusa refert in ejus medio. In folio verso adest repertorium, vel tabula, quae duos primos occupat fasciculos. Operi praecedit titulus hoc pacto rubro colore expressus:* In Dei nomine amen: Preclarissimi et excellentissimi: Pontificij Cesareiq. iuris doctoris: domini Philippi de Franchis de Perusio: Lectura super titulo de Appellatiōibus: feliciter incipit. *Ad calcem post* Registrum *legitur*: Explicit lectura super titulo de appellatiōibus solenniter edita et expleta per famosissimum utriusq3 iuris doctorem dominum Philippum de franchis de Perusio. Venetiis impressa ac fideliter emendata per Philippum Pinzi. Anno domini. M. ccccxcvi. Die nono Decembris. Regnāte Serenissimo Augustino Barbadico. Invictissimi senatus Venetiarum duce felicissimo. Finis. *Adcedit tandem signum Typographi, scilicet effigies* S. Antonii Abbatis *ligno incisa cum prece*, Defende nos beate pater Antoni. In folio majori..... VII. C. 30.

—— Alia editio. *In folio primo verso occurrit Anonymi monitum; folio secundo incipit* Repertorium seu Tabula sup utilissimo et practicabili titulo de Appellationib⁹ et nullitatibus sententiarū solēniter lecto per Clarissimum iuris utriusq3 doctorem dominū Philippū de Franchis de Perusio; *quae quidem tabula, una cum* Registro, *xxvi folia occupat. In oalce totius voluminis haec leguntur verba:* Explicit lectura super titulo de appellationibus solenniter edita et expleta per famosissimum utriusq3 iuris doctorem dominum Philippum de franchis de perusio. In folio..... VII. H. 9.

Absque typographica notitia. In supradicto Anonymi monito narratur, volumen impressum fuisse *Perusii* a Typographis, (quorum omittuntur nomina) a *Brachio Balionio* ea de causa accersitis: haec enim sunt ipsius Anonymi verba: *Hujus artificii* (impressorii) *commoditatem maximam considerans Brachius Balionius sua cura et diligentia. homines hujus artis peritos in hanc civitatem accersiri curavit, conduxitque eos, ut tractatum hunc de Appellationibus..... imprimerent.* Obiit autem *Brachius* iuxta *Ciatrum*, anno 1474, iuxta vero *Pellinium*, anno 1479; ideoque necesse est, saltem ante exitum anni 1479 opus fuisse impressum: ipso siquidem in vivis agente in lucem prodiisse, ex postremis laudati moniti verbis constat. De ipsa vero editione hic paucula dicere non inutile arbitror. Ea scilicet est forma majoris folii, amplissimis marginibus, optima charta, duabus columnis linearum, Romano grandiusculo, nec ineleganti charactere excusa, sine signaturis, numeris, custodibus, magnamque redolens antiquitatem.

S. FRANCISCI DE ASSISIO. Regula sive instituta minorum sub seraphico patre Francisco militantium. *Vita* S. Francisci *praeit*: Regulam *excipit* Expositio ejus-

Digitized by Google

dem ex Clementinis. *In calce:* Absoluta Venetiis felicibus auspiciis divi martiris Georgii: nec non monachoꝝ cenobii: ipsius ſvictissimi christi militis nomine digne addicati Cura et impensis nobilis viri Lucꝰ Antonii de Giunta Florentini. Arte et solerti ingenio magistri Ioannis de Spira. Anno salutis dominice: M.ccccc. Idibus Aprilis. Deo gratias. *Extat impressa cum* Regula S. Benedicti. *Vide* Benedicti..... XIII. A. 1.

—— Expositio regulae Fratrum minorum. *Extat cum* Constitutionibus Clementis Papae V. *Vide* Clementis.

—— Speculum vite beati Francisci et Sociorum ejus. *Haec laudata verba uncialibus formis excusa leguntur in medio folii primi. In folio secundo*, Ad laudem et gloriā domini nostri iesu christi et sanctissimi patris nostri frācisci. Et hic scripta quedā notabilia de beato frācisco et socijs eius et quedam (sic) actus eorūdem mirabiles que in legendis eius pretermissa fuerunt que etiam sunt valde utilia et devota. *In calce:* Venetiis expensis dñi Iordani de dinslaken per Simonem de Luere. 30. Ianuarii 1504.
In 4.° parvo..... II. B. 51.

Editio, licet post saec. XV. exarata, rarissima tamen, et paucissimis nota.

—— Vita e Fioretti di S. Francesco. OPERA GENTILISSIMA Et utilissima a tuti li fedeli cristiani laqual se chiama li fioriti de miser san frācescho. Asemeliata ala vita. et ala passion de iesu cristo. et tute lè sue sāte vestigie e opere tuta fornita: Capitulo prìmo. *Allata verba occurrunt in summitate folii primi: in ultimo folio recto Typographus haec notavit:* Ad laude et gloria del omnipotēte dio: et de la sua sanctissima et dolcissima madre vergene maria. E de miser sancto francesco. Fo compito li soi fioreti in vincenza in casa de misier pre lunardo longo rector de la giesia de sancto paulo de uincenza: Curēdo lāno del signor nostro iesu cristo benedecto nel M. cccclxxvi. A di XIII. luio: FINIS. Deo gratias.

.P.
.Z. C. L.
: L :

Eodem folio verso extat Registrum, *in cujus calce occurrunt denuo litterae:* Z: C: L: In 4.°..... XIII. B. 9.

—— Alia editio. *In summitate primi folii uncialibus formis legitur* Fio: ecti (sic) di Sancto Francesco. *In folio secundo opus incipit sub titulo:* Al nome del nostro signore Ihesu Christo crucifixo et della sua madre vergine Maria. In questo libro si contengono certi fioretti miracoli et exempli divoti del glorioso poverello di christo messere sancto Francesco e dalquanti suoi sancti compagni. Ad laude di Christo Amen. *Ad calcem:* Impresso in firenze a di 26 di maggio 1489.
In 4.°..... XIII. B. 18.

Denisius pag. 702. hanc editionem refert cum Tabula in ultimo voluminis folio, in cujus fine ex-

Digitized by Google

tant litterae implexae L. et R. quae forsan Typographi nomen innuunt; est haec tabula in nostro exemplari desideratur.

Francisci Episcopi Caurieñ. Oratio In funere illustris dñi Leonardi de robore Alme urbis p̄fecti ducis archie ac regni Sycilie Magni comestabilis etc. habita a Reverendo. P. D. Francisco Episcopo Caurieñ. ac S. D. n. pape Datario. *In calce legitur tantummodo :* Finis.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Constat haec editio foliis IV. et paginarum lineae sunt 32; et est charactere gallo-franco *Stephani Planneck* excusa: adeoque anno 1472, quo *Leonardus de Robore* obiit, posterior; nisi dicere velimus, eo ipso anno, scilicet 1472. Orationem funebrem non recitatam modo, sed et typis vulgatam fuisse.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 9.

Francisci Fr. Ordinis Minorum. Declaratio circa conclusiones aliquas Hieronymi Savanarolae. *Extat cum operibus* Savanarolae. *Vide* Savanarolae.

Fregosi Friderici. *Vide* Fulgosi.

Frezzi Friderici. Quadriregio, *poëma italicis tristichis expressum. Rubricae capitum in prima pagina incipiunt, et in VI. absolvuntur. Titulus operis, et argumentum primi capitis rubro colore exprimuntur. En titulus generalis operis:* Incomincia el libro intitulato Quatriregio del decurso della vita hūmana De messer Federico Fratre dellordine de sancto Dominico Eximio maestro in sacra theologia : Et ia vescovo della cicta (sic) de Foligni. Dividesi in quactro libri partiali secondo quactro regni. Nel primo se tracta del regno di dio Cupido. Nel secondo del regno de Sathan: Nel tertio de regno delli uitii. Nel quarto et ultīo del regno de dea Minerva et de uirtu. *Ad calcem operis haec verba occurrunt :* Finiscie el libro decto el Quatriregio del decursu della uita hūana de messer Frederico ia uescouo della cicta de fuligni Maestro eximio t̄ sacra theologia fratre dellordīe de sācto Dominico con sūma diligentia emendato. Et impresso a Peruscia per Maestro Steffano arns almano nel M. cccc. lxxxi.
In folio parvo..... XII. E. 3.

Columnas Typotheta implevit lineis 40. gallo-franci characteris; et earumdem margines a custodibus et foliorum numeratione occupari minime passus est, sed signaturas tantum adposuit. Initialibus, prima xylographica excepta, parvas adsignavit formas, quas Minicularius majores reddidit coloribus variis. Editiones omnes huius operis rarae sunt, sed haec rarissima est. Vide *Freytag Analecta* pag. 350.

—— Alia editio. *In medio folii primi haec occurrunt verba uncialibus litteris excusa :* Libro chiamato Quatriregio del Decorso de la vita humana in

Digitized by Google

terza rima. *Eodem folio verso extat Tabula, quae tres occupat paginas. Folio V. Opus incipit, cujus titulus:* Incomentia el libro titulato Quatriregio del decorso della vitta (sic) humana Di messer Federico Fratre dellordine di sācto Domenico Eximio maestro in sacra theologia Et gia vescovo della cipta (sic) di Fuligno: Dividesi in quattro libri partiali secūdo quattro regni. Nel prīo si tracta del regno dello dio Cupido. Nel secundo del regno di Sathan: Nel terzo del regno delli uitii. Nel quarto et ultimo del regno della dea Minerva et di uirtù. *In calce:* Finisce ellibro decto el Quatriregio del decorso della uita humana di messer Federico gia uescovo della cipta di Fuligno eximio in sacra theologia fratre del ordine di Sancto Domenico con somma diligentia emendato. Impresso in Bologna per maestro Francesco de Ragazonibus del. M.cccc.lxxxxiiii. *Sequitur* Registrum. In folio..... XI. G. 19.

Friburgensis Ioannis, *dicti*, Ioannis Lectoris. *Vide* Ioannis.

Friderici II. Imperatoris. Constitutiones de statutis et consuetudinibus contra libertates Ecclesiae inductis, immunitate locorum religiosorum, fori privilegio, de Gazaris Patarenis ec. ec. navigiis, peregrinis, et advenis, deque agricolarum securitatibus. *Extant cum* constitutionibus Novellis Iustiniani. *Vide* Iustiniani.

Friderici III. Imperatoris. Epistolae II. *quarum prior ad* Eugenium IV., *secunda ad* Aeneam Silvium Picolhomineum; *quae postrema data est die* 30 Ianuarii 1457. *Extant cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Aeneae.

Frontini Sexti Iulii. Viri Consolaris (sic) Strategematicon liber primus. *Haec in fronte; in calce vero operis:* Impressum Romae p Venerabilem uirum Magistrum Eucharium Silber: alias Franck Anno. M. cccc. lxxxvii. In 4.°..... VIII. B. 37.

Flavio Vegetio, Sexto Iulio Frontino, Modesto, et Aeliano, qui de re militari scripserunt, in unum volumen colligatis, praemittitur Epistola Io. *Sulpitii Verulani ad Petrum Paulum de Comite*, discipulum olim suum, in qua circa medium sic scribit: *Tres de eā re scriptores egregios, quos nuperrime recognovi, Vegetium, Aelianum, et Frontinum simul conjunxi: et ut emendatissimi in tuas, et aliorum manus venirent, effeci.* Nulla in hac Epistola, quae totum fere primum folium versum occupat, *Modesti* mentio occurrit; fortasse quia tantum post absolutam trium priorum, eorumque praecipuorum Auctorum impressionem, in mentem venit *Sulpitio*, ut *Modestum* cum iisdem conjungeret. Haec est prima editio *Scriptorum rei militaris* in unum volumen redactorum.

—— Exemplar alterum..... VIII. A. 21.

—— Alia editio. *Praeponitur novae huic editioni eadem* Io. Sulpitii Epistola, *quae habetur in praecedenti editione anni* 1487. *In calce:* Impressum Rome per Venerabilem uirum Magistrum Eucharium Silber: alias Franck Anno. M. cccc. xciiii. die tertio novembris. *Extat cum Scriptoribus* de Re militari.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedit* Ad Magnificum Senatorem Minum Roscium Philippi Beroaldi Epistola. *In calce :* Impressum Bononiae per Platonem de Benedictis librorum cussorem Anno M. cccc. lxxxxv. die vero decimo Iuli. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum satis notum.* In folio... XII. C. 3.

—— Exemplar alterum..... IX. E. 34.

F U

Fulgentii Fabii Planciadis. Mythologiarum libri, cum Commentario Ioannis Baptistae Pii, *quibus adcedit opusculum ejusdem* Vocum antiquarum cum testimonio ad Chalcidium. *In prima pagina haec verba occurrunt:* Enarrationes allegoricae fabularum fulgentii placiadis. *Eodem folio verso extat* Privilegium Ludovici Mariae Sfortiae Ducis Mediolani anni 1497. *ad Typographum. Tabula adparet in folio secundo, et hunc praesefert titulum:* Fulgentii episcopi rhuspensis (sic) secundum philosophiam etc. etc. *In folio verso Expositoris Epistola legitur cum epigraphe*, Reverendissimo Prothonotario Domino Antonio Mariae Bentivolaeo Patrono Colendo Ioannes Baptista Pius Bononiensis. *Opus in sequenti pagina incipit praevio titulo* Fulgentii Episcopi Cartaginensis (sic) Mythologiarum. Ad Catum Presbyterum Carthaginensem liber primus. *Ad calcem operis typographica nota hoc pacto exprimitur:* Impressum Mediolani p magistrum Vldericū scinzenzeler anno dñi. M. cccclxxxxviii. die xxiii. mensis aprilis. Registrum *adcedit, exinde opusculum* Fabii Fulgentii placiadis vocum antiqua4 cum testimonio ad calcidium. *Hoc opusculum excipit Epigramma ita inscriptum:* Ad eumdē Reverendissimū prothonotarium Dominum Antonium mariam bentivoleum Ioannes baptista pius. *Adcedit tandem vita* Fulgentii *ex* Trithemio, *quam excipiunt emendationes* errorum. In folio..... X. G. 19.

Editio princeps.

—— Exemplar alterum..... X. H. 32.

—— Alia editio. *In medio folii primi legitur:* FULGENTIUS. Enarrationes allegoricae fabularum Fulgentii Placiadis. Vocabula quedam obscura p Fulgentium exposita ad Calcidium Grāmaticū. *Eodem folio verso occurrit :* Fulgentii episcopi Rhuspensis sm̄ philosophiam moraliter exposita4 fabula4 ad Catū p̄sbiterū Carthaginensem Tabula Incipit Capitulatim digesta. *In fine hujusmodi tabulae*, Fulgentii episcopi Rhuspensis Tabula libri Tertii Mithologicon finit. *In folio secundo verso legitur Epistola* Fulgentii ad Catum, *ut in praecedenti editione. Ad calcem:* Explicit liber mythologicos (sic) Tertius et ultimus. Impressum Venetijs per Bernardinum Venetum de Vitalibus. *Post folium vacuum occurrit aliud opusculum.* Fulgentii vocum antiquarum cum testimonio ad Calcidium Grammaticum, *et deinde* Fulgentii Vita, *in cujus calce denuo legitur:* Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus. CUM PRIVILEGIO.
In 4.°..... X. B. 73.

Nulla nota chronologica in hac editione, quae excusa videtur saeculo xv. desinente, vel xvi. ineunte.

Digitized by Google

Nullus Bibliographorum, quos adii, de ea mentionem facit. *Fabius Fulgentius Planciades* horum operum auctor, in hisce duabus editionibus, cum *S. Fulgentio Ruspensi Episcopo* immerito confunditur.

Fulgentii S. Ruspensis Episcopi. Sermones tres, *scilicet primus* in natali S. Stephani, *secundus* de Apostolis, tertius de Confessoribus. *Extant in* Homiliario. *Vide* Homiliae diversorum.

Fulginatis Gentilis de. Expositio. In. Primam. Fen. Quarti. Canonis. Avicenne. Feliciter. Incipit. *Is titulus operi praefigitur. In fine :* Scriptum super prima fen. quarti cann. Avic. celeberrimi ac famosissimi doctoris totam scientiam medicinae illustrantis. Gentilis de Fulginatis completum ab eo Anno 1. 3. 46. Mense Ianuarii feliciter explicit. *Adcedit:* Questio de maioritate morbi. *In fine hujus :* Finit subtilis questio de maioritate morbi a Clarissimo Doctore Gentile fulginate. Anno domini. 1 : 3. 44. edita. Et impressa Anno domini M. cccc. 77. Laus Deo. *Sequitur* Registrum. In folio..... VIII. G. 19.

Editio sine loci indicatione, et Typographi nomine; quae tamen excusa videtur, nisi fallor, *Patavii* typis *Nicolai Petri de Harlem. Denis in supplem. pag. 78.* eam memorat.

—— Expositio super Avicennam. *Extat cum textu* Avicennae. *Vide* Avicennae.

—— Consilia et Recepte de febribus. *Extant cum* Consiliis Cermisonis. *Vide* Cermisonis.

—— Commentarium in Tractatum metricum de pulsibus. *Extat cum* Aegidii *textu. Vide* Aegidii.

—— Libellus de divisione librorum Galieni. *Vide* Iohannitii.

—— Tractatulus de balneis. *Extat cum* Cermisone, *Vide* Cermisonis.

—— Tractatus de dissociationibus et fracturis. *Extat cum* Dino Florentino. *Vide* Garbo.

Fulgosi Raphaelis. Super secunda parte. ff. veteris. *In medio folii primi haec sequentia verba occurrunt :* Lectura ingeniosi acutissimiq3 iure consulti dñi Raphaelis Fulgosi Placentini super scdā parte. ff. veteris : In qua omnes leges : omnesq3 titulos subtiliter enodavit : impssa Brixie : Impetrato privilegio: ab Illustrissimo Ducali Veneto4 dñio ꝑ Angelum Britānicū: nequis eā: nisi iꝑe: ī sua Ditiōe īprimere audeat : ne alibi impressam vendere infra decēnium : sub pena: ut in gratia. *Ad calcem voluminis Typographus hanc notam signavit:* Finem posuit huic lecture sup scdā ff. veteris. Clarissimus legum interpres ingeniiq3 acutissimi dñs Raphael fulgosius Placenntinus (sic): Quam nuperrime Angelus Britannicus civis Brixianus : his tam pulcherrimis litterarum caracteribus imprimendam curavit: Castigatam priꝰ ab excellenti iuresconsulto (sic) Dño Nicolao uilla : Cive Brixiano : Reliquas etiam lecturas ipsius Raphaelis : nec non Raphaelis Cumani. Si hanc vendibilem esse compererit imprimendas brevi tem-

Digitized by Google

poris spacio curabit. Nam a correctore diligenter castigantur. Sed unum illud monemus ne quis audeat hanc lecturam: nec alias imprimere. q3 nemini licet preter Angelo Britannico: cui id dūtaxat concessum est per Illu. Dn̄ationem Venetam: ut constat privilegio. Valete omnes. Brixie die. xxiij. Septēbris. M. cccc. xcix. Finis: *Adcedit* Registrum, *et huic subjectum est Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum, in quo circulus continetur secundum horizontem sectus, cujus in inferiori parte punctum, in superiori litterae A B occurrunt, earumque in medio e circuli centro linea surgit ultra circumferentiam in duplicem crucem rectam desinens, cui alia parva crux decussata circa summitatem iungitur.* In folio maximo..... VII. C. 20.

Fulvii Epistola ad M. Attilium Regulum. *Extat inter* Q. Curtii Epistolas. *Vide* Curtii.

Fundi Angeli. Senensium oratio ad IULIUM II. PONT. MAX. habita per Angelum Fundium. *Haec verba occurrunt in summitate primae paginae. In calce Orationis:* Impressum Romae per Iohannem Besicken M. DIIII. Octavo Kl. Febr. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

G A

Gaetani de Thienis. *Vide* Thienis Gaetani de.

Gafori Franchini. Opus theoricum harmonicae disciplinae. *Praeponitur* Tabula, *quam excipit dedicatoria Epistola cum inscriptione:* CLARISSIMI AC PRESTANTISSIMI MUSICI FRANCHINI GAFORI LAUDENSIS Theoricum opus musice discipline. Ad Reverendissimū in xp̄o patrē dominum dominum Iohannem Arcimboldum miseratione divina sacrosante Romana ecclesie p̄sbiterū Cardinalē Novariensem. *Expleta epistola in fronte V. folii statim legitur titulus operi praefixus, scilicet* DE EFFECTIBUS ET COMENDATIONE MUSICE. *Ad calcem operis* Et sic est Finis *legitur, postea Epigramma sequens,*

O cui cardineum licuit contingere honorem
Et me quem virtus inpulit (sic) ut venerer
Accipe pva licet sint hec haud munera tāto
Digna viro: cujus nomine surgit opus
Ista et enim nullus censebit parvula lector
Si studii fructum cerpseris ipse mei
En age: me et librū vultu complectere grato
Dicere nec pigeat Tu mihi servus eris.

Epigrammati subnectuntur verba: FRANCHINI Gafori Laudensis musices pfessoris theoricum opus armonice discipline Explicit. Impressum Neapolis (sic) per Ma-

Digitized by Google

gistrum Franciscum di dino florentinum. Anno dñi. M. cccc. lxxx. Die octavo octobris. Invictissimo Rege Ferdinando regnante. Anno regni eius vigesimo tertio. In 4.° minori..... .. XI. B. 28.

Typus hujusmodi rarissimae editionis rotundus est, et lineas implet 26 in paginis integris; initiales vel desunt, vel parvis supplentur litteris; schemata musicae arti inservientia opportune occurrunt; et in capite VIII. narratur, quomodo *Pythagoras* per fabrorum malleos consonantias didicerit: eaque de causa sex fabri cum malleis incudi imminentibus ligno excusi videntur.

—— Exemplar alterum..... XI. B. 34.

—— Exemplar tertium..... XI. B. 35.

—— Alia editio. *Primam paginam tabula lignea cum icone, emblematibus, et litteris ad musicam artem spectantibus occupat; et verba* THEORICA MUSICE FRANCHINI GAFURI LAUDENSIS, *in summitate ipsius tabulae cernuntur. Folio verso occurrunt* Errores Impressoris negligentia commissi in hoc opere: quibus et sententia variari: et mens lectoris dubia reddi potest. *Folio tertio verso extat nuncupatoria Epistola, hoc pacto inscripta:* Ad Magnanimum et Pientissimum Dominum Lodovicum Mariam Sphortiam Vicecomitem: Bari Ducem: Principis Excellentissimi: Et Rei Mediolanensis Gubernatorem: Franchini Gafuri Laudensis In Delubri majoris Choro Phonasci Theoricum opus Musice Discipline. *Absoluta epistola, quae propter obscuritatem, et barbariem rudioris styli summopere ingrata est legentibus, adjicitur Epigramma ad eundem, quod etiam parvi faciendum est. Opus incipit folio V. cujus titulus:* DE MUSICIS ET EFFECTIBUS ATQUE COMENDATIONE MUSICE DISCIPLINE. *Opere absoluto, sequitur* Carmen Lancini Curtii, *quod incipit:* Dicamus numeris Therpsicore genus etc. etc. *In calce:* LAUS DEO. Impressum mediolani per Magistrum Philippum Mantegatium dictum Cassanum opera et impensa Magistri Ioannis Petri de Lomatio anno salutis M. cccc. lxxxxii. die xv. Decembris. In folio..... IX. E. 23.

Extant in hac editione postillae in marginibus, et figurae musicae; et exempla *Gregoriani* cantus ligno excusa, frequenter in textu adparent.

—— Alia editio. *In primo folio recto occurrit titulus uncialibus litteris excusus.* MUSICE UTRIUSQUE CANTUS PRACTICA EXCELLENTIS FRĀCHINI GAFORI LAUDENSIS LIBRIS QUATUOR MODULATISSIMA. *Eodem folio verso habetur* Registrum hujus operis. *Sequenti folio verso, nam rectum vacat, incipiunt tituli capitum quatuor librorum operis, quibus hic titulus praeponitur:* Descriptio Musicae actionis Franchini Gafori Laudensis: *qui tituli duas occupant paginas. Folio sexto verso incipit epistola dedicatoria Auctoris* ILLUSTRISSIMO et Excellentissimo Principi dño D. Lodovico. Mariae Sfortiae Anglo Duci Mediolanensiū invictissimo. *Huic epistolae subjunctum est Epigrammaticum* Carmen Lucini Conagi, *versuum 22. in laudem Maecenatis, ipsiusque Auctoris. In calce operis:* Practica Musicae Franchini Gafori laudensis quatuor libris comphraehensa Finit. impressa Brixiae opera et impensa Angeli Britannici:

Digitized by Google

anno salutis millesimo quatringentesimo nonagesimo septimo : nono Kaleñ. octobris. In folio parvo..... VIII. A. 37.

Editio est optimo charactere Romano excusa ; et maxima paginarum pars respersa est notis Musicis ligno affabre insculptis.

Galbae. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Epistolis Ciceronis ad familiares. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum* Commentario Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum* Commentariis Crescentinatis, Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Galeacii Bentivoli Antonii prothonotarii Apostolici oratoris nomine Bononiensium. Oratio habita apud Alexandrum. VI. Pont. Maximum.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Editionem hanc curavit *Ferdinandus de Salazar*, *Decretorum D.* qui et eam brevi Epistola *Io. de Sala* praeceptori suo nuncupavit. Charactere Romano *Stephani Plannck* excusa est, et duabus constat plagulis ; quarum prima versa Epistolam Editoris, altera Orationem continet.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 41.
—— Exemplar tertium..... XIII. A. 51.

Galeacii Comitis. *Vide* Sfortiae.

Galeni Claudii Pergamensis. Opera omnia, *in duobus voluminibus. Volumen primum incipit a folio vacuo, quod tabula sequitur novem paginis constans postque duas vacuas adest Praefatio* Diomedis Bonardi physici Brixiensis, *qui editionem curavit. Opus incipit a tertia pagina secundi fasciculi, cujus titulus rubro colore excusus in fronte sic legitur :* Galieni Pergamensis Medicorum omnium Principis Opera Foeliciter inchoant : Et primo Liber de sectis. Instruēs introducendos in Medicina quam sectam debeant imitari. Liber decem tractatuum *ultimum obtinet locum inter opera hujus voluminis, cum prooemio interpretis ad* Regem Robertum. *Quisnam sit Interpres, ex verbis sequentibus ad calcem expressis patet :* Explicit liber galieni qui comuniter intitulatur liber decem tractatuum quem transtulit magister nicolaus de regio de calabria ad petitionem regis roberti. *Typographus haec verba subjunxit :* Que in primo volumine continētur Galieni opera feliciter expliciunt : venetiis per Philippum Pintium de Caneto impressa. Anno M. cccc. lxxxx. die vero. xxvij. augusti. Augustino barbadico Serenissimo veneto4 principe. *Adcedit* Ioānis pet. Pinti mantuani carmen : in laudem Galieni nuper integro volumine reparati. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum, scilicet. Rectangulum nigrum, quod circulum secundum horizontem sectum continet, cujus in inferiori parte litterae* P H I *occurrunt ; in superiori littera* P *supra quam linea insidet, et ultra circumferentiam circuli surgit, ac in duplicem crucem desinit, cui alia parva crux decussata circa summitatem iungitur.*

Digitized by Google

In fronte secundi voluminis verba haec rubro expressa colore leguntur: Galieni principis Medicorum liber de elementis foeliciter incipit. Capitulum primum in quo investigat utrum accipiendum sit elementum s^{m} sensum vel s^{m} naturam. *Ad calcem operum legitur:* Explicit liber galieni ad glauconem. *Adcedit* Tabula librorum galieni q̄ ĩ secūdo volumine ɔtinēt^{ᵉ}: *quae quidem* Tabula, *una cum* Registro, *sex foliis continetur.*
In folio majori. Tom. II..... XII. I. 6. 7.

Editio princeps, et apud Bibliographos celeberrima.

—— Exemplar alterum *secundi voluminis tantum*..... VIII. H. 14.

—— Therapeuticorum libri XIV. *et ad* Glaucum libri II. *graece. In fronte primae paginae folii secundi ornamentum adest xylographicum, rubro, ac variis aliis coloribus illuminatum, quod partem Quadrati repraesentat, in quo nomen* Nicolai Blasti *graece legitur. In vacuo spatio inferiori hujusmodi Ornamenti extat effigies* Galeni, *sedentis, galero cooperti, ac librum tenentis, et hinc et illinc circa ipsius genua leguntur verba:* ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ, *quae quidem verba, ac ipsam effigiem Miniculator affabre depinxit. In calce lib. XIV. haec notata occurrunt.* ΤΕΛΟΣ ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗC ΜΕΘΟΔΟΥ· *Adcedunt libri II. ad* Glaucum. *In fronte primae paginae ornamentum occurrit rubri coloris, in quo nomen* Nicolai Blasti *pariter legitur, quod primo loco indicavimus; et circa iconem* Galeni, *haec verba, pariter rubra locum obtinent:* ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΑ, ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ *Ad calcem secundi libri:* ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΑ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΔΥΟ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. *His subjacet typographica nota graece expressa, quae legitur:* Venetiis impressus est liber sumptibus nobilis et praestantis Viri domini Nicolai Blasti Cretensis, Regente Augustino Barbadico Serenissimo Regiam hanc urbem dextre gubernante. Non tamen sine privilegio anno a nativitate Christi millesimo quingentesimo Pyonepsionis incipientis die quinto. *Sequitur in ultima pagina Registrum, et Signum rubrum* Nicolai Blasti *nomen referens, ut indicavimus in* Etymologico magno
In folio mai..... XII. I. 3.

Bibliographi raritatem, et venustatem hujusmodi editionis extollunt, ac praecipue *Maittairus pag. 72* et *Goetz Tom. II. pag. 81.* Initiales omnes, tituli, primae dictionum litterae, et ornamenta ligno exculpta, rubro colore expressa sunt.

—— De philosopho historia, *graece.* Venetiis in domo Aldi manutii Romani. Mense Februario M. IIID. *Extat in volumine II. Operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis.

—— Commentaria in Aphorismos Hippocratis, *latine versa per* Constantinum Africanum Monachum Cassinensem: *item commentarium in* libros Hyppocratis Regiminis Acutorum, *et* Microtechnon *ejusdem* Galeni, *cum commentario* Haly, *et aliud commentarium cum expositione* Hugonis Senensis. *Extant cum textu* Hippocratis. *Vide* Hippocratis.

Digitized by Google

—— Commentaria in Sententias, *vel* Aphorismos Hippocratis, *e graeco, interprete* Laurentio Laurentiano. *Extant cum* Hippocratis *textu excusa. Vide* Hippocratis.

—— Introductorium ad medicinam *e graeco in latinum versum a* Georgio Valla. *Extat cum* Francisci Philelphi Orationibus funebribus. *Vide* Philelphi.

—— Opuscula, *scilicet* De inaequali distemperantia = De bono corporis habitu = De conformatione corporis humani = De praesagitura = De praesagio = Introductorium = De Succidaneis, Georgio valla interprete. *Vide* Vallae Georgii.

—— *Extant pariter cum* Nicephori logica. *Vide* Nicephori.

—— Liber Dictus Tegni. *Vide* Iohannitii.

Galeotti Martii. *Vide* Martii.

Galli Alexandri de Villa dei. Doctrinale *vers. hexametr. cum commentario* Ludovici de Guaschis. *Absque ulla praefatione opus ita incipit:*

Scribere clericulis paro doctrinale novellis
Pluraque doctorum sociabo scripta meorum.

Postremi versus sunt sequentes:

Doctrinale dei virtute iuvante peregi
Grates reddo tibi genitor deus et tibi christe
Nate dei Deus: atq3 tibi deus alitus alme
Quas tres personas in idem credo deitatis.

Ad calcem totius operis: Alexandri grammatici opus interpretatum a Vìro eruditissimo grammatico domino Ludovico de guaschis Impressum venetiis: Per Thomasium alexandrinum Anno salutis. M. cccclxxxv. die xxviii. mensis Iulii Ioanne Mocenico Inclyto Venetiarum Principe. *Adcedit* Registrum, *cui subnectitur signum Typographi, alibi notatum.* In folio..... X. E. 18.

Editio duplici charactere gallo-franco excusa, majori et minori; quorum primus textum, alter commentarium refert. Initiales vel florentes lignoque incisae, vel nullae.

—— Alia editio. *Prima voluminis pagina eleganti xylographico ornatu includitur, et titulus praefigitur:* Opus alexandri grãmatici pro eruditione puerorum. Incipit. *Sequitur monitum ad lectorem circum partitionem, et usum hujusmodi operis. In fine:* Explicitus est alexander grammaticus cum brevi et utili expositione. Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo. Laus omnipotenti deo. *In ultimo folio majusculis typis legitur:* Venetiis per Bernardinum benalium. *Adcedit Registrum.* In folio..... X. E. 19.

Initiales omnes florentes adparent, et quoad alia praecedenti adamussim consonat.

—— Alia editio. *Prima pagina includitur pariter xylographico ornatu, et eumdem titulum in fronte gerit, quem in praecedenti editione observavimus, cui etiam perfecte consonat, excepta forma impressionis. In calce legitur:* Opus

Digitized by Google

Alexandri Grāmatici eruditissimi finit. Impressum Venetijs diligentia et industria Guilelmi de monte ferrato tridinensem (sic). M. cccc. lxxxviij. die tertia februarij. Regnāte optimo p̄cipe Augustino Barbadico. *Adcedit Registrum, in cujus calce :* Laus omnipotenti Deo. In 4.°..... IX. A. 26.

—— Alia editio. *Incipit absolute a versibus supra notatis, et in calce nulla subscriptio.* In folio..... X. C. 36.

Editio haec, quoad impressionis formam, et typographicam oeconomiam, adamussim persimilis adparet aliis primo, et secundo loco a nobis notatis. *Denis in Supplemento pag. 487.* hujusmodi editionis mentionem fâcit, eamque refert ad annum 1470 in aliqua Italiae urbe excusam.

Gallicani Vulcatii. Vita Avidii Cassii. *Extat cum* Scriptoribus Historiae Augustae. *Vide* Scriptores Historiae Augustae.

—— *Vide* Svetonii.

—— *Vide* Spartiani.

Galli Cornelii Poetae Clarissimi Elegiarum libellus. *Is titulus uncialibus litteris extat excusus in summitate secundi folii. In medio folii primi recti legitur gallo-francis majusculis litteris :* Cornelii Galli Fragmenta. Cum Gratia et Privilegio. *Hisce verbis subnectitur tabella xylographica, in cujus medio Aquila repraesentatur, quae stemma quoddam gentilitium in pectore sustentat, et litterae F. D. circa ipsius caput visuntur. Eodem folio verso occurrit* Cornelii Gallì Vita. *Absoluto* Elegiarum *libello legitur :* Sepuens (sic) Lyricum quia a plerisq3 C. Gallo attribuitur. Hoc loco subscribendum putavi. *Post laudatum lyricum carmen adcedit :* Pomponii Gaurici Neapolitani Elegiacon. *In fine hujus occurrit* Epigramma Io. Bap. Rhamnusii, *dein typographica nota :* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno dñi. M. ccccc. 1. Die. xii. Ianuarii. *Huic notae subnectitur Possessoris subscriptio, scilicet* Antonii Seripandi ex Iani Parrhasij testamento, *et totum volumen postillis mss. conspersum cernitur charactere satis noto* Iani Parrhasii. In 4.°..... X. B. 78.

Galliorum Epistola ad Brutum *ex latina versione* Rinucii Thettali. *Extat cum* Epistolis Bruti. *Vide* Bruti.

Galnani, *sive* Galviani Salviani. Differentiae legum et Canonum. *In calce:* Expliciunt dr̄e legum et canonū domi. Galnani de bononia. Impressus A. dñi Mcccclxx. In folio parvo..... VI. E. 20.

Absque loci, et Typographi nomine. De hac editione vide, quae infra dicemus sub rubrica *Iuris Variorum tractatuum collectio*, in qua Collectione extat excusum praesens opusculum.

Gambillionibus de Angeli de Aretio. Lectura super Institutis, *Partes duae. In fine primae partis :* Famosissimi legum doctoris dñi Angeli de aretio lecture super instit̄. pars prima impressa Rome per venerabilem vi4 mgr̄m Georgium laur de Herbipoli. sub anno dñi Millesimo quadringentesimoseptuagesimooctavo.

Digitized by Google

die vero Iovis penultĩa mensis Iulii. Pontificatus sanctissimi in Christo p̄ris et dñi nr̄i dñi Sixti divina providentia pape quarti Anno eius septimo finit. foeliciter. *Eodem ultimo folio verso habetur* Registrum *hujusmodi voluminis. In fine secundae partis legitur* Epistola dominici Iacobatii de Faceschis ad cupidam legum Iuventutem, *quae sic terminatur:* Igitur summa ope alacri Studio eum (sic) accipite. Et quod prioribus impressoribus imputandum fuit. Georgio laur de Herbipoli gratias agite. Cuius industria sive artificio impressum extitit. Valete. Rome sub anno domini Millesimo quadringentesimoseptuagesimooctavo. Die vero secunda mensis Decembris. Pontificatu Sanctissimi in christo patris dñi nostri domini Sixti divina providentia pape quarti. Anno eius octavo. sub correctione eximii iuris pontificii doctoris dñi Dominici Iacobatii de Faceschis de Urbe. *Huic subscriptioni adcedit Index alphabeticus materiarum partis utriusque, foliorum IX. cum dimidio, ac tandem* Registrum.

In folio maximo Tom. 2..... VII. C. 1. 2.

—— Alia editio. *In fine primae partis:* Famosissimi ac excellẽtissimi legũ doctoris dñi Angeli de aretio sup Institut. p̄me p̄ lectura finit. Impssaq3 fuit venetiis impẽsis mḡri Ioānis herbort de Silgẽstat necnō maḡri bernardini de tridino ex mōteferrato q̄ huic operi tāquā socij curam ac sūmam diligẽtiā adhibuerit Anno M. cccc. lxxxiiij. *In fine secundae partis occurrit Exhortatio quaedam ad juventutem, quae sic terminatur:* Suscipite ḡ firmo et leto aī̃o op' ip̄m elegātissimū: et dulci ei' doctrī̃a ī̃geniū vr̄um enutrite o iuris romani studiosi. nā ut ceteris hic liber cura industriaq3 correctiōis et doctrine p̄ncipatu p̄stat. sic vos studio et vr̄a ex libro eruditiōe hī̃ta q̄buscq3 aliis eritis clariores. q̄. cū post alios cōmẽtarios novissimis tp̄ib' iis optimis q̄3 auctorib, ī̃ urbe doctrina studijsq3 uberrī̃a emẽdat' ī̃pressusq3 fuerit nō nisi supra oī̃s alios pōt. dignitate florere. Stampatus nāq3 Venetiis fuit. sūptibus mḡri Iohānis herbort de Silgenstat. necnō mḡri Bernardini de Tridino ex mōteferrato: q̄ huic op̄i tanq̄3 socij summa cū diligẽtia curā adhibuerūt. Anno. M. cccc. lxxxiiij. *Sequitur Tabula alphabetica materiarum sex foliis comprehensa, et in ultimo folio recto extat* Registrum.

In folio maximo. Tom. II. *in uno volumine*..... VII. C. 35.

—— In prima parte institutionū Cōmẽtum. *Is titulus praefigitur in summitate primae columnae folii VIII. Praecedit* Tabula *materiarum. VI foliorum, et folio VII. recto occurrunt* Rubrice omnes per Alphabetū posite et ad loca suo p̄ ordinẽ remisse. *In calce voluminis legitur.* Venetiis per Andream calabreū de Papia. M. cccc. lxxxx. die viij Aprilis. *Adcedit* Registrum.

In folio maximo..... VII. D. 28.

—— Incipit solennis et aurea lectura famosissimi legum doctoris domini Angeli de gambiglionibus de aretio super libro. ff. de appel. *Laudatus titulus occurrit in fronte primae columnae folii primi. In fine operis:* Ego Angelus de gābigliōibus de Are. ll. doctor huic maī̃iei de appellatiōibus q̄s legi diebus festivis finẽ ī̃posui cū auxilio salvatoris nr̄ī̃ die scdō septẽbris. M. cccxliij. in studio āplissimo bononiẽsi. Papie p̄ Bernardinū et Ambrosiū frēs de rovel.' ānno dñi. M. cccc. xcv. die. xxxiij. (sic) Marcii. *Huiç subscriptioni*

Digitized by Google

subnectitur Registrum. *Eodem folio verso.* Incipit tabula sive reptoriū in materia appellatōis ꝑ alphabetū, *quae viii. occupat paginas. In calce hujusmodi tabulae legitur:* Hec est tabula sive reptorium omniū dictorū notabiliū et articulo4 qui per me Angelū Io. de gambiglionibus de Aretio. ll. doctorem positi et traditi sunt in materia appellationis in ff. quā materiā ad instantiā scolariū diebus ꝙbus ordinarie non intrabaī legi in amplissimo studio Bononiēsi. Et idem finē imposui die sdō septēbris. anno dñi. M. cccxliij. ad laudem omnipotentis dei. In folio maximo..... ..... VII. D. 27.

—— Tractatus testamentorum. *Absque ulla praefatione opus incipit a verbis:* tractaturus cum dei nomine. Amen. Ego Angelus de Gambelionibus de Aretio. ll. doctor. Ferrarie in ĩclito studio actualiter iura civilia legens materiā testamentorū et ultimarum voluntatum per modum sūme congruum mihi esse videtur ꝙ priusq̄3 ad declarationem et interpretationem hujus tractatus deveniam cognoscere etc. etc. *In calce voluminis:* Explicit Tractatus testamentorum seu ultimarum voluntatum. D. Angelli (sic) de Gambelionibus de Aretio. Laus deo. Impressum Venetijs per mḡrum Andreā Papiensē. Anno dñi M. cccc. lxxxvi. xiij. Kal. Septembris apud sanctū lucā. *Dein*, Incipit Registrum.
In folio maximo..... VII. H. 16.

—— Tractatus maleficiorum cum pluribus additionibus, *editus cura* Hieronymi de Castellanis. *Nullo praemisso titulo, seu praefatione opus incipit:* Sepe mihi nature munera animo repetenti verissimum illud stoycorum etc. etc. *Circa medium primae columnae ultimi folii haec typographica nota excusa legitur:* Explicit tractatus Maleficiorum famosissimi doctoris domini Angeli de gambelionibus de aretio cum pluribus additionibus ultra primam eiꝰ lecturam. Anno salutis millesimo quadrigentesimo septuagesimo septĩo die vero decima quinta mēsis ianuarii sedēte Sixto quarto pontifice maximo anno pontificatus eius septimo. Deo gracias. *In altera columna habetur brevis Editoris Epistola, in cuius fine sic loquitur:* et ne aliqua addicio deficeret ergo (sic) Ieronimus (sic) de castellanis minimus utriusq3 iuris doctor quo ad posse summa cum vigilantia curam adhibui. *Extat* Registrum. In folio maximo..... XII. I. 39.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine. Opus impressum est rudiusculo charactere, qui mihi videtur Romanus, et forsan *Georgii Laver*, qui anno 1472, hoc opus primum *Romae* impressit. De hac vero editione nullum hactenus vestigium apud praecipuos Bibliographos invenire potui; ideoque inter rariores adscribendam esse puto.

—— Alia editio *cum* additionibus domini augustini de bonfrancischis de arimino. *In calce voluminis:* Perutilis in practica cōi excelētissimi utriusq3 iuris doctoris dñi Angeli de aretio maleficio4 tractatus una cū elegantissimis supleticōibus seu addicōibꝰ dñi Augustini de francischis de arimino. felicitꝰ explicit. Impssus venetijs. arte ac impsa iohānis herbort de siligēstat alamani ꝙ nō tm sumā adhibꝰ curā ut hec aliaq3 sine vicio verū et oĩ diligentia sua elaborata sint opera. Anno dñi Millesimo. cccc. lxxxiij vltĩa die mēsis aprilis. *Sequitur* Registrum sup tractatu maleficio4 dñi angeli de aretio. *Post vacuam paginam adcedit* Tabula ut in pluribus decisiva sdm ordinem verborum in tractatu sive in ĩquisi-

Digitized by Google

tione positorum. Tabulam aũt sdm̃ ordinem alphabeti vide infra post finem huius tabule. *Quae duae Tabulae XX. fol. occupant.*
In fol. maximo..... VI. F. 8.

—— Alia editio. *In medio folii primi recti legitur:* Aurea opuscula Angeli aretini et Alberti Gandini de maleficiis cum apostillis in hac impressione noviter editis. *Eodem folio verso occurrit Epistola inscripta* Iustissimo principi Dño. d. Lodovico Marie Sforcie Vicecomiti. Et de Arragonia duci Barrii invictissimo Bernardinus ex Capitaneis de Landriano iuris utriusque doctor humili commendatione. S. D. *In summitate primae columnae secundi folii recti extat titulus:* Tractatus maleficiorum. D. Angeli de gambilionibus de aretio iuris utriusq3 doctoris excellentissimi cum oĩbus additionibus novissime per ipsum factis post compilationem huius aurei ac preciosissimi operis: nec non cũ apostiliis noviter editis ꝑ spectabilem iuris utriusq3 doctorem D. Bernardinum ex capitaneis de Landriano Mediolanensem. *In calce operis:* Explicit aureus tractat' excellentissimi dñi Angeli de aretio circa maleficia punienda una cũ additiõib.' Spectabilis dũi Augustini de arimino: necnõ cum suppletionibus dñi Bernardini ex capitaneis de landriano Iuris utriusq3 doctoris Mediolanensis. Anno nativitatis dominice milesimo quadringentesimo nonagesimoquinto. *Sequitur* Registrum, *in cujus calce:* Venetiis per Baptistam de tortis. Mcccclxxxxiiii. die. xxii. Maij. *Dein,* Cum privilegio ne quis audeat hoc opus imprimere circa decem annos: sub pena in eo contenta. In folio maximo..... VI. G. 27.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 8.

—— Exemplar tertium..... VII. D. 3.

Gandavo Ioannis de. *Vide* Ianduno.

Gandino Alberti de. Tractatus Maleficiorum. *In medio primi folii recti legitur:* Albertus de gandino Una cum apostillis noviter editis studio et solertia spectabilis Iuris utriusq3 doctoris. d. Bernardini ex capitaneis de Landriano Mediolanensis. *Eodem folio verso occurrunt* Rubrice. *Titulus in fronte primae columnae secundi folii hoc pacto habetur:* Incipit tractatus maleficiorum dũi Alberti de gandino Iuris utriusq3 doctoris excellentissimi una cum apostillis noviter appositis per spectabilem I. U. doctorem. d. Bernardinum ex capitaneis de Landriano Mediolanensem. *In fine operis:* Civilium ac criminalium questionum Iuris utriusq3 eximii doctoris domini Alberti de Gandino super materia maleficio4 quotidian' libellus feliciter explicit una cum apostillis editis per spectabilem Iuris utriusq3 doctorem do. Bernardinum ex capitaneis de landriano Mediolanensem. *Ultimo folio adcedit:* Questio an in loco domicilij seu originis possit contra aliquem inquiri de malificio alibi commisso. *In calce hujusmodi Quaestionis extat* Registrum, *cui subnectitur typographica nota:* Venetiis per Baptistam de tortis Mcccclxxxxiiij. die xxiiij. Aprilis.
In folio maximo..... VI. G. 28.

—— Alia editio. *Vide* Gambellionibus Angeli de..... VI. G. 27.

—— Exemplar alterum..... VII. C. 8.

—— Exemplar tertium..... VII. D. 3.

Digitized by Google

GANFREDI DE TRANO Auditoris Rotae Romanae. *Vide* Trano Goffredi de.

GAONAE HIERONYMI. Oratio habita ad Illus. dūm Comitē de Tendilla Saenenissimo4 (sic) Regis et Reginae hispaniae Oratorem dignissimū.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Editio excusa typis *Eucharii Silberi*, quae continetur foliis V.; eamque memorat *Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 425.*

GARBO DINI DE, FLORENTINI. Expositio super tertia et quarta Fen Avicenne, et super parte quinte. *Adcedit ejusdem* Compilatio emplastorum et unguentorum. *Opus incipit in secundo folio, praevio titulo:* Clarissimi artium et medicine doctoris magistri Dini de Florentia expositio sup⁹ 3.ª et 4.ª fen Avicēne et super parte quinte feliciter incipit. *Ad calcem* Expositionis *legitur:* Explicit expositio clarissimi artiū et medicine doctoris magr⁹i Dyni de Florētia super. 3. et 4.ª fen Avicē. et sup⁹ p⁹te. 5.° Impressa Ferrarie p⁹providū virū magistrum Andreā gallicū. Anno dñi 1489. die 27. mensis octobris. Registrum *his subditur, et post vacuam paginam*, Incipit compilatio emplastro4 et unguēto4 Magistri Dini florentini artiū et medicine doctoris excellentissimi. Et primo de repercussivis. *In fine haec verba Typographus notavit:* Expliciunt unguenta Dini Florentini artium et medicine doctoris famosissimi ad laudem dei omnipotentis Impressa Ferrarie p⁹ providū virum magist4 Andream gallicum. Anno domini. 1489 die 28 Mensis octobris. *Adcedunt decem versus pondera, quibus remedia impendenda sunt exprimentes, his* Registrum *subiectum est.*
In folio minori..... VIII. D. 9.
—— Exemplar alterum..... VIII. D. 10.
—— Exemplar tertium..... VIII. E. 46.

GARMI REGIS BABILONIS. Epistola *graeca. Extat cum Epistolis* Apollonii Tyanensis *in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

GARSIAE PETRI. Determinationes Magistrales contra conclusiones apologeticas Ioannis Pici Mirandulani. *Praecedit Auctoris prooemium cum inscriptione:* Petri Garsie Episcopi Usselleñ. ad sanctissimū patrem et dūm Innocentiū papā. viij. in determinatiōes magistrales cōtra oclusiones apologales Ioannis Pici Mirandulani Concordie Comitis. prooemium. *Folio verso desinit prooemium, quod tabula excipit huic subiecta titulo:* determinatiōes magistrales reverendi patris dñi Petri Garsie Ep⁹i Usselleū contra oclusiones Apologeticas Ioannis Pici Mirandulani Concordie Comitis he sunt. *Ad calcem extat*, Finalis Conclusio operis cum debita protestatione. *Hanc excipiunt Emendationes errorum, et Tabula capitum, quibus absolutis leguntur sequentia verba, majusculis expressa typis:* Impressum Rome per Eucharium Silber alias Franck natione Alemanū ab anno nostre salutis. M. cccc. lxxxix. die ☿o. xv. mensis Octobris. Registrum Chartarum *tandem occurrit.* In folio minori..... XIII. E. 30.

GASPARRINI BERGOMENSIS. *Vide* Barzizii.

GATISDEN, *vel* GASTISDEN IOH. DE. *Vide.* Anglici Ioannis.

Digitized by Google

GAUDUNO IOH. DE. *Vide* Ianduno.

GAURICI POMPONII NEAPOLITANI. Elegiacon *in laudem* Cornelii Galli. *Vide* Galli Cornelii.

GAZAE THEODORI. Introductivae grammatices libri IV. et de mensibus, *graece. Elenchus operum, quae volumen continet, hoc pacto excuditur in prima pagina:* In hoc volumine haec insunt,

Theodori Introductivae grāmatices libri quatuor.
Eiusdem de Mensibus opusculum sane quāpulchtū (sic).
Apollonii grāmatici de constructione libri quatuor.
Herodianus de numeris.

Eodem folio verso Epistola latina Typographi imprimitur, cum epigraphe, ALDUS MANUCIUS ROMANUS LECTORI S. D. *Opus Gazae incipit secundo folio, quo absoluto legitur:* ΤΕΛΟΣ ΠΟΥ (sic) ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΕΣΣΑΡΑ ΤΗΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ. ΚΑΙ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΩΙ ΠΛΕΙΣΤΗ ΧΑΡΙΣ. *Ultimo folio recto adcedit Registrum, cui subiecta verba adparent:* ΕΤΥΠΩΘΗ ΕΝ ΕΝΕΤΙΑΙΣ ΔΕΞΙΟΤΗΤΙ ΑΛΔΟΥ ΜΑΝΟΥΚΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΑΝΕΩΣ *Ad calcem opusculi* Herodiani, *post Registrum, Typographus hanc notam adposuit:* Impressum Venetiis in aedibus Aldi Romani octavo Calendas Ianuarias M.cccclxxxxv. Concessum est eidem Aldo ab illustrissimo senatu veneto ne cui hunc librum liceat imprimere sub poena ut in gratia. In folio... XVII. G. 6.

In hac rarissima, et principe editione *Aldus* capitales florentes adhibuit, et cuilibet libro xylographicum ornatum adposuit in parte superiori; titulos vero, foliorum numeros, ac custodes neglexit. Charta nitida, et optimi characteres graeci paginas implent lineis 31.

—— Versio latina librorum Animalium, *vel* Animalium Historiae Aristotelis, *cum Epistola ad* Sixtum IV. *Vide* Aristotelis.

—— Versio latina Problematum Aristotelis. *Extat cum* Alexandri Aphrodisaei Problematibus a Georgio Valla *traductis. Vide* Alexandri Aphrodisaei.

GAZII ANTONII. De conservatione sanitatis. *Haec laudata verba in medio primae paginae leguntur majusculis formis excusa. Prima pagina secundi folii* Incipit tabula Capitulorū libri huius solemnissimi qui Corona Florida Medicinae: sive Conservatio sanitatis: intitulatur. *Elenchus Scriptorum, quorum auctoritatibus usus est* Gazius, *tabulam excipit; huic vero nuncupatoria Epistola anepigrapha subditur. Opus incipit prima pagina secundi fasciculi, et huic titulo rubro colore expresso supponitur,* Florida Corona Medicinae omnibus sanitatem assectātibus utilis et necessaria: edita per Antoniū Gaziū Artiū ac Medicinae p'fesso4 (sic) minimum. *Ad calcem operis sequentia excusa sunt verba:* Divino favente numine. Ego Antoni' Gazius patavus medicorū oīum minimus die xii. Augusti de anno dīi. Mcccclxxxx. p'sens opus absolvi. Ad laudem redemptoris nostri et ad tuam: et amicorum utilitatem. D. M. observādiss. cui iterum atq3 iterum me cōmendo Vale. Impressum Venetiis per Iohannem de

Digitized by Google

forlivio et Gregorium fratres Anno salutis. M. ccccIxxxxi. die xx. mēsis Iunii. *Adcedit* Registrum, *dein Typographi signum alibi notatum.*
In folio..... IX. F. 7.
—— Exemplar alterum..... IX. G. 6.

G E

Geberi Medici Arabi. Liber qui flos Naturarum vocatur. *In fronte operis, litteris capitalibus legitur impressum :* INCIPIT LIBER GEBER. *Tum immediate initium sumit* Capitulum Primum, *quod Praefationem* ad *filium suum directam continet. Finitur aversa pagina, linea 21. Capitulum secundum, operis capita complectitur. Aversa folii 27. pagina* Liber secundus de principiis hujus magisterii et perfectione eiusdem *inchoatur. Prima folii 52. pagina incipit* Liber tertius divisus a secundo. Sermo generalis in perfectione et in hiis (sic) que ad perfectionem spectant. *Aversa folii 94. pagina.* INCIPIT LIBER TRIUM VERBORUM. *Folii 98. aversa pagina,* Explicit liber triuni verborum. Deo gratias. *Et mox* Incipit Epistola Alexandri Imperatoris qui primus regnavit in Grecia et Macedonie et Persarum Imperator. *Aversa folii 105 pagina,* Incipit investigationes magisterii per Geber. *Prima folii 114 pagina, linea 24.* Explicit liber Geber foeliciter. *Sequuntur* Carmina latina Francisci (Cecco) de Asculo, Fratris Elie, *et* Anonymi carmina italica. *Prima folii ultimi pagina* Registrum huius libri *continet, ad cujus finem capitalibus litteris legitur impressum :* FINIS REGISTRI. In 4.°..... VIII. B. 24.

Haec editio, notis typographicis prorsus destituta, omnium meretur aestimationem, tum ob characterum, qui Romani sunt, elegantiam, tum ob chartae munditiem, albedinemque; tum demum ob ejus raritatem; nam (exceptis *Denis pag. 569., Pinelli Tom. III. pag. 339. et Braun P. II. pag. 71.*) alii Bibliographi, etiam praestantiores, de ea altum tenent silentium. Quaevis pagina integra 25 exhibet lineas. Initiales litteras minutiori charactere notavit Typographus. Signaturae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. Praeter punctum, nullum aliud observatur distinctionis signum. Alteram hujus operis editionem recensent Bibliographi, excusam anno 1473. sine loci, et Typographi indicatione : haec vero nostra, ob antiquitatis notas hucusque descriptas, intra annos 1470. 1480. in lucem prodiisse mihi videtur.

Gellii Auli. *Vide* Auli Gellii.

Geminiano Dominici de S. Lectura aurea in Decretales. *In aversa folii primi pagina legitur:* Ad reverendissimum in christo patrem et dīm dīm Iacobum Zenum presulem Patavinum dignissimum pro Dominici ex Sancto. Geminiano instauratiōe Petri Albignani Trecii iuris studentis epistola feliciter. *Folio secundo opus ipsum incipit. In fine :* Explicit lectura aurea clarissimi et excellentissimi doctoris dominici de Sancto geminiano. super sēda. VI. lib. maxima cum diligentia revisa et fideli studio emendata sicut ipsum opus pro se satis attestabitur per venerabilem presbyterum. utriusq3 iuris doctorem. Troilum Zane venetum Venetiis impressa per Andream de Calabriis papien. Anno domini.

Digitized by Google

M. cccc. lxxxvi. vii. Kl. martii. *In aversa ultimi folii pagina* Librorum Tituli, *et chartarum* Registrum *habentur*. In folio majori..... VI. H. 13.

—— Alia editio. *In aversa pagina primi folii occurrit brevis dedicatoria Epistola sic inscripta:* Prestantissimo atq3 Magnifico Iuris vtriusq3 doctori et Comiti Domino Petro Care Ducali Sabaudie Senatori dignissimo. Iacobinus Suicus Sangermanas (sic). Salu. P. D. *Quae epistola data est,* Ex Taurino die X. Aprilis. M. cccc. lxxxvii. *Opus incipit in secundo folio recto, sub titulo :* Clarissimi et utriusq3 iuris ĩterp̄tis excellẽtissimi Dñi Dominici de Sancto Geminiano. Lectura prima super sexto libro decretalium. *In calce operis :* Scđa p̄s Dominici De Sancto geminiano super vi. Impressa Papie per egre. Ioānemantonium de birretis et Franciscum Degyrardenghis. i489. die 12. maij.
In folio Majori..... VI. G. 6.

Hac de editione nec *Maittairus*, nec *Fabrictus*, nec alius Bibliographorum, quos haec nostra Bibliotheca possidet, notitiam habuere; ex quo eiusdem raritas clare patet.

—— Exemplar alterum..... VI. H. 16.

—— Alia editio. *In medio folii primi rubro charactere majusculo legitur:* Prima lec. Dominici de Scō Gemi. sup Sexto li. Decreta. cū apostillis Eximii. I. V. doctoris Mediolanensis. D. Bernardini ex capitaneis de Landriano. *Eodem folio verso legitur Epistola,* Reverendo in Christo patri. D. Luchino ex Capitaneis de Landriano iuris pontificij scholari recōmendatario perpetuo p̄ceptorie sancti Antonij Placentie : nec non apostolice sedis prothonotario bñ merito et cōsanguineo honorando Bernardinus Lādrianus. I. v. doctor. S. d. *Opus incipit secundo folio recto, quo absoluto, adcedit* Registrum, *cui subnectitur typographica nota, scilicet* Venetiis per Baptistam de tortis. Mcccclxxxxv. die. xxij. decembris. *Signum Typographi, satis notum occurrit. In medio primi folii secundae partis idem titulus legitur, etiam rubro colore excusus, ac in prima parte : in calce operis extat* Registrum, *et nota typographica :* Venetiis p̄ Baptistam de Tortis. Mcccclxxxxvj. die. j. Martii. *Huic adcedit Typographi signum.* In folio majori..... VI. H. 2.

—— Lectura prima super sexto libro Decretalium. *In summitate primae columnae folii primi extat titulus :* Clarissimi et utriusque iuris interpretis excellentissimi Domini Dominici De Sancto Geminião. Lectura prima super sexto libro decretalium. *Absoluto Prooemio,* sequitur *aliud* prohemium Bonifacii sup sexto libro decretalium : *In calce voluminis :* Finitur hic prima pars lecture Excellentissimi iuris utriusq3 interpretis domini Dominici de sancto Geminiano sup sexto libro decr̄talium: Imp̄ssa Venetiis per magistrum Iacobum de Rubeis gallicum : huius artis peritissimum : Anno. M. cccc. lxxvj. quarto Idus Septembres. Andrea vendramino inclyto duce Venetiarum.
In folio majori..... VI G. 18.

Prima initialis littera auro, coloribusque variis depicta adparet, et in ora inferioris marginis stemma gentilitium, forsan possessoris hujusmodi voluminis, eodem modo illuminatum cernitur : reliquae initiales parvis formis extant in spatiis.

Digitized by Google

—— Alia editio. *In fronte primae columnae folii primi legitur rubro colore impressus idem titulus, ac in praecedenti editione. Ad calcem operis:* Excellentissimi sacrorum canonum doctoris Dominici de sancto Geminiano prima pars super VI. decretalium hic finem habet feliciter summa cum diligentia venetiis impressa atque emendata per honorabilem virum Andream de sociis parmensem apud sanctum Paulum anno ab incarnatione Christi. M. cccc. lxxxv. secundo nonas Augusti. *His subjectum est* Registrum Operis. In folio Majori..... VI. G. 1.

—— Exemplar alterum..... VI. H. 4.

—— Lectura super secunda parte libri sexti Decretalium. *In calce:* FINIT Lectura Eximii doctoris domini Dominici Dⁱ S. Geminia. sup scdā ꝑte Sexti li. decre. nulla calami exaratōe sꝫ quadā artificiosa Karacterisandi ac imprimēdi invētiōe Cōpleta feliciter et opata ꝑ magistrū Adam Rot. clericū Meten. dioce. Anno etc. M. cccc. lxxi. Die vero lune ultima Septembris.
In folio majori..... XII. I. 42.

Refertur praesens editio, loci indicatione destituta, ab *Audiffredo in Catalogo historico-Critico Romanarum Editionum Saec. XV. pag. 90*, et a *P. Laire pag. 174.* in *Specimine:* ubi tamen per errorem scriptum est *super sextam partem*, non *secundam partem.*

—— Alia editio. *In primo folio verso occurrit,* Ad reverendissimū in christo patrē et dominum Dominu Iacobū Zenum Presulem Patavinum dignissimum pro Dominici ex sacro Geminiano ĩstauratione Petri Albignani Trecii iuris studētis epistola feliciter. *Folio secundo recto incipit opus, cujus titulus:* De vita et honestate clericorum. *Huic inscriptioni subnectitur Possessoris stemma gentilitium affabre depictum auro, coloribusque variis. In calce operis haec typographica nota excusa legitur:* Finit egregij doctoris dñi Dominici de sanc. Geminia. sup scdā parte vi. lib. decre. nulla calami exaratiōe sed quadam artificiosa characterizādi ac ĩprimendi ĩventiōe, Venetiis completa feliciter impēsis circūspectorū virorū Iohānis de Colonia et Iohānis māthen de Gherretzem Sociorū xiiij. Calendas decembres. Anno salutis Dominice. M. cccc. lxxvij. *Sequitur* Registrum cartarum. In folio majori..... VI. G. 19.

—— Summulae et divisiones in lib. VI. Decretalium Bonifacii VIII. *Extant cum textu* Decretalium Bonifacii VIII. *Vide* Bonifacii VIII.

Geminiano Ioannis de S. Summa de exemplis ac similitudinibꝰ rerum noviter impressa. *Haec laudata verba majusculis formis leguntur in medio folii primi, quibus subnectitur Monitum ad lectorem, minutissimo charactere excusum. In secundo folio recto:* Incipit Tabula universalis totius sūme subsequentis, *quae xvii. paginas implet. Opus initium sumit in secundo fasciculo a titulo:* Incipit summa insignis et perutilis predicatoribꝰ de quacunqꝫ materia dicturis fratris Iohannis de sancto Geminiano ordinis ꝑdicatorum sacre theologie doctoris clarissim que intitulatur de exēplis et siꝰtudinibꝰ reꝛ. *In calce voluminis legitur:* Explicit liber decimus et ultimus de exēplis et similitudinibus rerum. Et in hoc finitur totum opus de exemplis et similitudibus rerum intitu-

Digitized by Google

latum. In quo similitudines inter creaturarum ꝓprietates et inter virtutes et vitia ceteraq3 de quib⁹ in sermonibus mentio fieri solet reperte pulcherrime declarantur. Impressum aūt Venetiis per Iohannem et Gregorium de Gregorijs Mccccxcix. die. xij. Iulij. Finis. *Sequitur* Registrum. *Eodem ultimo folio averso occurrit signum Typographi in rectangulo magno oblongo erecto, quod crucem duplicem infixam litterae* X. *repraesentat, cui litterae* Z. G. *hinc et illinc adjectae sunt.* In 4.° ..... IV. A. 19.

—— Exemplar alterum..... IV. A. 20.

Geminiano Iuliani de S. *Vide* Nelli Iuliani.

Gennadii Presb. Massiliensis. De viris illustribus, *sive Operis* S. Hieronymi *de hac re supplementum. Extat in vol. II.* Tractatuum et Epist. S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

Gentilis Episcopi Aretini. Florentinorum Oratio coram Alexandro VI. *De hac editione, vide quae inferius sumus dicturi in* Appendice, *sub articulo* Becchi Gentilis.

Gentilis Fulginato de. *Vide* Fulginas.

Genuensium. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Georgii Regis Persarum. Epistola ad Ducem Burgundiae, *data* in castris suis prope tentorium die 5. Novembris 1459. *Extat cum* Aeneae Silvii Epistolis. *Vide* Aeneae.

Georgii Alexandrini. *Vide* Merulae Georgii.

Georgii Bricoti. *Vide* Bruxellensis Georgii.

Georgii Trapezuntii. *Vide* Trapezuntii.

Georgio Benevenuti de S. Oratio in Consistorio publico Romae per magnificum et generosum dn̄m BENEVENUTUM DE SANCTO GEORGIO Blandrate Comitē equitem Iherosolimitanū et doctorem in Pontificatu Alexandri. vi. Pontificis maximi: pro illustrissimo et excellen̄: dn̄o suo dn̄o Bonifacio Marchione Montisferrati habita: Anno christi. M. cccc. lxxxxiii. *Praecedit Auctoris Epistola ad* Io. Antonium a S. Georgio Episc. Alexandrinum, *data* Romae XIII. Kal. Martii 149̄3. In 4.° parvo. ..... XIII. A. 42.

Character hujus orationis est Romanus *Stephani Planck*, et VII. foliis ipsa absolvitur. Vide *Audiffredi Catalog. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 314.*

—— Exemplar alterum. *Vide* orationes variae..... IX. A. 58.

Georgio Ioannis Antonii de S. Commentum super quarto libro Decretalium. *In folio primo verso occurrit* Registrum, *et in secundo recto* Tabula seu repto-

Digitized by Google

riū qōnū. dubio4 et decisionū hoc ĩ ope redactarum incipit. *In calce hujusmodi* Tabulae, quae XXIII. *foliis absolvitur, legitur Epigramma in laudem Operis, et Auctoris. In folio XXIV. averso adcedit:* Ad Illustrem principem et Reverendissimum in xp̄o patrem et dominū Aschanium Mariam sfortiam vicecomitē sedis Apostolice prothonotariū dignissimum Iohannisantonii de sancto Georgio prepositi ecclesie Sancti Ambrosii mlĩ in cōmentum quarti libri decretalium prefatio. *Sequenti folio opus incipit a titulo rubro colore excuso:* Reverendi patris et celebratissimi iureconsulti. d. Iohannisantonii de sancto Georgio olĩ p̄positi sā̄cti Ambrosii. nūc vero ep̄i Alexandrini et causa4 sacri palatii auditoris meritissimi: Cōmentū dignissimū sup quarto libro decretalium noviter ĩpressū cum longe majori emēdatione et littera4 illustratōe q̄3 alias impressum fuerit ut tm̄ inter se distent quantum virtus a vitiis. *In fine operis aliud Epigramma Auctoris legitur ad suum Moecenatem, quo absoluto haec verba subnectuntur:* Laus Deo pax vivis et requies defunctis. *Dein*, Explicit Lectura solemnis sup quarto libro decretalium de sponsalibus et matrimoniis. edita p̄ Reverendū ac excelētissimū Iurisutrisq3 interpretem dm̄ Ioh^{em} antoniū de sancto georgio patricium mediolanēsem sacri palatii apl^{ici} auditorem. Nec nō alexandrinū Ep̄m. ac r̄frendariū (sic) apl^{icū} dignissimū Imp̄ssa p̄p̄ p̄ magist4 Antonium de Carchano Anno a natali christiano. 1490. octavo Kalendas Iulii Impensa Iohānis francisci de nebiis de burbo civis p̄p̄. *Sequitur* Registrum hujus operis.

In folio Majori..... VI. C. 6.

Geraldini Antonii. Oratio, *cujus titulus in fronte primae paginae eidem praefixus haec refert:* Oratio Antonii Geraldini p^{thonotarii} ap^{ici} poeteq3 laureati: ac regii Oratoris: in obsequio canonice exhibito p^{o} illustrē Tēdille: per p^{thonotariū} Metimnēsem: et p^{o} ipsum p^{thonotariū} Geraldinū noĩe serenissimo4 Ferdinandi regis: et Helisabet regine hispanie: Innocētio. viij. ei^{o} noĩs Ponti. Maxĩo. *Ad calcem orationis legitur:* Habita Rome. xiij. Kal. Octobris. Anno salutis sexto et octuagesimo supra cccc. et mille. *Infra hanc subscriptionem annotatur Pontificem immortales gratias illis egisse:* Ad hec summus Pontifex laudans et extollens..... egit illis immortales gratias etc. etc. *Folio verso Auctoris deinceps Epigramma occurrit:*

Tres mihi dant nomen terre: tres laudibus orno
Oenotriam: hesperiam: trinacriamq3 plagas.
Illa tulit: fovet hec retinendo: tertia pascit
Sic genius: sic ars: sic mihi fluxit honos
Stirpe Geraldini Ducens Anthonius ortum
Principibus lucem temporibusq3 dedi.
Nam lustravi orbem regum legatus: et horum
Descripsi variis gesta decusq3 modis.
Hec mihi ter denos intra sors contigit annos:
Mox sacer ad sacras res mea vota tuli.
Namq3 elego fastos: lyricis sed cantibus odas
Heroico cecini mystica sacra pede.

Digitized by Google

In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Gallo-francus character *Stephani Plannchk*, lineas 33. complectitur in paginis hujus opusculi, quod VI. plagulis absolvitur, cum signatura; sed nec custodes, nec foliorum numeri existunt.

—— Psalmi Poenitentiales *latino carmine. Praeit* AD DIVAM ELISABET EMINENTISSIMAM HISPANIARUM REGInaM EPODON. *Sequuntur versibus heroicis* Hymni in septem gaudia divae virginis: in assumptiõe beate (sic) virginis: in celebritate divae Annae: in celebritate dive Katerine (sic): in celebritate divae Agathe (sic), in celebritate divi Iacobi. *Post vacuam paginam occurrit Elegiacum carmen: quo* Giraldinus Pomponio Laeto Sodali *duos sequentes libellos dicat, in quibus idem Auctor vario carminum genere describit Regum Hispaniae res gestas, Heroum fastos* etc. etc. *In fine secundi libelli leguntur errorum emendationes, et insuper* Registrum.
In 4.° parvo..... X. B. 36.

Bibliographi, quos adii, vel de hoc opusculo silent, vel obscure, et diminute illud indicant; uti *Mansius in Addit. ad Biblioth. Med. et Infim. lat. Io. Alb. Fabricii tom. I. pag. 125.* qui recenset haec *Giraldini* opuscula; sed nec verbum unum facit de loco, et anno impressionis, ac de eorum Typographo. Est libellus excusus rotundo Romano charactere, nitidaque charta, ac puris et amplis marginibus, in quibus nec custodes, nec foliorum numeri, nec signaturae expressae sunt; et initiales vel parvis supplentur formis, vel desunt in spatiis.

Germanici Caesaris. Versio latina Fragmenti Phaenomenon Arati. *Extat cum libris* Astronomicorum Iulii Firmici. *Vide* Firmici.

Gersonis Ioannis. Opera omnia, *tribus voluminibus comprehensa. Primae paginae voluminis primi haec verba leguntur impressa:* Inuẽtariũ eorũ que in operibus Gersonis cõtinentur. *Aversam imago ligno incisa,* Gersonem *viatorem exhibens, implet. Post* Inventarium *Plagula occurrit, quae verba haec refert:* Prima pars operũ Iohannis Gerson; *in hujus plagulae parte postica imaginem* Gersonis *indicatam iterum expressam habes. Sequenti folio legitur Auctoris epistola ad Germanum suum* Iohannem ordinis celestinorum Monachum, *cui carmen, quod symbolicam imaginis significationem explicat, subjectum habetur. His vero compendiosa laus eiusdem Auctoris subnectitur, quae aliqua scitu digna continet circa opera nonnulla* Gersoni *tributa. Hanc excipit operum* Gersonis *annotatio, qua absoluta* Incipiunt opera et tractatus magistri Iohannis de Gerson. *In fine voluminis sequentia habentur:* Prima pⁿs opeꝝ mgⁿri Iohⁿis de gerson sacraꝝ lrⁿaꝝ Doctoris resolutissimi xpⁿianissimiqꝫ ɔplectẽs tractatⁿ fidem ac ptãtem ecclãstica ɔcernẽtes finit felicitⁿ. ãno dñice nativitatis. M.cccc.lxxxviij. Mensis vero septembris ydus quarto.

In secundo volumine. In prima pagina folii primi legitur: Secunda pars operũ Iohannis de Gerson doctoris christianissimi. *Aversam imago supra memorata occupat; sequitur dein* Tabula Generalis. *In calce legitur:* Secũda pars operum domini Iohannis Gerson doctoris christianissimi. continens preci-

Digitized by Google

pue opuscula ad mores accōmodata. Explicit feliciter. Anno nostre salutis. Mcccclxxxviij. Nonas vero Iulii mensis quinto.

In tertio volumine verba ista in prima pagina folii primi excusa sunt: Tertia pars ope4 Iohannis de Gerson doctoris christianissimi. *In aversa imago memorata conspicitur.* Tabula Generalis *sequentem folium occupat. Ad calcem operum epitaphia in* Gersonis *funere habentur, quae excipit Epistola fratris ejus*, nempe Iohannis Coelestinorum ordinis monachi, *ad* Anselmum *Ordinis pariter* Coelestinorum; *hancque sequitur* Annotatio opusculorum Gersonis, *et alius catalogus opusculorum*, Iacobo de Ciresio *auctore. Haec omnia excipit Epistola* Archiepiscopi Lugdunensis *ad* Ioannem *Auctoris fratrem. Ad calcem operis sequentia verba habentur:* Finiunt opera cancellarii parisiēsis doctoris christianissimi magistri Iohānis degerson. que ut frugem lectori uberrimā ferant. emendatissima lima castigata fuere. Anno domi. M. cccc. lxxxviij. Idus vero mensis Septembris octavo. In folio minori Tom. III..... IV. H. 10-12.

Sine loci indicatione, et Typographi nomine. Typus, quo haec opera impressa sunt, est gallo-francus minusculus, et verisimiliter *Ioannis Pruss*, qui *Argentorati* impressit. Icon Auctoris huic, et editioni *Argent. an. 1494* praefixa, (uti referunt *Maittairus pag. 494, Denis pag. 297, Seemiller III. pag. 118.*) pro eodem impressionis loco militat. Margines superiores exhibent inscriptiones operum: et paginae singulae, quae in duas distinctae sunt columnas, comprehendunt lineas 53. Signaturae in inferioribus marginibus locum obtinent; custodes, et foliorum numeri desiderantur. Initiales litteras partim omisit Typographus, partim parvas adjecit. *Braun P. II. pag. 174*, editionem hanc rarissimam, omnium primam appellat; attamen *Seemiller II. pag. 122*, antiquiorem editionem anni, scilicet *1483* et *1484* citavit.

—— De imitatione Christi et de contemptu omniū vanitatū mundi. *Is titulus praefixus legitur in summitate primae columnae folii tertii; nam* Tabulae capitulorum ī libros sequentes *occupant duo priora folia voluminis. In calce operis Typographus notavit:* Iohannis Gerson cancellarii parisiensis. de contēptu mūdi devotū et vtile opusculū finit. M. cccc. lxxxiij. per Petrum loslein de langencen alemanū Venetiis feliciter impressum. Laus Deo.
In 4.°..... IV. B. 12.

—— Alia editio. Tabule capitulorum in libros sequentes *ob compactoris incuriam extant in fine voluminis. Rubro charactere in summitate primae columnae operis legitur:* Incipit liber pm⁹ Ioānis gerson cācelarij parisiensis de imitatiōe xp̄i et de otēptu oī̄um vanitatū mūdi. *Adcedit* Tractatus de meditatione cordis Ioh⁹is Gerson. *In fine hujus:* Iohānis Gerson cancellarij parisiensis: de cōtemptu mūdi libri quatuor una cum tractatu de meditatione cordis felici numine finiunt. Impressum Mediolani impensis Leonardi pachel de alemania. M. cccc. lxxx. viij. mensis Iulii. In 8.°..... I. B. 36.

—— Exemplar alterum..... II. B. 56.

—— Alia editio. *In medio folii primi recti uncialibus litteris semigallofrancis legitur:* Ioannis Gerson de contemptu omnium vanitatum mundi. *Eodem folio verso incipiunt* Tabule capitulo4 ī libros sequentes. *In calce operis, post tractatum* de meditatione cordis, *sequentia verba Typographus notavit:* Iohān-

Digitized by Google

nis (sic) Gerson cancellarij parisiensis: de contẽptu mundi libri quotuor uno (sic) cũ tractatu de meditatione cordis felici numine finiunt. Impressum Venetiis arte et impensa Bernardini de benaliis. M. cccc. lxxxviij.
In 8.°..... II. D. 21.

—— Alia editio. *In medio folii primi recti charactere semigallo-franco, sed valde claro, legitur:* Iohannis Gerson de contemptu omnium vanitatum mundj. *Aversa pagina ejusdem folii extant* tabulae capitulorum in libros sequentes. *In calce:* Iohannis Gerson cancellarii Pariesiensis: de contemptu mundi libri quatuor uno (sic) cum tractatu de meditatione cordis felici numine finiunt. Impressum Florentie per magistrum Iohannem Petri de Maganza. M. cccc. lxxxxvii. Die x. mensis novembris. In 8.° parvo..... II. B. 61.

—— *Italice. Primae paginae haec verba insunt majusculis elementis excusa:* IOANNES GERSON DE IMMITAZIONE CHRISTI ET DE CONTEMPTU MUNDI IN VULGARI SERMONE. *In aversa statim:* Incomincia la tavola de li capitoli del primo libro della imitazione o vero. sequela del nostro signore iesu christo. *Operi titulus praeit:* Incomincia il primo libro di Ioanne Gerson cancellario parisiense de la imitazione de christo: et del despregio del mundo: e de tutte le sue vanitade. *Adhaeret* Epistola di Ioanni neapolitano ad Silvia vergine honestissima: nella quale exhorta quella ala religione. *Opere absoluto, typographica notitia exprimitur his verbis:* Fine della devota operetta de Ioanne Gerson della imitazione de christo et del dispregio del mondo. Et duna epistola di Ioãne Neapolitano ad silvia uergene: la quale exhorta ala religione. Impresso a Venetia per el diligente homo Ioanne Rosso da uercelle nel anno del Signor. M. cccc. lxxxviii. a di. xxii. de Marzo. Regnãte lo inclyto principe Augustino barbarico. In 4.°..... II. D. 52.

—— *Alia editio. In medio primae paginae locum obtinet tabula xylographica quae* Iesum Christum *stantem, sinistra crucem amplectentem, e dextera sanguinem in calicem manantem repraesentat. Huic tabulae verba ista imminent:* Ioanni gerson uulgare: devota operetta della imitatione di Iesu Christo. *Tum:* Qui uult uenire post me abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. *Secundo folio*, Incomincia la tavola de libri sequenti, *quae sex paginas occupat. In v. folio operis titulus excuditur:* Incomincia ellibro devoto et utile composto da Messer Giovanni Gersõne, (sic) Cancelieri di parisio Della imitazione di Christo Iesu: et del dispregio di tutte lecose del mondo. *Notitia hujusmodi ad calcem extat:* Finito e illibro devoto et utile della imitazione di xp̃o et del dispregio delle cose mondane cõ una operetta del sacramento dellaltare composto p̱ messere Giovanni gerson Impresso in Firenze p̱ maestro Antonio Mischomini Anno salutis. M. cccc. lxxxxiii. A di. xxii. di luglio. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum, scilicet circulus, cui duo quadrata adiunguntur, alterum circumscriptum, inscriptum alterum, in quo nexus duarum litterarum* A M (*nempe* Antonius Mischominus) *cruce superinsidente, ac mysticis triangulis circumscriptis ornatur.* In 4.°..... XIII. D. 25.

Gersonidis R. Levi. Commentarius in Pentateuchum. *Hebraice. In calce*

Digitized by Google

legitur juxta cl. de Rossi interpretationem : dicit Abraham Conatus filius domini R. Salomonis Conati felicis recordationis, promotus minimus eorum qui rabbinorum socii initiantur, multis scribens calamis absque ullo miro opere : extollatur dominus beneplaciti qui dignum me fecit incipere et absolvere librum hunc, quem ego perficiendum curavi ob excellentiam eius, et utilitatem, eximiamque magnificentiam amplitudinis illius in expositione verborum legis divinae cum viro egregio ac genere clarissimo, qui sollicitus est modis illustribus vel splendidis ut promoveat libros saphiris pretiosiores. Annon est ipse dominus R. Abraham Iedidià Ezrachi, quem deus servet, de Colonia, qui me accersiit ut socium me illi adjungerem ad faciendum hoc opus, opus sanctum, juxta manum vel auxilium dei optimum super me? Deus misericordiis suis magnis dignos faciat nos perficere quod intendimus, confirmetque in nobis textum illum qui scriptus est, dabit tibi secundum cor tuum et omne consilium tuum adimplebit. Ita illi placet. In folio..... XIII. I. 17.

Sine ulla typographica nota. Cl. *Ab de Rossi* descripsit hanc rarissimam editionem, in *Annal. Hebr. Typogr. Par. II. pag. 111. Parmae 1795.* necnon et in *Dizionario storico degli autori Ebrei Tom. I. pag. 126.*, et insuper in *Catalogo Cod. MSS. Hebr. Tom. I. pag. 47*, ubi disces opus fuisse excusum *Mantuae* ab anno 1476, ad annum 1480 per *Abrahamum Conatum*, vel ejus uxorem *Estellinam.*

Gesta rhomanorum cū applicatōnib⁹ moralisatis ac misticis. *Haec verba extant excusa majusculis formis gallo-francis in medio folii primi. Folio secundo incipit* Tabula generalis, *qua absoluta, sequitur* Tabula alphabetica. *In fine hujusmodi :* Expliciunt due tabule sive duo directoria ɔtentorum hujus libelli. ꝑ quarum primam unicuiq3 capitulo potest attribui debitus verus et ordinatus titulus cū numero suo. Per secūdam vō alphabetice ordinatam cito inveniunt⁹ pulcra et plurima exempla que sparsim in singulis capitulis et in eorūdem expositionib⁹ sive moralisationibus ɔtinentur. *Opus initium sumit folio IX. a titulo :* Ex gestis rhomanorū historie notabiles de vicijs vtutibusq3 tractantes cum applicatōnibus moralisatis et mysticis incipiunt feliciter. *In calce operis haec tantummodo leguntur :* Ex gestis rhomanorum cum pluribus applicatis hystoriis de virtutibus et vicijs mystice ad intellectum trāssumptis recollectorij finis. Anno nostre salutis. M. cccc. xciij. In die cōversionis sanctis pauli.
In folio..... XIX. H. 23.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine. De hac editione mentionem fecerunt *Denis in suppl. pag. 354. Morellius in Catal. Bibl. Pinelli Tom. II. pag. 118. et Weislinger in Bibl. Heidesg. pag. 622.* Ut constet quid de praesenti opere senserint eruditi omnes, lubet hic trascribere eorum judicium. *Schelhorn*, qui in *Amoen. histor. eccles. et litter. Tom. I. pag. 794*, sic ait: *Nostri seculi stilo inscribendus fuisset liber hic cornucopiae, vel promtuarium, vel adparatus, vel thesaurus homileticus, quamquam pro thesauro nonnisi carbones in illo reperiamus. Eo enim fine concinnatus est, ut concionatoribus in promptu esset sermonibus sacris conficiendis materia. Testatur vero et hic luculentissime horridam illius aevi barbariem. Plenus enim est insipidis historiolis, vel potius fabellis anilibus, ad usus homileticos maximam partem ineptissime accommodatis.* Idem judicium ferunt *Zapfius* in *Annal. Typogr. August. pag. 98*, et *Panzer Annal. litter. pag. 178.*

Digitized by Google

G I

GILBERTI DE HOGLANDIA. *Vide* Hoglandia Gilberti de.

GILBERTI PORRETANI. *Vide* Porretani Gilberti.

GIOCCHIS DE MONTE SANCTI SABINI FABIANI DE. Solemnis Repetitio Autentice Novissima. C. de inoffi. test. Edita Rome p egregium iuris utriusq3 doctorem et advocatū ɔsistorialem dīm Fabianum de giocchis de monte sancti sabini Continens vtilē et notabilem tractatum sup legiptima (sic) filiis aliis personis debita. *Is titulus legitur in summitate primae columnae folii primi : praecedit tamen* Tabula hujus operis. *Typographus in calce voluminis sequentia verba adposuit:* Explicit notabilis ac solēnis repetitio auctentice novissima. C. De inoff. testa. per fabianum de monte sancti sabini. Impressum Senis anno domini. Mcccclxxxij mensis Ianuarii. die xxx. per Henricum harlem almanum. Ad laudem dei omnipotentis et virginis gloriose marie. Amen.
In folio. *Vide* Tractatus varii in Iure..... VI. G. 9.

GIOVANNI DOMENICO DI. *Vide* Burchiello Domenico.

G L

GLAUNUYLE BARTHOLOMAEI, *vel* GLANVILLA. De proprietatibus rerum. *Index librorum, et capitum primo loco occurrit huic titulo subiectus:* Incipiunt tituli librorum et Capitulorum venerabilis Bartholomei anglici de proprietatibus rerum. *Expleto hoc Indice, alius adest Auctorum nempe, quorum scriptis* Bartholomaeus *usus est. Sequitur* Prohemium, *cui praeit titulus :* Prohemium de proprietatibus rerum fratris Bartholomei anglici de ordine fratrum minorum incipit. *Ad calcem* Conclusio libri *extat, eique subjecta est haec typographica nota:* Explicit tractatus de proprietatibus rerum editus a fratre bartholomeo anglico ordinis fratrum minorum. Impressus Argentine anno dīni Mcccclxxxv. et finitus in die sancti Valentini. In folio..... VIII. D. 25.

GLORIA MULIERUM. *Opus incipit a prooemio, cui titulus praeit:* QUI COMENZA EL PROEMIO DEL ORDINE DEL BENVIVER DE LE DONE MARIDADE CHIAMATO GLORIA MULIERUM. *Ad calcem integri opusculi haec tantum verba occurrunt:* ADUNQUE GUARDATIVE DE LO PECCATO MORTALE SOPRA DICTO CHE DE TUTTI LI ALTRI CUM LAQUA SANCTA CUM LE ELEMOSINE. Cum pater nostri e cū cōdolerve de quello haveti facto subito ue e remesso e perdonato FINIS.
In 4.° parvo..... XIII. A. 34.

Opus impressum absque nota anni, loci, ac Typographi; sed ad instar celeberrimi illius libelli, *Decor Puellarum*, in quo compacta sunt *Luctus Christianorum*, *Palma virtutum*, et *Parole devote de lanima inamorata in misser Iesu*, et iisdem typis *Nicolai Ienson* exaratum, anno 1471. eademque etiam forma,

Digitized by Google

ac supradicti tractatus. *Pellegrini Dissertazione della prima origine della stampa in Venezia* ec: ubi *pag. 28.* tituli horum quinque tractatuum exhibentur; at non in *4.°* sed in *8.°* prodiisse hos libellos adfirmatur. Verum omnes, (quod scio, v. g. *Denis pag. 575. Morelli Tom. IV. pag. 46. De Bure Tom. I. pag. 403.* ac alii quamplurimi) , formam 4.° minorem , illis dederunt. Addere lubet, quae de hac editione profert *De Bure* citato loco n. 1330. *Edition très-rare , sans date, nom de Ville, ni d' Imprimeur, chiffres, reclames, ni signatures, exécutée vers 1471. à longues lignes, par Nicolas Ienson, avec les mêmes caractères que ceux du* DECOR PUELLARUM. *La totalité du volume est de 15 feuillets, dont les pages qui sont entières ont 21 lignes. On attribue l' ouvrage qu' il contient à Dom Ioan de Dieu, qui en a fait d' autres dans le même genre.*

G O

Gobii Ioannis. *Vide* Ioannis Iunioris.

Goffredi de Trano. *Vide* Trano Goffredi de.

Gordonio Bernardi de. Lilium Medicinae. *Incipit opus ab Auctoris prooemio, cui haec praefiguntur verba:* In nomine dei misericordis incipit practica excellẽtissimi medicine monarce domini magistri Bernardi de Gordonio dicta lilium medicine. *Rationem reddit in hoc prooemio Auctor, cur opus suum* Lilium medicine *nuncuparit; et his verbis idem prooemium absolvitur:* Inchoatus autẽ est liber iste cum auxilio magni dei in p⁹claro studio montis pessulani post annũ. xx. lecture nostre: anno dñi M.° ccc.° 5.° mense iulij. *Ad calcem operis haec notavit Typographus:* Expleta est practica excellẽtissimi artiũ et medicĩe doctoris dñi magistri Bernardi de Gordõio dc⁹a lilium medicĩe. In qua cõtinet⁹ scientia curationis morbo4 tã vl⁹ium q⁹ particulariũ accidere potentiũ corp⁹i humano. Et scientia decem ingenio4 curãdorũ morbo4. Cũ tractatu de regimine acutorum. Et tractatu de pronosticis. Diligentissime emendata. Impressa ferrarie per providũ vi4 magistrum Andreã gallũ anno dñi. i486. die 18. maij. Ad laudem omnipotentis dei totiusq3 curie celestis. Amen. Registrum *adcedit.*
In folio..... IX. G. 7.

Gorgorae Ducis Georgianae. Epistola ad Burgundiae Ducem. *Extat cum Epistolis* Aeniae Silvii Pecolhominei. *Vide* Aeneae.

Gorichem Henrici de. Conclusiones super quatuor libros sententiarum Petri Lombardi. *In fine tantummodo legitur:* Explicit liber quartus.
In 4.° parvo..... II. D. 5.

Nullis typographicis indiciis est praedita praesens editio, excusa charactere inaequali, ac ineleganti gallo-franco, qui in utraque duarum columnarum lineas 43 comprehendit. Signantur fasciculi litteris, arabicisque notis, custodes adparent, ac etiam foliorum numeri in superioribus marginibus, in quibus *libri sententiarum*, ac *Distinctiones* indicantur; et pro initialibus in quadratis spatiis parvae litterae reperiuntur. Licet nullam typographicam notam opus expressam gerat, luculentissime tamen patet ex impressionis forma, ac tota typographica oeconomia, excusum fuisse ad XV. saeculi exitum, aut ad XVI. initium. Exemplar in principio et fine pluribus foliis destituitur nec sine diligentiori observatione editionem esse dicere ausim, quae notatur a *Denis in Supplemento pag. 576.*

Digitized by Google

—— Conclusiones in libros sententiarum. *Extant excusae cum textu* Petri Lombardi. *Vide* Lombardi.

Gothardi Alemani: Collectum institutionum. Iurisq3 viaticū Deo cooperante. noviter compositum. Libellus vtilissimus. qui iuris elemēta. facilius ītelligi: mentiq3 applicari possunt. *Haec verba majusculis formis gallo-francis leguntur in medio folii primi, quibus subnectitur nomen Typographi, scilicet* Leonardus Gerla. *In folio secundo extat Auctoris praefatio, qua absoluta, opus initium sumit folio tertio a titulo:* Deo cooperante. Gothardi alamani. e buscoducis brabanzie: papiēsis legū auditor⁹ acutissimi Collectum īstitutionū: qd⁹ certe iuris uiaticum dici potest: feliciter incipit.

Aurei iuris hic elementa:
Docili stilo cōdita vides.
Ecce libellū. si tibi comes.
Onere levi magn⁹ evades.

In fine operis extat Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum oblongum, et circulus intus adparet, secundum horizontem sectus: linea perpendicularis e medio lineae horizontalis exurgit, quae in crucem duplicem ultra peripheriam desinit, et in ejus vertice Vas ansatum conspicitur. Litterae L. G. *nempe* Leonardus Gerula *hinc et illinc in superiori arcu circuli extant. Huic signo subnectitur nota typographica:* Impressum Papie per Leonardum gerulam non minus vtile q^m sūmopere correctum. Anno salutis dñi. M. cccc. xcvii. die xix. Ianuarii. *Ultimo folio recto extat* Registrum; *et eodem folio verso legitur,* Collecti huius otinentie sūmula, *in cujus calce pro coronide excusa sunt verba:* Laus deo qui nostro tempori talem scientie facilitatem tribuit.
In 4.° ..... VII. E. 23.

Gotthi Francisci. Ordinis minorum sacre theologie professoris. Tota biblia cōpendiosissime per rithmos descripta. *Is titulus legitur in summitate primae columnae. Adcedunt* Interpretationes hebraicorum nominum, sūm ordinem alphabeti. *In calce nulla subscriptio.* In 4.° parvo..... II. B. 1.

Nullum indicium typographicum reperitur in hoc opusculo, praeter quadratum xylographicum in ultimo folio verso, in quo *SS. Apostoli Petrus et Paulus* visuntur, tenentes manibus sudarium, quod imaginem Salvatoris expressam habet, et circa ipsorum capita extat schedula cum siglis P. V. Hoc quidem signum iuxta narrationem *Frederici Roth. Scholtzii in Thesauro Symbolorum, ac Emblematum Bibliopolarum, et Typographorum Sectione XXVI. Iohannes de Platea*, qui *Lugduni* impressit *Saec. XV.* desinente, vel *XVI.* ineunte, adposuit in suis editionibus. Totum opusculum excusum est charactere gallo-franco minusculo, et quaevis pagina tribus columnis est distincta. Signaturae ac custodes cernuntur; foliorum numeri omnino desunt. In superioribus marginibus librorum nomina sunt excusa uncialibus elementis.

Digitized by Google

G R

GRAECIAE MAGISTRATUUM Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

GRAMMATICI ALEXANDRI. *Vide* Galli Alexandri.

GRAMMATICI VETERES. *In primo folio verso opera, quae volumen complectitur, hoc pacto indicantur.*

IN HOC VOLUMINE HAEC CONTINENTUR

DIOMEDES

De structuris et differentia Sermonis = De perfectis et imperfectis = De origīe : ꝑprietate : formatōe : et varia ptiū oro̅is pōne = De latinitate : et eius partibus : et diffinitionibus = De accentibus : pūctis : colis : cōmatibus : et periodis et eo4 diffinitionibus = De differentiis quinq3 lingua4 = De vitiis et virtutibus orationis = De compositione et clausula et pedibus secundū rhetores et ea4 partibus : et diffinitionibus testimonio Tullii : Salustii : Bruti : Crassi : et Hortensii firmatis = De schematibus et figuris = De tragoedia : comoedia : elegia : satyra : et ea4 origine loco et inventoribus = De poematum generibus : et spēbus : et variis ea4 nōibus = De poetica : poesi : et poemate = De arte metrica = De metro : rhythmo: et versu et eo4 diffinitionibus = De oī genere metro4 : diffinitiōib⁹ : differētiis et inventoribus.

PHOCAS

De nomine : et verbo = Epitoma Prisciani.

CAPER

De latinitate.

AGRAETIUS

De orthographia : ꝑprietate : et differentia sermonis.

DONATUS

De barbarismo et octo partibus orationis.

SERVIUS ET SERGIUS.

In Donatum.

Ad operis calcem nota haec extat typographica : FINIS. Impressum ẽst hoc op⁹ ꝑ Henricū de sancto. Vrso in Vincentia : Anno nostrae salutis. M. cccc. lxxxvi. xiiii. Klē. Iulii. In 4.°..... XIII. D. 40.

—— Alia editio, *quae eadem continet. In folio primo verso elenchus Auctorum, et operum, ut in descripta praecedenti, excuditur. Prima operis, quae est secundi folii pagina, haud ineleganti ornatu xylographico includitur. Titulus praeit, quem inter et inscriptionem praefationis* Diomedis *tabella ligno exculpta adest, quae ludimagistrum, et discipulum genibus submissis repraesentare videtur. Ad calcem voluminis:* Impressum Venetiis per Christoforum de Pensis de mandelo. Anno Domini nostri Iesu christi : MCCCCLXXXXI. Die vero iiii. mensis Iunii. *Adcedit* Registrum. In folio..... ..... X. E. 16.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Ad calcem nota haec typographica legitur :* Impressum ꝑ Iacobū Zachonē āno dñi. M. cccc. lxxxxviii. Die XVII. decēbris. *Sequitur* Registrum operis. In folio..... X. E. 15.

Sine loci indicatione, verum *Lugduni* praesens editio fuit excusa, ubi laudatus Typographus artem exercuit typographicam. Vide hac de re *Maittairum pag. 683.*

—— Alia editio. *Ad calcem:* Impressum Venetiis per Ioannem de Tridino Alias Tacuinum Regnante inclyto principe Augustino Barbadico anno domini nostri iesu xp̄i. M. ccccc. die vero iii. Mensis septēbris. *Sequitur* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum alibi memoratum.*
In folio..... X. E. 14.

—— Alia editio. *Ad calcem voluminis*, FINIS *legitur*, *ac deinceps*, NICOLAUS IENSON GALLICUS.
In folio parvo..... XII. E. 24.

Sine loci ac Typographi nomine: at *Nicolaum Ienson* artem impressoriam Venetiis exercuisse ab anno 1470, vel 1471 ad annum 1488, satis notum est. Hac de editione vide *Maittairum pag. 748.*

Granchis Bartholomaei. *Vide* Pisis Bartholomaei de.

Granollachs Bernardi de. Tractatus in quo conjunctiones, et oppositiones lunae cujuslibet mensis reperiri possunt. *Cum Exemplar nostrum forsan careat primo folio; hinc opus folio signato* a 2. *hoc pacto initium sumit.* Incipit Tractatus multum utilis per circumspectum virum dominum Bernardum de Granollachs: Barchinonen̄. artium et Medicine Magistrum: ex nobilissima arte Astrologie extractus: in quo coniunctiones et oppositiōes Lune cuiuslibet Mensis in quolibet anno facillime reperiri possunt: incipiendo ab Anno domini. M. cccc. lxxxxiij. usq3 ad annū domini. M. ccccc. l. Duran̄. *In calce nulla subscriptio, sed tantummodo legitur:* finis.
In 4.° parvo..... VII. B. 18.

Audiffredus pag. 452, et Denis pag. 576 referunt duas huius lunarii editiones: alteram quae incipit ab anno 1485, et desinit in annum 1550 sine signaturis, charactere gallo-franco; alteram, quae incipit ab anno 1488, et desinit in eundem annum 1550, pariter sine signaturis, excusam charactere gallo-franco medio Stephani Plannck: quam editionem, laudatus *Audiffredus* citato loco cum editionibus ejusdem *Plannck* anni 1487. conjungendam esse autumat. Praesens nostra editio, quae incipit ab anno 1493 latuit ipsum *Audiffredum*, ac Bibliographos ceteros, quos evolvi. Ipsa pariter est excusa charactere gallo-franco Romano, mihi tamen non satis noto, cum signaturis; foliorum tamen numeri desunt, ac totum opusculum constat foliis 31.

—— *Italice. In folio primo recto, charactere majusculo gallo-franco legitur:* El Summario de la luna. *Eodem folio verso imprimitur tabula lignea, quae* Bernardum *e cathedra docentem, et alium Astrologum sedentem repraesentat; et in parte superiori ejusdem tabulae extat schedula, in qua legitur:* Altior incubuit anim̄ sub imagine mundi. *In folio secundo opus incipit verbis hisce prae-*

Digitized by Google

cedentibus: Delanobilissima arte e sciētia de astrologia e stato tracto lo presēte Summario per lo Egregio et sapientissimo astrologo maistro Bernardo de granollachs maistro in arte et ī medicina della inclyta Cita de Barcelona. In lo quale summario sonno li cōiunctioni et oppositioni cioe ligiramēti et le plene de la luna summato per ciaschū mese et per ciaschun anno del anno presente che contano. M. cccc. lxxxix. fino al āno mille cinquecento et cinquanta secundo largamente e manifesto se demostra in lo presente libro. *Opus terminatur absque ulla subscriptione.* In 4.° parvo..... ..... XII. A. 68.

Character hujus editionis gallo-francus, sed nitidus est, et prima initialis littera xylographica adparet. Foliis 32 absolvitur libellus cum signaturis; custodes vero, et numeri foliorum desunt. Editio haec an sit eadem, de qua loquitur solummodo *Nicolaus Antonius* in sua *Bibliotheca Hispana Nova Tom. I. pag. 225*, ubi sic scribit: *liber hic Italice versus est in bibliotheca Colomiana Hispalensis ecclesiae typis editus*, absque certioribus indiciis adfirmare non ausim.

GRAPALDI FRANCISCI MARII. De partibus aedium libri duo. *In primo folio recto legitur sequens carmen in laudem operis:*

PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS (*qui fuit Grapaldi praeceptor*)

Tectum nobile multiplex uenustum
Cellas: horrea: porticus: colūnas:
Mensas: balnea: fornices: dietas
Extruxit tibi doctus Architectus.
Nec perpendiculo decempedaq3
Metatus calamo sed eleganti
Structuram uariavit et poliuit
Lector perspice: rem statim probabis.

Sequitur Epigramma Grapaldi, *et ejusdem nuncupatoria Epistola, offerentis librum suum* Illustri Horlando Pallavicino. *In calce operis extat monitum Typographi ad lectorem, quod incipit:* Angelus Vguletus Parmensis Impressor. Vale lector et quicquid id est boni consule: homo homini scribit. Addita: pretermissa. īmutata elementa mihi non Mario imputabis etc. etc. *Huic adcedit* Registrum hujus operis. *Agmen claudit primo Tetrastichon* Georgii Anselmi Nepotis.

Prisca fides sileat radiantia tecta Neronis:
Luculli nitidas marmora secta domos:
Maius opus struxit Marius cui livor et ignis
Ipsaq3 non poterit longa nocere dies.

Postremo Hendecasyllabi Bernardini Saxoguidani Mutinensis.

Aedes Attalica domo: vel aula
Tanto nobilior Neroniana:
Quanto corporeae minore vires
Censentur precio vigore mentis.
Quis te Daedalus: aut eo quis: ede:
Major te fabricavit Archymedes?
Parmensis Marius: diu supersit
Tali cum lare tantus architectus.

Digitized by Google

Hisce versibus subnectitur Typographi signum, scilicet rectangulum nigrum oblongum, quod circulum inscriptum habet secundum horizontem sectum; ex centro hasta surgit perpendicularis inter litteras A V (*scilicet*, Angelus Ugaletus) *quae peripheriam semicirculi superioris excedens in triplicem crucem desinit, eique imminet littera* O. In 4.° ..... XII. B. 30.

Absque loci nomine, et anni nota. Editio originalis, et parum obvia, quam *Freythag* in *App. Tom. II. pag. 1040* refert ad annum 1500. Verum *P. Affò* in suo opere *Saggio di memorie su la Tipografia Parmense del secolo* XV. pag. CV. haec docet: *David Clement nella Bibliot. Cur. To. IX. pag. 269 non errò dicendo stampato questo libro la prima volta nel 1494, perchè sebbene non porti data, se ne rileva abbastanza l' epoca da quanto premise l' autore alla seconda edizione del 1501. La prima però, come assai rara, non è ben conosciuta, nè ho veduto chi la descriva, fuorchè il P. Abb. Mittarelli ec. ec.*

Grassi *vel* Graphaei Benevenuti. De oculis, eorumque aegritudinibus, et curis. *Titulus in summitate primae paginae hoc pacto legitur:* BENEVENUTI GRASSI HIEROSOLIMITANI DOCTORIS CELEBERRIMI AC EXPERTISSIMI DE OCULIS EORUMQUE EGRITUDINIBUS ET CURIS FELICITER INCIPIT. *In calce haec tantummodo extat annotatio.*

SEVER. FERRAR.
F. F .IIII.

In. 4.° ..... XII. B. 64.

Vix innotuit editio haec *Denisio in Supp. pag. 576, et Morellio,* qui in *Catalog. Bibl. Pinel. Tom. pag. 306* docet *Ferrariae* eam excusam fuisse; eo quia iidem omnino typi Romanae formae adhibiti sunt, quibus prodiit liber *Alberti Trotti Ferrariensis de perfecto clerico*, impressus per *Severinum Ferrariensem* anno Mcccc lxxv. cum hac in fine annotatione. *Sever. Ferrar. V.* Libellus, de quo hic, foliis quatuor supra triginta constat, eleganti charactere Romano minuto excusus, qui quidem typus lineas 25 occupat in paginis integris. Desunt signaturae, foliorum numeri, ac custodes, et parvis elementis initiales in spatiis indicantur.

Gratia dei Esculani. *Vide* Esculo Gratia dei ab.

Gratiani Decretum, *cum glossis a* Petro Trevio Brixiano *Concinnatis. Primo folio verso imprimitur epistola illius, qui opus curavit, et emendavit, cum epigraphe:* Omnibus et singulis scholarib⁹ iuri pontificio et civili ī illustri ac florentissima academia patavina studētibus Alexander Neuus ex Uincentia oriundus uincentinus et trivisinus canonicus inter iuris utriusq3 doctores minimus: in ipso studio patavino iuris canonici ordinariam legens: salutem plurimam dicit. *In secundo folio, titulus praeest operi, rubro colore descriptus:* In noīe sancte et individue trinitatis Incipit cōcordia discordantiū canonum: ac primū de iure ostitutionis nature humane. Rubrica. *Eodem rubro colore ad operis calcem haec sunt excusa verba:* Decretorum codex impressus singulari industria atq3 impensa Nicolai Ienson Gallici Venetiis. M. cccc. lxxiiij. q̄rto calēdas iulias: Sixto quarto Pontifice maxīo: Nicolao Marcello inclyto veneto4 duce. *In ultimo folio verso extant duae*

Digitized by Google

Epistolae, *altera* Petri Albignani Trecii suo dulcissimo Francisco Colucia; *et responsum ejusdem* Francisci Colucia Verzini calabri oppidi Civis Petro Albignano Trecio iuris civilis atq3 pōtificii sciētia perito amico carissimo. *Post vacuum folium adcedit* Ioannis Diaconi hyspani professoris iuris canonici et Civilis Flosculum seu summarium totius decreti: *eodem typo excusum, quo Epistola* Alexandri Nevi *operi praefixa, scilicet minutissimo semi-gallo-franco charactere, adhibito a* Nicolao Ienson.
In folio majori..... VII. F. 15.

Character semi-gallo-francus geminam columnam amplectitur in paginis, et duplex est, nam *glossae* minori expressae sunt typo. Rubricae, inscriptiones in superioribus marginibus, et pars initialium rubro colore exprimuntur; Minicularius, qui caeruleo colore omissas supplevit, principes auro, coloribusque variis depinxit, idemque primam operis paginam adfabre ornavit gentilitio stemmate, forsan Possessoris voluminis. Charta firmissima est, ac valde nitida: foliorum numeri, custodes, ac signaturae desiderantur. Inter libros rariores, ac mirae pulchritudinis *Venetiis* ex Iensonianis typis exaratos numerandus hic est. Exemplar nostrum integerrimum, ac splendidissimum.

—— Alia editio. *Titulus operi praefigitur rubro colore excusus:* Incipit ɔcordia discordātiū canonum. ac p̄mum de iure nature et humane constitutionis Rubrica. *In calce voluminis, pariter rubro colore, sequentia verba extant excusa:* Anno dn̄ice incarnacōis. Millesimo quadringentesimo settuagesimo sexto Kalendis. Inijs (sic) Sanctissimo in xp̄o patre ac dn̄o dn̄o Sixto: p̄ quarto. pontifice maximo. Illustrissimo domus austrie duce friderico romanorum rege glorioīssimo Sancte Marīs eccīe gubnacln tenētibn Nobili iohāni de vēnigen ep̄atum gerente ī egregia urbe basilea. que q̄vis artis imp̄ssorie inventrix nō fuerit haut minꝰ tn̄ ceteris eā hac arte omnipotentis gratuito munere sublimata claresceꝛe liquet. Gratiani decretu cū suis rubricis paragraphis ac litteris capitalibus divina assistente clementia p ingeniosum Bernhardū Richel artificiose ī basilea ɔsumatū felicit finit.
In folio maximo..... XIII. I. 1.

Character hujusmodi editionis gallo-francus pinguis major, et minor in duas columnas dispescitur; *glossae* minori typo textum circumdantes lineas 80 occupant in columnis integris. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum obtinent locum in hoc volumine. Rubricae, inscriptiones in superioribus marginibus, et initiales omnes rubro colore exprimuntur. Minicularius primam operis litteram auro coloribusque depinxit, et floribus adfabre ornavit; inibique eleganter expressit Romanum Pontificem in throno sedentem, decretorum codicem cuidam genuflexo, forsan Gratiano, porrigentem. Opus istud *Eugenius III. P. M.* adprobavit, et in accademiis publice legi iussit. *Cave Tom. II. Histor. litterar. Script. Eccles. pag. 216.* et *Oudin Tom. II. Commentar. Script. Eccles. col. 1202.* Editio ob raritatem summam celeberrima est: exemplar est optime conservatum. In ultimo folio verso, ac etiam in marginibus totius voluminis ad formam characteris libri notulas quamplurimas, dilucidationes, ac glossulas scripsit coaeva manus.

—— Alia editio. *Opus incipit a titulo rubro colore impresso, et desideratur in hoc nostro exemplaria littera* Petri Albignani Trecii, *quam supra notavimus. In calce totius voluminis:* Decretorum Codex impressus singulari industria atq3 impensa Nicolai Ienson Gallici Venetiis. M. cccc. lxxvij. Sixto quarto pontifice maximo. In folio maximo..... V. I. 10.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedentibus editionibus. In calce*: decretorum Codex impressus Romae per honorabilem virū magr̄m Uldaricum Gallum als' Barbatum Anno dñi Mcccclxxviii. quarto Kalendas Novembris Pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providentia Pape quarti anno eius octavo finit feliciter. In folio maximo..... VII. F. 14.

Rotundo charactere majori et minori excuditur opus, sed minori expressae sunt *glossae*. Foliorum numeri, custodes, ac signaturae penitus desiderantur. Tam *decreti*, quam *glossarum* initiales litterae rubro, vel caeruleo colore sunt a Miniculario suppletae. Pagina autem prima variis floribus adfabre picta superbit; et in spatium, quod inter *decretum*, et *glossas* extat, idem Minicularius Summum Pontificem, in throno sedentem, Cardinalibus, et Episcopis stipatum expressit.

—— Exemplar alterum..... V. I. 12.

—— Alia editio. *Praecedit Epistola* Petri Albignani Trecii, *omnino diversa ab illa, quam supra notavimus in* Iensoniana *editione anni 1474. Titulus hujusmodi est:* Ad celeberrimos iurisconsultos: suosque municipes Brixianos in nova decreto4 impssionē Petri Albignani Trecij Prefatio feliciter. *Data est* Venetiis. xi. Calendas Decembres Anno salutis dominice. M. cccc. lxxix. *adeoque ipso impressionis anno; nam in calce haec verba leguntur:* Impendio: ac liberalitate Ioannis Colonie agrippinen. Iohānisq3 Manthen Gheretzen: ex illustri ac populosa germania originem ducētium: divinus decretorum codex impressus Venetiis: accuratissime iterato emendat' p egregium ac clarissimū iuris utriusq3 osultum dn̄m Petrum Albignanū Treciū Venetiis Sixto. iiij sūmo Pon. anno. viij. Imperatore Federico. iij. Iohāne mocenico inclyto Veneto4 p̄ncipe. iij. nonas Ianuarias. Anno salutis dn̄ice M. cccc. lxxix. Laus Deo. *In eodem folio verso occurrunt duae epistolae sic inscriptae:* I. Bartholome' Puteus Petro Albignano Trecio iuriscōsulto Clarissimo uti fratri dulcissimo salutem plurimam dicit. II. Petrus Albignanus Trecius suo Bartholomeo Puteo viro integerrimo: dive Agathe Brixiano Preposito dignissimo sal. plu. dicit. *Adcedit in sequenti folio.* Registrum; *et post vacuam paginam* Flosculum seu sūmarium totius decreti Iohannis diaconi. *In reliquis cum prima editione* Nicolai Ienson *plerumque convenit.* In folio maximo..... V. I 4.

—— Alia editio. *Occurrit brevis Epistola primo folio verso, quae verbis subnectitur:* Ghijsbertus de stoutenburch ommibus (sic) iure pontificio studentibus salutem plurimam dicens. *Data est* Venetiis. viij. calen. Februarij. Anno salutis dominice. M. cccc. lxxx. *ex quo annum impressionis discimus. Titulus praeit operi rubro colore descriptus:* In nomine sācte et individue trinitatis. Incipit ocordātia discordantiū canonū: ac primum de iure ostitutionis nature et humane Rubrica. *Haec eodem pacto excusa verba ad operis calcem leguntur:* Decretorum codex opera ac liberalitate viri integerrimi Ade de rotwyl: ex inclyta almania (sic) originē ducentis Venetiis diligentissime impressus emendatus per egregium ac generosum virum dn̄m ghiisbertū de stoutēburch ī utroq3 iure doctissimum. In 4.° ..... VI. B. 2.

Tam *decreti*, quam *glossarum* textus gallo-franco aequali charactere in duabus columnis exprimitur, et in *glossarum* columnis integris lineas complectitur 61. Rubricae, inscriptiones in superioribus

Digitized by Google

marginibus, et initialium pars rubro colore exprimuntur: Minicularius qui caeruleo colore omissas supplevit, principes auro, coloribusque variis depinxit, et inscriptiones majoribus litteris in superioribus marginibus excusis addidit.

—— Exemplar alterum..... VI. B. 5.

—— Alia editio. *Folio primo verso praemissa est* Francisci Genuensis de monelia in decretum a se castigatum epistola. *In calce voluminis haec extat typographica notitia:* Ad laudem omnipotētis eiusq3 genitricis gloriose necnō curie celestis tociꝰ liber Decreti feliciter explicit. Impressus venetiis arte ac impensa. Iohannis herbort desiligenstat alamani qui non non solum sūmam adhibet curam ut hec aliaq3 sine vicio verum et omni cum diligentia sua elaborata sunt opa. Anno dñi. M. cccc. lxxxii. die vigesimo primo octobris. *Eodem ultimo folio verso extat* Registrum. In folio maximo..... V. I. 9.

Opus istud quoad externam formam cum praecedentibus editionibus quamplurimum convenit.

—— Alia editio. *In calce operis nota typographica hoc pacto exprimitur:* Exactum divinis auspiciis decretū sūma cū diligentia venetiis impꝰssum cura impensisq3 magistri petri cremonēsis dicti veronensis de plasiis enucleatiusq3 emendatū anno ab incarnatione dñi. M. cccclxxxiii. die xxv. Ianuarii. Regnantibus sanctissimo in xpꝰo prᵉe Sixto quarto pontifice maximo necnō et Ioanne mocenigo inclyto venetorum principe illustrissimo. LAUS DEO.
In 4.°..... VI. A. 1.

Exceptis forma characteris majoris et minoris (quorum minor *glossarum* in columna occupat 59 lineas) et Minicularii ornamentis in litteris initialibus; in reliquis praesens editio cum illa anni 1480, supra notata haud parum convenit.

—— Exemplar alterum..... VI. A. 2.
—— Exemplar tertium..... VI. A. 3.
—— Exemplar quartum..... VI. A. 6.

—— Alia editio, *quodammodo persimilis illis editionibus in folio maximo excusis, quas supra notavimus. In calce:* Venetiis per Baptistam de tortis die. viii. Januarii. M. cccc. lxxxv. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum rubro colore impressum, quod est satis notum, et eodem ultimo folio verso occurrit* Registrum. In folio maximo..... V. I. 7.

—— Alia editio, *cum adparatu* Bartholomaei Brixiensis. *Initio operis rubro colore legitur:* In nomine Sancte et indidue trinitatis. Incipit ɔcordia discordantium canonū: ac primum de iure constōnis nature et humane. *In calce sequentia verba rubro colore impressa habentur:* Divinus decretorum codex impressus venetiis ꝑpēsa ac diligētia Thome deblavis dᵉ alexādria feliciter explicit. Anno salutis xp̄iane millesimo ccccIxxxvi. die xxviii. iullij. (sic) Innocentio quarto (octavo, *nam* Innocentius IV. *obiit anno 1254*) pontifice maximo. Marcho barbarico Inclyto venetorum duce. *His subiecta sunt Typographi insignia rubro colore expressa, alibi a nobis jam notata. Tum sequitur adhuc* Registrum

Digitized by Google

chartarum hujus decreti. In 4.°..... VI. A. 7.

Opus praesens in duabus columnis chartae albae, ac politae gallo-franco duplici charactere est impressum. Caret custodibus, et paginarum numeris. Litteras initiales partim omisit, partim parvas, partim quoque majores, rubro, vel caeruleo colore adpinxit Minicularius. *Rubricae* vero omnes sunt rubro colore expressae.

—— Alia editio, *quae praecedenti descriptae plurimum convenit. Ad calcem rubris characteribus haec exprimuntur:* Divinus decretorum codex impressus venetiis impensa ac diligentia Thome de blavis de alexandria feliciter explicit. anno salutis christiane millesimo cccclxxxviiij. die vi. februarij Innocētio octavo pontifice maximo. Augustino barbadico Inclyto venetorum principe. *Signum Typographi ejusdem coloris, et* Registrum *his subiiciuntur.*
In 4.°..... VI. A. 5.

Nostrum Exemplar forsan defectum habet plurium foliorum in principio operis; nam (uti referunt Bibliographi quamplurimi, praesertim *Maittairus pag. 782. Denis pag. 264. Fossi Tom. I. pag. 747,* et *Laire Tom. II. pag. 123*) huic editioni praefiguntur nuncupatoria Epistola *Floreni Lanterni Domino Dominico Grimani Cardinali S. R. E.,* ac tabella xylographica, quae *Deum Patrem* sedentem inter Apostolos *Petrum* et *Paulum* exhibet, et alia quaedam.

—— Alia editio, *cui praemittitur index sub titulo rubri coloris:* Incipit Libellus sive opus super decreto utilissimum valde: in quo continēntur sub paucis verbis distinctiones omnes: et cause decretorum: deniqꝫ q̄stiones: et cuiuslibet questiōis solutio regulariter determinata. *In calce operis:* Exactū insigne hoc atqꝫ preclarū opus Decreti. Impressum Venetiis ꝑ Georgium Arrivabene Mantuanū. Anno salutis. M. cccc. xc. Die. x. Martii. Laus deo.

In ultimo folio occurrit Registrum, *cui subnectitur Typographi signum rubro colore impressum, alibi memoratum.*
In folio maximo..... V. I. 8.

Cum editionibus ejusdem formae descriptis plurimum praesens editio convenit.

—— Alia editio *persimilis aliis jam descriptis, in folio maximo. In calce operis rubro charactere legitur:* Impressum Venetiis per Magistrum Andream de calabria die vigesimoquarto Augusti. M.cccclxxxxi. finis. *Eodem ultimo folio verso extat* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum rubrum, quod arborem quamdam repraesentat, cujus truncus schedula obvolvitur, quae litteras continet* A. N. D. M.
In folio maximo..... V. I. 11.

—— Alia editio. *In medio folii primi occurrit titulus gallo-francis majusculis litteris excusus:* Decretū Gratiani sūmo studio elaboratū: correctū et cū libris Biblie accurate concordatum. *In summitate aversae paginae rubro charactere legitur:* Gratianus Compilator Decreti. *Huic inscriptioni subnectitur tabula xylographica, quae repraesentat* Gratianum *Benedictino cucullo indutum, sedentem, et scribentem, stipatum Cardinalibus, ac Epi-*

Digitized by Google

scopis. In latere dextro praedictae tabulae visuntur Moyses, Iob, David, Esaias, *et* Hieremias: *In opposito latere, quatuor Evangelistae, et Apostolus* Paulus: *in ora superiori* Hieronymus, *et* Augustinus, *et in inferiori* Ambrosius, *et* Gregorius. *Huic tabulae subnexum est Elegiacum Carmen* Sebastiani Brant ad Lectorem. *Sequenti folio opus initium sumit a titulo rubri coloris hoc pacto:* In nomine Sancte et individue trinitatis. Incipit. cōcordia discordantiū canonū: facta et compilata per venerandum fratrem: magistrum Gratianum sacre pagine ac iurium ꝓfessorem eximium. Ac primum de iure ostitutionis nature: et hūane. Distinctio. I. *In calce operis haec verba adposuit* Sebastianus Brant ad lectorem. Habes (ut opinor) quēadmodum antea polliciti sumus lector egregie: opus elimatum: omniq3 ex parte accurate seduloq3 examinatum. Id quod cum nostro honori: tum vel maxime utilitati tue conducet. Est profecto in rem tuam optime lector comparare tanta bonitate refertum opusculum: decretum dico: tanta vigilantia: tanta lucubratione et opera perfectum: ut nihil sit: quod in eo diligens lector studiosaq3 iuuentus deesse: diminuteve positum fuisse conqueri queat. Quo munere non immerito felix nostra gaudebit Basilea (que cum omnigene litterature virorūq3 ingenio excellentiū illustrata est copia: tum et librarie officine: impressorieq3 artis p̄fulget industria) sed et germania nostra: et imprimis vnde nos oriundi sumus: superior: que hac nostra tempestate: non minus ingenio doctrina et prudentia: q̄m armis rebusq3 bellicis valet. valebitq3 donec fata volent romanum vivere regnum: Aut superesse viros cū probitate bonos. Deo optimo maximo gratia immortalis: qui hunc nobis finem bonum in urbe insigni Basilea: imperante Friderico tertio: eiusq3 filio illustrissimo Maximiliano rege romano4 invictissimo sceptrum tenente: Alexandri sexti pontificis maximi anno primo: per Iohannem froben de Hammelburg: impressorie artis primarium asseclam: fidelemq3 operarium: Anno salutis. M. cccc. Nonagesimo tertio: Idibus Iunii: feliciter consumatum contulit. Cui sit laus bono4 virtus et victoria: per infinita seculorum secula. Amen. vale lector.

Ordo quaterno4 et numerus.

Ordine sub terno tenet alpha et beta libellum hunc:
Incipit a parvo: sequitur de hinc majus: et inde
Quod duplum est. operis numerū si forte requiris:
Sexaginta et quinq3 vides: omnesq3 quaternos.

In 4.° ..... VI. B. 4.

—— Alia editio. *Rubro charactere legitur in medio folii primi:* Decretum de tortis. *Secundo folio, etiam rubro charactere* Incipit libellus sive opus super decreto utilissimum valde: in quo continentur sub paucis verbis distinctiones omnes et cause decretorum: omnesq3 questiones: et cuiuslibet q̄stionis solutio regulariter determinata. *In calce operis:* Venetiis per Baptistam de Tortis. Mccccl xxxxvj. die. xxx. martii. *In sequenti folio occurrit* Registrum, *tum* Privilegium: nequis audeat hoc opus imprimere citra annos decem sub pena in eo contenta. *Huic subnexum est Typographi signum rubro colore impressum.*

In folio maximo ..... V. I. 5.

—— Exemplar alterum ..... V. I. 6.

Digitized by Google

Alia editio. *Praecedit index IV. foliorum. Folio V. rubro charactere:* In nomine sancte et individue trininatis. Incipit cōcordia discordantiū canonū. facta et compilata p venerandum patrem dōm Gratianū monachum monasterij classensis iuriū pfessorē eximiū etc. etc. *In calce operis:* Impressum Venetiis die. xxvj. Iunii. M. ccccxcviij. *Adcedit* Registrum.
In 4.° ..... IV. B. 14.

Sine Typographi nomine. Praesens editio cum aliis hujusmodi formae hucusque descriptis plurimum convenit.

—— Exemplar alterum..... VII. E. 25.

—— Collectio Florum in Decretum Gratiani, *sive* Ludovici Bolognini Sylogianthon. *Primo folio verso occurrunt undecim disticha* Ugonis Rugerii *in laudem operis cum inscriptione*, UGO RUGERIUS LIBRORUM Impressor: bononiensis. Doctoribus et Scholarib⁹. Notariis et Secularibus. Ecclesiasticisq3 professoribus. Omnibus. Salutem Plurimam dicit. *Sequuntur disticha, sub quibus legitur* Idem Ugo Rugerius bononie impressor Anno a nativitate Salvatoris nostri. Mcccclxxxvi. die. x. Ianuarii. *Haec omnia sunt rubro charactere impressa. Folio secundo extat* Prohemium. *Absoluto opere* Incipit tabula, *in cujus calce legitur:* Laus Deo. Impressū boñ. p Ugonē rugeriū. *Post vacuam paginam* Annotatio errorum typographorum *ab ipso* Ludovico Bolognino conscripta; *tum ultimo loco* Registrum.
In folio..... VI. E. 9.
—— Exemplar alterum..... VI. E. 12.
—— Exemplar tertium..... VI. E. 15.
—— Exemplar quartum..... VI. E. 33.

Gravinae Petri Panhormitani. Oratio de Christi ad coelos ascēsu: habita apud Alex. VI. Pont. Max. xvi. Maii. M. cccc. xciii. *Absoluta oratione, adcedit:* R. dñi Leonardi Corvini Ēpi montis Pelusii Epigramma.

Vnius ampla satis fuerat tibi gloria palmae
Et poteras uno laetus honore frui:
Te gravina tamen duplicis possessio laudis.
Et magis ingenii dos geminata iuvat.
Scilicet inferior nullo vel carmina pangis.
Aemula vel prisci libera verba fori
Illud Virgilio similis facis: hoc Ciceroni:
Sic quod promeruit nomen uterq3 tuum est.

In 4.° *Vide* Orationes Variae..... IX. A. 58.

Opusculum constat fol. IV. excusum rotundo charactere eleganti *Stephani Plannck*. Vide *Audiffredi Catal. pag. 315.*

Gregorii PP. I. S. Moralia. Primo folio verso *imprimitur praefatio cum epigraphe:* Reverendissimus dominus dominicus episcopus Brixiēn. Summi pontificis Sixti vicarius hanc prefationem moralibus beati. Gregorii pape inseruit.

Digitized by Google

Secundo folio recto Incipit registrum breve et utile omnium punctorum tactorum in moralibus beati Gregorii pape sēm ordinem alphabeti inferius annotatum. *Opus initium sumit folio XVI. ab* Epistola beati Gregorii pape ad Leandrum epm in libros moraliū sup Iob. *In calce totius voluminis Typographus hanc adposuit notam:* Expletū est opus istud Moralium beati Gregori pape diligentissime correctum et emendatum per. D. Bartholomeum Cremoñ Canonicum regularem. Impressum Venetiis per Reynaldum de Novimagio Teoteutonicum (sic) Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quartodecimo Iunij presidēte venetiis Inclyto duce Ioanne Mozenigo. *Ultimo folio legitur* Registrum moralium Gregorii. In folio..... II. F. 24.

—— Exemplar alterum..... II. I. 15.

—— Alia editio. *In medio folii primi uncialibus formis legitur:* Moralia Sancti Gregorii Pape super Iob. *Secundo folio* Incipit registrum breve et utile. *In fine:* Expliciunt Moralia beati Gregorii pape super librum Iob: Venetiis impressa per Andream de torresanis de Asula: Anno dñi i496. xj mensis aprilis. *Adcedunt* signa quaternorum et quinternorum hujus opis.
In folio..... II. F. 23.

—— Alia editio. *In medio folii primi sequentia verba occurrunt:* MORALIA SANCTI GREGORII PAPE IN LIBROS IOB UNA CUM DUABUS tabulis: quarum una: seriatim oīa puncta Biblie: altera ipsius Sancti Gregorii millifluos sententia4 flores cōtinet: Impressa Brixie anno 1498. per Angelū Britannicū de pallazolo. Cui p illustrissimū ducale veneto4 dominiū ocessum est: neqs audeat In terris ipsius illustrissime dominationis istud opus in hac parva forma Impmere infra qnquēniū sub pena ut in gratia cōtenta. *Secundo folio* Incipit registrum omniū punctorū tacto4 in Moralibus beati Gregorij pape ūm ordinem alphabeti inferius annotatum. *In calce operis:* Exaratū diligentissimeq3 emendatū est opus presens moraliū sancti Gregorii pape In officina Angeli Britānici de pallazolo. Anno dñi 1498. die 2. Iunij. Ad laudē et honorē dñi nostri Iesu xpi: eiusq3 genetricis marie. *Adcedit* Registrum.
In 4.°..... I. B. 26.

—— Italice. *Primo folio recto voluminis primi occurrit tabula xylographica, quae sanctum Pontificem sedentem repraesentat, et circa ipsius caput extant excusa verba,* SANCTUS GREGORIUS. *In ora inferiori praedictae tabulae, rubro charactere legitur:* Morali di san Gregorio papa vulgari in lingua toschana. *Post duas vacuas paginas, scilicet folio secundo verso, incipit* Tavola del primo libro di sancto Gregorio papa, *nam quivis liber hujus operis propriam tabulam praefixam habet. Tertio folio recto:* COMINCIA LA PISTOLA DI Sancto Gregorio Papa sopra il Libro demorali Aleandro vescovo di Sibilia. *Volumen I. terminatur cap. XVII. lib. XIII. ubi legitur:* Fine dellibro xiii. de morali di S. Greg. *Volumen II. incipit a capite XVIII. libri XIV. et desinit cap. XXX. lib. XVII. ubi haec verba leguntur:* DEO *Gratias* AMEN. Fine del vigesimo septimo libro de morali di sancto Gregorio Papa Sopra ilbeato Iob propheta. *Verum ad calcem capitis XVIII. libri XIX. legenda haec habentur:* Finito è il capitolo xyiii. dellibro. xix. de morali discō gregorio papa sopra

Digitized by Google

Iob vulgarizati per Messer Zanobi da strata poeta eloquentissimo: al quale sopravenēdo la morte non pote la decta opera più innāzi seguitare. Seguitano il residuo de capitoli del decto decimonono libro. *Post capitum tabulam Anonymi Interpretis Prologus versioni ejusdem praefigitur. Ad calcem hujus libri XIX. legitur:* Finito e illibro decimonono de morali di Sancto Gregorio Papa sopra Iob. Equali libri et capitoli furono uulgarezati p̄ messer Zanobi da strata come decto e di sopra per insino alla rubrica et capitolo decimo octavo tutto del decto decimonono libro. A laude et gloria del sapiente et clemente Iddio Amen. *Ad calcem tertii voluminis, ubi terminatur opus, haec notantur verba:* DEO GRATIAS AMEN. Fine del libro trigesimo quinto: et ultimo de morali di sancto Gregorio Papa et doctore della sancta chiesa sopra la vita di Iob propheta. Impresso nella dignissima cicta (sic) di Firenze per Nicholo di Lorenzo della Magna. Nellanno della nativita del Signore. M. cccc. lxxxvi. Adi xv. del mese di Giugno. *Sequitur notitia obitus* S. Gregorii, *et folium postremum occupat* Registrum. In folio. Tomi III..... XIII. G. 14-16.

Characteres, quibus haec celeberrima editio impressa est, sunt romani, satis nitidi, ac perelegantes; quos, ut ipsorum elegantia magis resplenderet chartae firmissimae, mundaeque impressit Typographus. Duae columnae in quavis existunt pagina; lineae 44, columnam integram replent. Custodes, et numeri foliorum desiderantur in marginibus; signaturas vero haud praetereundas censuit editionis huius Opifex. Initiales litterae vel desunt, vel indicantur parvis formis. Quae ad hujusmodi editionis raritatem cognoscendam faciunt, videre est apud *Paitonum Tom. II. pag. 161.*

—— Exemplar alterum duobus vol..... I. H. 23-24.

—— Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum. *Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo* Prefatio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter incipit. *Ipsa expositio tertia columna folii secundi initium sumit. Ad calcem operis haec habentur:* Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter explicit. Impressa Basilee Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Die vero decimo tertio Mensis martii. Laus deo. In 4.°..... I. D. 13.

Sine nomine Typographi; characteres tamen typographiam *Michelis Furter* indicant. Vide *Maittairum pag. 614.*

—— Expositio beati Gregorii pape super Ezechielem in omelias. *Titulus iste in medio folii primi legitur operi praefixus. In fronte primae columnae secundi folii:* Praefatio beati Gregorij pape in Omelias super Ezechielē prophetā feliciter incipit. *In fine sequens extat notitia typographica:* Omeliarum beati Gregorij pape sup̄ Ezechielem liber secundus: finit feliciter. Anno dñi. M. cccc. xcvi. *Huic adcedit* Tabula in duos libros omeliarum sup̄ tribus primis et quadragesimo capitulis Ezechielis beatissimi pape Gregorij.
In 4.°..... I. D. 23.

Character plane idem est, quo *Expositio super Cantica* nuper indicata, praefulget; adeoque praesens quoque opusculum ab eodem Typographo impressum fuisse, coniiciendum erit. Vide *Maittairum pag. 614*, et *Denis pag. 408.*

Digitized by Google

—— Homiliae in Evangelio quae cantantur diebus Dominicis in re divina iuxta consuetudinem romanae Ecclesiae. *Vide* Homiliae diversorum Auctorum. In 4.° minori..... I. B. 4.

—— Omelie vulgari di S. Gregorio Papa. *In summitate primae columnae secundi folii legitur :* Incomincia el libro de le omelie di mesere sancto Gregorio papa di diverse lectioni del sancto evãgelio et in prima el prologo. *Ad calcem Typographorum cura haec notata sunt :* Omelia ulgale (sic) di S. Gregorio utilissimi (sic) a tutti i fedelli (sic) Impsso a Mediolano mediãte la gratia di dio p li prudẽti homini Leonardo pachel e ulderico scinzceller de allamagna per loro industria et con summa diligentia emendate nella nativita del nostro signore yesu christo. M. cccc. lxxyiiii. adi. xx. del mese de augusto. *Adcedit folio verso*, Index Homiliarum, *qui tres paginas, cum dimidio occupat.* In folio parvo..... XIII. D. 5.

Quantae raritatis praesens editio sit, satis ex eo constat, quod *Clar. Marchio Scipio Maphaeus* in suo Italico Tractatu, inscripto, *Traduttori Italiani*, eas tantum refert editiones Homiliarum *S. Gregorii*, quae *Florentiae* anno 1502, et *Venetiis* 1543, publicam lucem aspexere; cum nostra antiquior sit annis 23. Liber elegantissime impressus est charactere nitido Romano in charta admodum alba, firma, ac levigata, sine foliorum numeris, et custodibus; sed tantum signaturae occurrunt. Singulae paginae in duas sunt distinctae columnas, et initiales litterae parvae sunt adjectae.

—— Libri IV. Dialogorum. *In prima pagina occurrit* S. Petri *imago xylographica, ut in edit.* Bibliae *anni 1492. vidimus; sed heic subduntur insuper imagini verba :* Sicut Petrus apostolo4 princeps in ecclesia dei prefuit : sic postmodũ Gregorius: Qui quidem pro mercede glorie celestis ĩmarcessibilem (sic) coronam reportantes: nobis scripta bene vivẽdi exẽpla reliquerunt: ut infra Gregorii sermo dyalogus probat. *In tertia pagina incipit tabula* Dialogorum, *et in septima absolvitur.* S. Gregorii *opus incipit sub hoc titulo rubro colore excuso* Eximii doctoris sancti Gregorii pape : de viris sanctis et miraculis que fuerunt facta tẽporibus suis dyalogorum Liber primus incipit. *Ad operis calcem haec legi possunt :* Beatissimi Gregorij summi pontificis opus dyalogũ. (sic): certa qu⁹dam et mirãda miracula: a dño deo nostro ad preces sanctorum facta: necnõ et multa presentis et future vĩte exempla perlucide tractans: que tanto nos ad bene beateq3 vivendum invitãt: quãto ipsum autorem felici beatitudine p⁹frui cernimus: feliciter clauditur. Venetiis p⁹ Hieronymum de paganinis brixiẽsem. Anno incarnatiõis dñice millesimo quadringentesimo nonagesimo secũdo: Idib⁹ novẽbris. *Sequitur* Registrum. In 4.°..... ..... I. B. 3.

Prima hujus operis editio, duplici columna excusa, gallo-franco charactere impletur usque ad numerum 36 linearum.. Inscriptiones in superioribus marginibus occurrunt, et signaturae in inferioribus; minime vero foliorum numeri qui desunt omnino, aeque ac custodes. De initialibus idem dici poterat, nisi Minicularii industria adcessissent.

—— Alia editio. *In medio primae paginae occurrit titulus :* Libri Dialogorum sancti Gregorij pape. *In aversa ejusdem incipiunt*, Capitulorum dialogi beati Gregorij pape : per quatuor libros distincti : brevis: ordinataq3 annotatio.

Digitized by Google

Folio quarto praemissa praefatione, liber primus dialogorum *initium sumit. In prima columna ultimi folii haec leguntur:* Libri dyalogorū beati Gregorij pape : una cū annotationibus capitulorū feliciter expliciunt. Impressi ac diligentissime correcti Basilee per Michaelē Furter : sub anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Laus Deo. In 4.°..... I. D. 13.

—— *Italice. In folio primo:* In comensa (sic) la tabula del primo libro del dialogo de sācto Gregorio atrovare ꝑ numero li capitoli de libro in libro; *quae quidem tabula simul cum* Registro *tria occupat folia. In summitate primae columnae quarti folii is titulus legitur:* INCOMINCIA UNA opera molto devotissima la qual e ditta el dialogo de sācto Gregorio tratto de latino ī vulgar. epartido in quatro libri Equesto sie loprologo del vulgarizatore. Imprimo alnome de dio. Amen. *In calce operis:* Qui fenisse el Dialogo de Sancto Gregorio. ·. ec. ·. .·. Impresso ī Modena per Domenego Rhochociola. M. cccc. lxxxi. Adi Dexe de Novēbre. LAUS DEO.
In folio..... I. E. 16.

Editionem hanc eximiae raritatis fuse describunt *Paitonus Tom. II. pag. 172.* et *Tiraboschius T. IV. pag. 369.*

—— Alia editio. *Prologo titulus praeit:* Incomincia il prologo del vulgarizatore del dyalogo de miser sancto Gregorio papa. *Ad calcem:* Finisse el dyalogo de miser sancto Gregorio papa: impresso ī venesia per Andrea di Toresani de Asola. nel. i487. adi 20 de febraro. *Adcedit vita* S. Gregorii, *quae ultimum complectitur fasciculum, eique subnectitur* Registrum.
In 4.°..... XIII. A. 17.

—— Alia editio. *In summitate primae columnae primi folii recti, haec verba leguntur:* Incomincia il prologo del vulgarizatore del dialogo de sancto Gregorio papa. *Prologus hujusmodi desinit linea XIX. secundae columnae ejusdem paginae, eumque* S. Gregorii *prologus excipit. Folio secundo*, Incomīcia la tavola de capitoli del primo libro. De Honorato abbate del monasterio di fondi; *quae tabula circa initium IX. columnae absolvitur. Opus incipit folio quarto, et in summitate ejusdem folii extat tabella xylographica, quae* S. Gregorium *Pontificali habitu ornatum, in throno sedentem, et* Petrum Diaconum, *pariter sedentem, repraesentat. Huic xylographicae tabellae subditur operis titulus, scilicet:* Incomincia il primo libro del Dyalogo di santo Gregorio papa. Dialogi *absolvuntur sequentibus verbis circa finem secundae columnae excusis:* qui finiscie el libro delo dyalogo di sancto Gregorio papa impsso in Gaieta per maistro iusto neli anni del signiore M. cccc. octanta octo. Adi xxiiii. del mese de Marzo regniante Ferdinando. allaude e gloria del nostro signiore Ihesu xp̄o et de la gloriosissima vergine Maria. Amen. *Sequenti folio sub eodem signaturarum ordine, scilicet* Ki, Comencia la vita di sancto Gregorio papa, *quae tribus foliis absolvitur, et in calce ejusdem legitur:* Lo Registro de lo libro.
In folio..... XI. C. 18.

Hoc exemplar Editionis rarissimae integerrimum, nitidissimumque, est ac respondet illi descriptioni quae habetur solummodo in facto in catalogo *Bibl. Reg. Paris. P. I. pag. 392.*

Digitized by Google

—— Pastorale beati Gregorii pape. *Is titulus praefigitur in medio folii primi. Folio secundo recto incipit*, Capitulorum libri Pastoralis cure beati Gregorii pape: ꝑ quatuor ꝑtes distincti: brevis ordinataq3 Annotatio. *Opus incipit tertio folio a prologo. Typographica nota circa medium primae columnae ultimi folii habetur hoc modo:* Beati Gregorij pape: Liber cure pastoralis insigni laude cōmēdatus: diligenti studio emēdatus: ac debita distinctiōe partitus: vigilantiq3 cura in urbe Basiliensi arte impressoria perfectus: feliciter explicit. Sub anno domini. Millesimo quadringētisimononagesimo sexto: die vero decimo quīto mensis februarij. Laus deo. In 4.° ..... I. D. 13.

Editio haec, cuius externa forma characteris ac impressionis adamussim respondet editionibus *Michaelis Furter* supra notatis, quae scilicet sunt *Expositio super cantica; Expositio super Ezechielem;* et *Libri Dialogorum;* procul dubio ex eadem typographia prodiit.

—— Vita S. Benedicti *ex libris* Dialogorum. *Extat praefixa* Regulae S. Benedicti. *Vide* S. Benedicti.

Gregorii PP. IX. Decretales, *cum glossis ordinariis* Bernardi Parmensis. *In calce legitur nota typographica hujusmodi:* Finiunt decretales correctissime impresse in alma urbe Roma totius mundi regina: per egregios viros magistrū Vdalricum gallum Alamanū et Symonē nicolai de Luca: cū glossis ordinariis Bernardi Parmensis et additiōibus suis: que paucis in libris habent⁹ summa diligētia et impsse: ac correcte. Quas emptor securo animo eme. Talia siquidem in hoc volumine reperies: ut merito alias impressiones faciliter flocipēdes. Anno domini. M. cccc. lxxiiii. die. xx. mensis septembris. Pontificatus uero Sixti divina providentia Pape quarti anno quarto.
In folio majori. Tom. II. ..... V. G. 10-11.

Editio secunda huius operis post Moguntinam anni 1473; et in hac editione Romana repetuntur ultimo folio versus illi, qui in Moguntina leguntur; ob quam causam *Vdelricus Gallus* furti seu plagii admissi accusatur ab *Audiffredo pag. 153.* In quamplurimis exemplaribus desunt hi versus; habentur autem in nostro. Horum autem versuum nonnulli sunt de inventione artis Typographicae, alii de excusatione Cleri de sua ignorantia ob librorum carentiam: tum ad hanc Bibliopolae responsio; ac tandem exhortatio hujus ad comparandum libros. Annotatio *Maittairii* ad hosce versus, maximi est momenti; ut quae lectorem moneat, nonnisi ab homine, cui in deliciis essent barbarismi, et soloecismi, ad alicuius libri editionem adjcii potuisse; *Mirabitur* inquit, *lector vocum monstra, poësimque tot soloecismis ac barbarismis deformatam, et toties contra omnes grammaticae partes adeo absurde peccantem, ut in plerisque Oedipo ad sensum eruendum opus sit. Oedipi* autem munus circa hos versus exercere placuit *Schwartio* in primariis documentis de *Origine Typographiae par. III. a pag. 10 ad 23*, quem consulere poterit Lector, si quando portentosorum vocabulorum, nunquam antea auditorum, significationem cognoscere voluerit. Character gallo-francus duas implet columnas in paginis tam in *textu*, quam *glossis;* minor vero in his adparet. Tituli rubri occurrunt in textu: Signaturae, foliorum numeri, et custodes desunt; initiales aut desunt, aut minoribus formis indicantur.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti quodammodo convenit. Tituli omnes rubri occurrunt in textu; et opus incipit folio secundo; nam primum vacuum est. Titulus* Decretalibus *praeest:* In noīe sancte trinitatis amē. Cōpilatio decretaliū greg. IX. *In fine nota typographica hujusmodi, etiam rubro co-*

Digitized by Google

lore impressa: Nova decretaliū cōpilatio gregorij viiij. imp̄ssa Venetiis īpendio Iohānis. de Colonia Iohānisq3 manthen de gherretzem socio4. Anno salutis dn̄ice millesimo. ccccIxxviiij. p̄die calēdas apriI⁹ Sixto q̄rto pōtifice maxīo: Iohāne mocinico īclito Veneto4 duce. *Ultimo folio recto occurrunt tres* Epistolae, *prima* Petri Albignani Trecii, *qua* clarissimum iurisconsultum Antonium Capitalistam *rogat, ut ei commodet Codicem* Decretalium Gregorii IX, *ut exemplar imprimendum cum eo conferre possit; quae Epistola data est* Patavii ex Gymnasiolo nostro litterario Collegii Campionis. xij. Calendas apriles. M. cccc. lxxviij. *Secunda responsum continet* Antonii Capitalistae utriusqu3 iuris Scholastici Petro Albignano Trecio, *et optatum volumen ad ipsum mittit, rogatque, ut acceptum sedulo custodiat: cumque illius opera usus fuerit, ipsi statim restituat, quoniam ipsius delicium est, nec eo diutius carere potest. Epistola data est* Patavii ex domicilio nostro. xvj. Calēdas septēbres. M. ccccIxxviij. *Tertia tandem littera* Petrus Albignanus Trecius *gratias agit* Antonio Capitalistae *pro accepto volumine, ac illud ad eum remittit.* Data *est* Excellula libraria Collegii Campionis. xij. Calendas apriles. M. cccc. lxxix. *In adversa pagina extat* Registrum. In folio majori..... VI. G. 22.

—— Alia editio. *Primo folio occurrit* Francisci moneliēsis eplā ad Excellentissimum iuris utriusq3 monarcham dominum Alexandrum neuum iura canonica ordinarie in gymnasio patavino legentē. *Opus secundo folio incipit a titulo rubro, et in omnibus cum praecedentibus convenit. In calce voluminis nota typographica, pariter rubro colore excusa, hoc pacto habetur:* Nova decretalium compilatio gregorii VIIII. impressa uenetiis impensa atq3 industria singulari Nicolai ienson gallici. Millesimo. ccccIxxvIIII. die octavo maii. Sixto quarto pont. maximo Ioanne mocinico inclyto venetorum duce.
In folio majori..... V. G. 8.

—— Alia editio, *persimilis jam descriptis, exceptis initialibus, quae in spatiis deerant; eas Minicularius rubro colore supplevit. Primo folio verso legitur:* Francisci genuensis de monelia emendatio decretalium ad Illustrem principem ac dominum dn̄m Hieronymum Rearium Imole Forlivii ec. ec. dominū ac sancte Romane ecclesie imperatorem generalem. *Huic Epistolae subduntur tria distica*

Dum cuperem placuisse tibi comes alme reari:
Concivi et domino: munera parva dedi.
Asscripsisse (sic) meos uolui tibi: parce: labores:
Semper ut eternum nomine uiuat opus:
Maiores maiora dabunt: ego pauper id ultra
Nunc dare nō potui: tunc dabo quū potero.

In calce voluminis: Exactum insigne hoc atq3 p̄clarum opus ductū auspitiis optimo4 Iohannis de Colonia. Nicolai ienson: sociorūue. Qui non tm̄ summā curam adhibuere ut sint hec et sua queq3 sine uicio et menda. uerūetiam ut bene sint elaborata atq3 iucundissimo litterarum caractere confecta: ut unicuiq3 et prodesse et oblectare possint. Huiusce aūt operis artifex extitit sūmus in hac arte mg̃r Ioannes de Selgenstat alemanus: qui sua solertia ac vigiliis divoq3 impri-

Digitized by Google

mendi caractere facile supeminet omnes. Olympiadibus dominicis. Anno vero millesimo. cccc. lxxxi. quarto idus septembris. *In adversa pagina extat* Registrum *decretalium, cui subnexum est Typographi signum, scilicet rectangulum rubrum in quo circulus continetur, secundum horizontem sectus, cujus in inferiori parte punctum, in superiori e centro linea surgit, quae ultra circumferentiam desinit in duplicem crucem.*

In folio majori..... V. G. 9.

—— Alia editio. *Opus incipit a titulo, rubro colore excuso:* In nomine sancte trinitatis amen. Compilatio decretalium gregorii noni. *In calce:* Exactum divinis auspiciis opus decretalium Gregorii viiij. summa cum diligentia venetiis impressum cura impensisq3 petri cremonensis de plasijs: enucleatiusq3 emendatum. Anno ab incarnatione domini. Mccccl xxxij. die. xxiiij. mēsis aprilis Regnantibus sanctissimo in christo patre Sixto iiij. pontifice maximo: necnō et Ioanne mocenigo inclyto venetorum principe illustrissimo. *Sequenti folio* Incipit tabula per alphabetum omnium materiarum continentium in hoc libro decretalium; *qua absoluta, adcedit* Registrnm.

In 4.°..... VI. A. 8.

Character gallo-francus duas implet columnas per singulas paginas tam in *textu*, quam in *glossis;* minor vero in *glossis* adparet. Tituli omnes rubro colore cernuntur. Initiales desunt, nec spatia repleta sunt a Miniculario.

—— Exemplar alterum..... VI. A. 10.

—— Exemplar tertium..... VI. B. 1.

—— Alia editio. *Folio primo extat Anonymi monitum, forsan Typographi, de praestantia, et utilitate hujusmodi editionis, in forma nempe 4. uti commodiore lectoribus. Folio secundo opus incipit a titulo, supra relato; et in calce colore rubro legitur:* Nova decretalium cōpilatio gregorij viiij. impressa Venetiis impensa atq3 diligentia Bartholomei de alexādria Andree de asula Mapheiq3 de salodio sociorum anno salutis christiāe. millesimo. cccc. lxxxij. decimo calendas iulij. Sixto quarto ponti. maximo. Ioanne mocinico inclyto venetorum duce. *Sequenti folio, quod est ultimum occurrit* Registrum chartarum huius decretalis. In 4.°..... VI. A. 9.

Editio quoad externam impressionis formam cum praecedenti quodammodo similis; ipsa vero propter characterum nitorem et pulchritudinem, ac papyri albedinem, et munditiem, nec non propter initiales omnes tam in *textu*, quam in *glossis quae textum* circumdant, eleganter depictas rubro, et caeruleo colore, longe praestantior. Exemplar nitidissimum, tanquam recens e praelo.

—— Alia editio, *in qua folia aliqua, quae tabulam continent, initio desunt; in caeteris cum praecedentibus ejusdem formae in folio majori quodammodo convenit, exceptis solummodo initialibus, quae variis coloribus depictae sunt. In calce:* FINIS Venetiis per Baptistam de tortis M. cccc. lxxxiiij. die vij. septēbris. *Huic subscriptioni subjungitur Typographi signum, rubro colore excusum, quod est satis notum. Aversa pagina ejusdem folii occurrit* Registrum.

Digitized by Google

In folio majori..... V. G. 7.

De hac editione indicium nullum apud Bibliographos praestantiores invenire mihi licuit.

—— Alia editio. *Praecedit primo folio recto, IV. columnis excusa* Tabula omnium rubricarum cum suis capitulis: omnia per alphabetū posita et ad sua loca per ordinem remissa; *quae tabula v. occupat paginas. In fine legitur:* Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxvi. die xvj. decembris. *Aversa pagina huiusmodi ultimi folii occurrit* Registrum, *cum Typographi signo rubro excuso in calce.* In folio majori..... V. G. 1.

Haec editio cum praecedenti ejusdem Typographi adamussim convenit, et pariter latuit Bibliographos quamplures, quos evolvi. Primam initialem litteram auro, et caeruleo colore Minicularius depinxit; et inferiorem marginem ejusdem primae paginae stemmate, floribusque affabre ornavit.

—— Exemplar alterum..... V. G. 2.

—— Alia editio. *In aversa folii primi pagina legitur monitum, quod in editione anni 1482 notavimus. Folio secundo rubro colore extat titulus; et quoad omnia cum praecedentibus editionibus hujusmodi formae convenit. Ad calcem operis legitur rubro charactere:* Nova decretalium cōpilatio Gregorij. IX. impressa Venetiis impensa atque diligentia Thome de blavis de alexandria feliciter explicit. Anno salutis christiane millesimo. cccc. lxxxvj. die. xxij. decēbris. Innocentio octavo pōtifice maximo. Augustino barbarico īclyto venetorum duce. Finis. *Primam ultimi folii paginam* Registrum chartarum hujus decretalis *occupat, cui subjecta sunt Typographi insignia, alibi notata.*

In 4.°..... VI. A. 4.

—— Alia editio, *persimilis editioni superius notatae, anni 1486. In summitate aversae paginae ultimi folii haec verba occurrunt:* Cādide lector habes argumēta singulis decretalib⁹ addita bñficio eximii iuris utriusq3 doctoris dñi hieronymi clarii brixieñ. archipresbyteri Bidizolani riperie Brixiane Benaci lac⁹ ex decretalibus suis diligenter annotatis cum adhuc esset bononie scholaris Divo Barbacia praeceptore. *Hisce verbis subnectitur* Registrum; *quo absoluto Typographus sequentem notam adposuit, et deinde sua insignia rubro colore expressit.* Venetiis p̄ Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxix. die viij. octobris.

In folio maximo..... V. G. 5.

—— Alia editio, *ab eodem Typographo exarata, ad similitudinem praecedentis, paucis tantummodo exceptis; scilicet post tabulam, quae IV. folia implet, legitur in medio folii V. rubro charactere:* Decretales: cum summariis suis et textuum divisionibus. ac etiam rubricarum continuationibus. *Aversa pagina ejusdem folii occurrit breve Typographi monitum ad lectorem. De nova hac* Decretalium compilatione, *aucta et emendata a* Hieronymo Clario; *eamque ob causam ipse Typographus* pro communi studentium utilitate tercenta et bis mille exemplaria impressit. *In calce voluminis:* Venetiis Per Baptistam de Tortis. M. cccc. lxxxxi. die. xx. septembris. *In aversa pagina ejusdem folii occurrit* Registrum, *et Typographi signum rubro impressum colore.*

Digitized by Google

In folio maximo..... V. G. 6.

—— Alia editio. *Legitur uncialibus litteris in medio folii primi:* Decretalium dñi pape Gregorii noni cōpilatio accurata diligentia emendata sūmoq3 studio elaborata et cū scripturis sacris aptissime ɔcordata. *In secundo folio recto occurrit* Brevis et accōmoda hᵒ opis nup in Basilea impressi cōmendatio. *In tertio folio recto extat* Titulorum quinq3 librorum Decretalium scdm̄ ordinem litterarum alphabeti a quibus inchoantur: collecta annotatio. *Subsequitur* Annotatio Titulorum et Capitulorum libri primi; *quae quidem adnotatio praefixa est cuilibet libro. Aversa pagina VI folii conspicitur xylographica tabella, quae* Gregorium IX. *in throno sedentem, stipatum Cardinalibus, Episcopis, et Monachis, et librum suum cuìdam genuflexo porrigentem, repraesentat. Huic tabellae subnexum cernitur Elegiacum carmen ad Lectorem* Sebastiani Brant, *qui editionem curavit. Sequenti folio Opus incipit a titulo rubro, ut in praecedentibus editionibus observavimus; et quoad caetera, quae ad rem typographicam spectant, aliis hujusmodi formae in 4. respondet. In calce operis sequentia verba occurrunt:* Sebastianus Brant studioso Lectori. S. D. plurifariam. Parum erat o ingeniosa iuuentus: te Iam nup a nobis tot cōmoda mille: tot vsus p̄cipuos ex impressione parvorū decretorū per nos paulo ante impressorum suscepisse: nisi et presenti decretaliū pontificiarū impressione: rebus tuis et cōmodis operam navassemus novam: quietiq3 tue ac opportunitati gratissime: studiū et laborem impendissemᵒ. Quid plura? res ipsa conspectui tuo se se exhibēs; ip̄a iudicium de se faciat. Prodeat oro si quis sit: qui dicere audeat se ante hac utiliᵒ vidisse quicq̄3. Sed scio cunctos bonos et studiosos: me vera loqui dicturos. Mali vero atq3 impressionis huiᵒ emuli latrent quoad velint: modo nūq̄3 canes esse desināt. Nostra enī ad evētū festinat et in medium res. Proinde siq̄s vrbis Basilee laudes antea quidē amplissima gloria plenas: ex p̄sentis tī opis impressione nō mediocriter illustratas arbitretᵒ: non errabit: Quippe que cū chartarū atramentiq3 bonitate: tum vel characterum asperitate atq3 elegātia: cūctas (ut vides) priores impressiones facile antecellit: tum vel maxime opera: diligentia correctiōisq3 sedula elimatiōe: oīm quorūcūq3 locorū libros longe transsupat. Hāc sibi cōpendiosam p̄inciā Iohānes froben de Hammelburg litterarie officine sollers indagator: Regnante Maximiliano Romanorū rege glorisissimo (sic): Alexandroq3 sexto pontifice maximo: sedem petri gubernāte: Anno salutifere incarnatiōis Nonagesimo quarto: supra millesimū quadringentesimūq3 auspicato susceptam: Idibus maijs felici fine cōsummavit. Deo igitur immortali gratia habēda est: qui ad diu desideratum littus: fessos remiges: quassatum lembum applicare concessit. Vale lector: et nos ut meremur ama. In 4.°..... VI. B. 3.

—— Alia editio, *quae ad amussim respondet editioni anni 1491. ejusdem Typographi. In calce:* Venetiis Per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxxvj. die. x. Octobris. *In aversa pagina hujusmodi folii occurrit* Registrum, *et rubrum signum Typographi, cui subnéctuntur verba:* Cum privilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra decē annos sub pena in eo otenta.

In folio maximo... ..... V. G. 4.

—— Alia editio, *ad similitudinem praecedentis. In calce:* Venetiis Per

Digitized by Google

Baptistam de Tortis. M. ccccIxxxxviij. die x. Octobris. *In aversa pagina ejusdem folii occurrunt, quae in praecedenti indicavimus.* In folio maximo. V. G. 3.

GREGORII TIFERNATIS. *Vide* Tifernatis.

GRIMOALDI ETRURIAE PRAEFECTI. Excerpta ex Decreto Desiderii Longobardorum Regis, *cum Commentario* Annii Viterbiensis. *Vide* Annii.

GRISELIDIS historia. *Vide* Petrarchae.

GRITSCH F. IOANNIS ORD. FRATRUM MINORUM. Quadragesimale. *Praecedit Index XVI. foliis comprehensus, sub titulo:* (O) Peris egregii antea negligenť effigiati misertus: collectoris īmo ordinis suę ꝑfessiōis favore idīpm emendatū ī palā post alios ꝑduco. Et in eo proficere conantē certiorē esse volo: Litteras sub titulo alphabeti insertas. nō numero sermonū deservire: sc̄ ꝑprio et ītegro suo numero materiae. hoc in registro correspondere: ut infra patebit. *Opus incipit folio XVII, et titulo subiacet in fronte primae columnae hoc pacto excuso:* Quadragesimale fratris iohꝭis Gritsch ordinis frat4 mino4. doctoris eximii. per totū tꝑis anni spatiū deserviēs cū thematū evangelio4 et epla4 introductionibus et tabula ꝑoptima. Incipit feliciter. *Ad calcem extat:* Collegit īgenio Quadragesimale fr̄ clarissimi ordinis. s. frācisci. mgr̄. Iohꝭes Gritsth (sic) de Basilea ꝑfessor sacre theologie eximꝭ. īnlꝭtis ex sacre theosis codicib nucleū quē ī hoc volumīe tanq̄ ī ag4 evāgelice discipline consevit apis uti sagacissīa exq̄sitos de flor4 variis generibus suaves ī alveolū sucos ogerit. deniqꝫ q̄ vigili cura hoc utile admodū q̄dragesimale īpressū sit oculi q̄bs̄ se objecerit testabūt. qdꝭ et ꝑcurāte expendēteqꝫ Anthonio Koburger cive oppidi Nurnbergū. salubri fine osumatum. Anno ỿ. Mcccclxxix. Martii vo. Klꝭ tertio. Laus deo.
In folio..... III. G. 4.

In hac editione folia signantur singulari prorsus methodo, non in inferiori, sed in superiori parte sic: *alphabetum primum*, quod est 4. foliorum, atque ita pergit usque ad *alphabetum* xlviii, ita tamen ut in posterioribus foliis omissa fuerit talis methodus.

—— Alia editio *iisdem titulis, ac eadem signaturarum methodo extructa, quam in praecedenti notavimus. In calce post verba superius relata, quae extant in subscriptione, legitur:* Quod et procurante expendēteqꝫ Georgio stuchs de Sulczbach cive oppidi Nurmbergū. Anno ỿ. Mcccclxxxviij. Laus deo.
In 4.°..... III. A. 18.

—— Alia editio. *In medio folii primi:* Quadragesimale Gritsch vna cum registro sermonum de tempore et de sanctis per circulum anni. *Tituli in Indice, ac in opere, uti in praecedenti. In calce post* Registrum hujus operis *typographica nota legitur hoc pacto:* Explicit quadragesimale eximii sacre theologie doctoris Ioannis gritsch ordinis minorum qdꝭ non solum sermones quadragesimales: verūetiam temporis; et sanctorum per circulum totius āni indicat. Impressum Venetiis per Lazarum de Soardis. Mcccclxxxxv. die. xxj. martii. Cum pri-

Digitized by Google

vilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra decem ānos : sub pena in eodem cōtenta. etc. Laus omnipotenti deo. *Huic subscriptioni adcedit Typographi signum alibi descriptum.*

In 4.°..... III. B. 26.

—— Exemplar alterum..... III. B. 27.

—— Exemplar tertium..... III. B. 28.

—— Alia editio. *Eadem extant verba in medio folii primi, quae in praecedenti notavimus ; ac iisdem titulis extructa , qui in superioribus editionibus leguntur : In secunda columna ultimi folii hanc notam adposuerunt Excusores :* Explicit quadragesimale eximii sacre theologie doctoris Iohannis gritsch ordinis minorum. quod non solum sermones quadragesimales: verūetiā temporis et sanctorum per circulum totius anni indicat. Impressum per Iohānem bachelier : et Petrū barthelot Anno domini. M.CCCCXCVij. die vero ultima mēsis Iulii feliciter est cōsummatum. Laus deo. In 4.°..... III. C. 23.

Sine loci indicatione; sed fortassis *Lugduni* excusa praesens editio est, quum laudati Typographi ibidem artem suam impressoriam exercuerint. Vide *Maittaire* pag. 632.

G U

Guaynerii Antonii. Practica medicinae. *Legitur in summitate primae columnae folii primi :* Incipit tractatus de egritudinibus capitis. editus per Magistrum antonium Guayneriū artium et medicīe doctorem papiēsem, *qui quidem tractatus a prologo initium sumit , cui tabula subditur. Hunc excipiunt ,* Commentariolus de pleurisi, *aliique tractatus. Adcedit tandem ejusdem Auctoris* Antidotarium. *Ex verbis impressis ad calcem voluminis, ubi* Antidotarium *desinit, patet opus a* Francisco Bobiensi *fuisse emendatum. Nota typographica postea legitur :* Et sic ē finis huiꝰ antidotarij ꝑ famosissimum artium et medicine monarchā magr̄m Antonium guaineriū papiensē cuius aīa reqescat ī pace Amen. In hoc uolumīe aggregati sunt ōes tractatꝰ quos clarissimꝰ et verissimꝰ medicīe īterpres Antonius guaineriꝰ papiēsis ad diversas corporis hūani egritudines edidit. et diligentissime emēdati ꝑ p̄stantissimū artiū et medicine doctorē magr̄m Franciscū bobiensē. theoricā medicine de mane legentē ī felici studio papiēsi. Et aureum ē uolumē. et iuuenibus ad opꝰ practicū noviter accedētibꝰ maxīe vtile. Per magr̄m Antonium de carcano iꝑius gymnasii generalē iurista4 bidellum diligentissime Papie impssi. M. cccc.lxxxviij. die x. Ianuarii. *Sequitur* Registrum.

In folio..... IX. E. 6.

—— Alia editio , *in qua sequentes tractatus habentur :* Tractatus primus de dolore capitis in se. xxiiij. continens capitula. *Desinit opus circa medium secundae columnae , hisce verbis :* Explicit cōmentariolus de egritudinibus capitis. Deo gracias. *Praecedit huic commentariolo* īdex tractatuum, et capitum ; *cujus primum folium abest a nostro exemplari. Post folium vacuum , in summitate primae columnae :* Antonii Guainerii papiēsis. De passionibus stomaci Commētariolus feliciter Incipit. *Absolvitur xlv. capit. sine ulla*

Digitized by Google

subscriptione, sed solummodo legitur. Laus Deo. *Post vacuum folium. occurrit* Index *sequentis tractatus, sic inscriptus:* Antonii Guaynerij Papiensis doctoris celeberrimi de Iūcturis sive de arthetica et calculosa passiōe ad Magnificum et insignem uirum Andream de birago Ducalem camerarium Comentariolus foeliciter incipit. *Absolvitur primus* Tractatus de Arthetica passione *Capit. XXX. in cujus fine legitur:* Explicit tractatus de arthetica passione scdm̄ Anthonium Guaynerii. (sic) *In sequenti folio,* Incipit tractatus de arthetica calculosa passione editus ꝑ magistrum Antonium Guaynerij artiū et medicine doctorem papiensem. virum doctissimum. *In calce XVI. Capitis, ubi opus desinit, sequentia verba solummodo extant:* Antonij guaynerij papiensis de arthetica et calculosa passione. cōmentariolus. ad magnificum Andream de birago ducalem camerarium feliciter explicit. Deo gratias Amen.
In folio..... IX. E. 5.

Sine ulla typographica nota. *Conradus Gesnerus in Bibliotheca instituta et collecta, pag. 6. et Simphorianus Champerius De medicinae Script. pag. 33. et Fabricius in Bibl. mediae et infimae latinitatis pag. 226.* et *Tiraboschius* in *Tom. V.* et *VI. Hist. litter. Ital.* ac praecipue *Tom. VI. pag. 488.* de *Antonio Guaynerio*, ejusque operibus mentionem faciunt; sed nec verbum de anno, loco impressionis, ac Typographo. Opus impressum est charactere latino quidem, sed rudiusculo; et tituli, qui tractatibus, et capitulis praefiguntur, uncialibus formis semigallo-francis excusi sunt. Duae in paginis extant columnae, ac singulae xli lineis implentur. Nulli margini imprimuntur custodes, signaturae, et foliorum numeri. Initiales vel desunt, vel indicantur parvis formis.

—— Tractatus de mulierum aegritudinibus. *Praeit Anonymi Epistola, qua opus dicatur* Mediolani Duci (*fortassis* Philippo Mariae). *In summitate primae columnae sequentis folii,* Incipit tractatus de matricibus editus per Magistrum Anthonium Guaynerium artium. ac medicine doctorem egregium papiensem. *In calce legitur:* Explicit tractatus de ꝑprjis mlꝭe4 egritudinibus Antonii guernerii (sic) papiē. Doctori (sic). M. cccc. lxxiiii. *Post vacuum folium, eodem charactere, eademque impressionis forma, in summitate primae columnae sequentis folii legitur:* Tractatus de febribus editus ꝑ magistrum Anthoniū Guayneriū artium ac medicine doctorem egriū papiensem feliciter incipit. *Opus dicatur* Antonio Magliano, *uti eruitur ex prologo, cui* Summariū Capitum *subditur. Ad calcem hujusmodi Tractatus legitur tantummodo:* Finis. Amen. *Post vacuum folium eodem charactere adcedit aliud opusculum sic inscriptum:* Tractatus de fluxibus editꝰ per magistrū Anthoniū Guayneriū artiū ac medicine doctorem egregiū papiensē feliciter incipit. *Opus absolviur hisce verbis circa medium secundae columnae ultimi folii:* Ad laudem dei omnipotentis qui vivit et regnat ꝑ infinita secula seculorum. Amen Finis. In folio..... XII. C. 29.

Duplex columna rotundi, et quodamodo nitidi, ac minuti characteris occurrit in pagina quavis, quae lineis xlix., dummodo integra sit, impletur. Charta satis alba est, firma, ac compacta, in cujus marginibus nec custodes, nec foliorum numeri, nec signaturae adparent: et pro initialibus, spatia tantum extant.

—— Tractatus de peste, *cui adcedit secunda pars, quae est* dē Venenis.

Digitized by Google

Dicatur opus Epistola ab Auctore conscripta Philippo Mariae Mediolani Duci. *In calce primae, et secundae partis extat sequens conclusio, cui subditur postea* Registrum: Explicit secunda pars hujus tractatus que est de Venenis. Ad illustrissimum principem et dominum dominum Philippum mariam anglum mediolani ducem. et papie anglerieq3 comitem. Edit. per Antonium de Guaneriis de papia artium et medicine doctorem eximium. In folio..... XII. C. 39.

Character hujusmodi editionis licet latinus sit, ad formam tamen gallo-franci pertinet; est enim adeo rudis, ac minutissimus, ut legentium oculi allucinentur. Columnae duae singulas paginas implent, quarum quaevis integra constat lineis 60. Plagulae, quibus absolvitur volumen istud, nullum impressum custodem, aut numerum habent; signaturis vero praeditae sunt. Pro initialibus spatia tantum extant, nec a Miniculatore aliquo impleta sunt. Plures tractatus hujus Auctoris a Bibliographis excitantur, sine ulla typographica nota impressi, qui tamen *Confaloncrio* Typographo Papiensi tribuuntur.

Guarini (Senioris) Veronensis. *Vide* Veronensis.

Guarini Baptistae. *Vide* Veronensis.

Guaschis Ludovici de. *Vide* Villa Dei Alexandri de.

Gueroaldi Guillermi. Interpretatio in Macri Floridi librum de naturis, qualitatibus, et virtutibus herbarum. *Vide* Macri Floridi.

Guibae Roberti. Britāni Epi Trecoren. ad Innocentiū octauum Pont. Max. Legati illustrissimi ac invictissimi Francisci Ducis Britanniae oratio in obedientia p̄standa. In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 267. et 273. mentionem facit hujusmodi orationculae, quae 11. foliis constat, excusa charactere Romano minus elegante *Eucharii Silberi.*

Guidonis de Baysio. *Vide* Baysio.

Guidonis de Columna. *Vide* Columna.

Guidonis de Monte Rochen. *Vide* Monte Rochen.

Guidonis Cartusiani. De laude solitariae vitae. *Extat cum* Basilii *opusculo de eadem re. Vide* Basilii.

Guterii Andreae. Tractatus diversi morales, et Ascetici vario carminum genere scripti. *In aversa pagina primi folii legitur:* Los libros que eneste uolumen se contienen son los siguients = El catō conel libro llamado cōtēto cuya obra es de sant bernardo = El floreto el qual contiene seys principales partes = La primiera contiene los articulos de nostra sancta fè = La segunda los diem mandamientos = La tercera los siete peccados mortales = la quarta los sieté sacramentos = la quinta las uirtudes morales et theologicas. = la sexta

Digitized by Google

morte y las cosas Dala muerte = Contiene mas las quinqu3 claves de la sabiduria con las cinco propiedades que a detener el maestro = Contiene las fabulas del esopo = Contiene mas los hymnos cō otras muchos que faltauā = Contiene mas las lectiones de iob con el credo salve regina el pater noster con el auemaria. *Opus, quod scriptum est totum latino sermone, initium sumit in secundo folio, a titulo rubro colore impresso:* Andreae guterii cerasiani paucissimi sudores in laudem nostrae dominae filii dei genitricis et uirginis mariae et libētissimae et piētissimae dedicati. *In calce voluminis:* Impressum Venetiis anno. M. cccc. lxxxxi. die uigesimo tertio. Marcii. Finis.
In 4.°..... X. B. 17.

Memoratur praesens editio, quodammodo rara, a *Maittaire pag. 534*, et *pag. 784*.

H A

HACCANAE NEHUMI FILII. Pro adventu Messiae Christi Epistola ad Nehumum. *Vide* Heredia Pauli de.

HAEDI PETRI. De amoris generibus, *seu* Anteroticorum lib. III. *In prima pagina legitur capitalibus litteris impressum:* DE AMORIS GENERIBUS. *In aversa incipiunt quaestionum argumenta, quae aversa folii quinti pagina terminantur. Folio VI. sequitur:* QUINTI AEMILIANI CIMBRIACI POETAE EPOS HENDECASYLLABICON IN PETRI HAEDI ANTEROTICA AD CUPIDINEM. *Dein ipsum opus his verbis incipit:* PETRI HAEDI SACERDOTIS PORTUSNAENSJS: AD ALEXANDRUM EX FRATRE NEPOTEM: IN ANTERICORUM LIBRUM PRIMUM PROOEMIUM. *Cuilibet librorum prooemium est praemissum. Opus modo dialogico est conceptum: eius Interlocutores sunt* Aemilianus Cimbriacus, Petrus Haedus, et Antonius Philermus. *Opus concludit* Aemiliani *carmen Epigraphicon, cui subiectum habetur capitalibus litteris impressum:* ACCURATISSIME IMPRESSUM TARVISII PER GERARDUM DE FLANDRIA. ANNO SALUTIS. M. CCCC. XCII. DIE XIII. OCTOBRIS SUB MAGNIFICO PRAETORE AUGUSTINO FOSCARINI:: FINIS::
In 4.°..... XII. A. 35.

Huius editionis rarissimae meminit *Denis in Bibl. Garell. pag. 1491*, qui eam ex *Menarsiensi Bibl.* unde quinquaginta florenis hollandicis venditam fuisse testatur. De ea loquitur etiam *Freytag in Analectis pag. 462*. Typus est Romanus minusculus, ac nitidissimus. Charta est alba admodum, ac laevigata. Folia numeris romanis sunt insignita. Custodes, et signaturae desiderantur. Initiales litterae parvae observantur.

HAEMERLIN FELICIS. *Vide* Malleoli Felicis.

HALBERT CONRADI DE. *Vide* Mensa philosophica.

HALES ALEXANDRI DE. *Vide* Ales.

HALI *Vide* Haly.

Digitized by Google

HALICARNASSEI DIONYSII. *Vide* Dionysii.

HALYABATIS ALBOHAZEN FIL. Abenragel. Libri omnes tam partis theoricae, quam practicae medicinae, vulgo Regalis dispositio, *ex Arabico latine versi a* Stephano Antiocheno, *eosque emendavit* Antonius Vitalis Pirranensis. *In folio primo verso:* Incipit tabula omnium librorum halyabatis tam partis theorice q̄ practice per numerū cartarū, *quae desinit folio IV. recto. In principio columnae V. folii is titulus occurrit:* In nomine sūmi dei qui cū trinus sit personis vnus est cēntia a quo et ad quē oīa. Incipit prologus Stephani phīe discīpl⁹ in libro medicine p̄dicit⁹ regalis dispositio quē ex arabico in latinā trāstulit facultatem. *In calce secundae columnae penultimi folii hanc notam adposuit Typographus:* Impressum Venetiis die. 25. septēbris. 1492. opa bernardini ricii de novaria. īpensa vero excellentissimi artiū et medicine doctoris dñi magrī Ioānis dñici de nigro. qui obtinuit ex spāli gratia ab illustrissimo Ducali Dominio venetorū. q̄ nemini quicūq3 fuerit liceat tā venetiis q̄3 in universa ditione veneto dominio subiecta īprimere seu imprimi facere hūc lib4 aut alibi īpressum in predicta ditione vendere per. x. ānos sub pena īmediate. et irremisibilis āmissionis oīum librorū. et librarū quinquaginta p̄ quolibet volumine. Que quidem pena applicetur recuperationi montis novi. *Sequenti folio extat* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum, scilicet Rectangulum nigrum, quod circulum includit, a linea horizontali sectum: linea perpendicularis exurgit a medio lineae horizontalis, quae in duplicem crucem ultra peripheriam desinit; in inferiori parte circuli extant litterae* B. R. *quae nomen Typographi, nempe* Bernardini Ricii, *vel* Rizii *indicant.*

In folio maximo..... VIII. H. 23.

Denis in supplemento pag. 335, hoc opus adscribit Translatori *Stephano.*

—— Commentarium in Microtechnon Galeni, *latine. Extat cum textu* Galeni, *et* Hippocratis Aphorismis. *Vide* Galeni.

—— Prologus in libellum Hippocratis Pronosticationis secundum lunam, *latine. Extat cum opusculo* Hippocratis. *Vide* Hippocratis.

Haly. Commentarium in Centiloquium Ptolemaei. *Extat impressum cum textu* Centiloquii, *et cum libro* Quadripartiti *ejusdem* Ptolemaei. *Vide* Ptolemaei.

An *Haly* idem sit ac *Halyabates Albohazen*, alii videant.

HANAPIS NICOLAI DE. Biblia pauperum. *Vide* S. Bonaventurae.

HANNIBALIS. Epistolae IV., *quarum I. ad* Q. Curtium; *II. ad* Romanum Senatum; *III. ad* Porcium; *IV. ad* Marcum Marcellum. *Extant cum Epistolis* Q. Curtio *adscriptis. Vide* Curtii.

HARDERWYCH DE ROTA GERARDI. Commentum supra Predicabilia Porphirii, et super Predicamenta et Periarmenias Aristotelis. *In calce voluminis sequentia verba Typographus notavit:* Commentum libri perihermenias Arestotelis (sic) si-

Digitized by Google

militer et aliorum librorum veteris artis studose (sic) ex diversis doctorum dictis maxime ex scriptis venerabilis domini Alberti doctoris magni summi philosophi pariter et theologi profundissimi. in alma ac florentissima universitate Coloniensi p famosum virū Gerardū harderwijch de rota artiū magistrum. et sacre theologie licentiatū actu in eadem regentem. finit feliciter. Anno M.cccc.lxxxvi.
In folio..... VIII. A. 42.

Hasdrubalis. Epistolae V., *nimirum I. et II. ad* Romanum senatum. *III. ad* Faustinum Iambicum. *IV. et V. ad Q.* Curtium. *Extant cum Epistolis* Q. Curtio *adscriptis. Vide* Curtii.

H E

Heliae Hebraei Cretensis Philosophi et medici. Annotationes in libros physicorum Aristotelis. *Extant cum* quaestionibus Ioh. de Ianduno. *Vide* Ianduno.

Heliodori. Epistolae II. ad Hieronymum, *una cum* Chromatio *scriptae ad ipsum S. Doctorem. Extant cum* Tractatibus *et* Epistolis S. Hieronymi, *et indicantur earum tituli in tabula Vol. I.*

Helwicus Teutonicus. *Vide* S. Geminiano Ioannis de.

Hemmerlini Felicis. *Vide* Malleoli Felicis.

Henrici Ariminensis. *Vide* Ariminensis.

Henrici VII. Imperatoris. Constitutiones duae Extravagantes, *cum* Apparatu, *seu* Glossis Bartoli de Saxoferrato. *Extant cum* Iustiniani Constitutionibus Novellis. *Vide.* Iustiniani.

Henrici Ostiensis. *Vide.* Segusio Henrici de.

Henrici de Saxonia.. *Vide* Saxonia.

Hentisberi Gulielmi. Tractatus de sensu cōposito et diviso = Regule ejusdem cum sophismatibus = Declaratio gaetani supra easdem = Expositio litteralis supra tractatum de tribus = Questio messini de motu locali cum explanatione gaetani = scriptum supra eodem angeli fosambruno = Bernardi torni annotata supra eodem = Simon de Lenderia supra sex sophismata = Tractatus hentisberi de veritate et falsitate propositionis = Conclusiones eiusdem. *In prima pagina folii primi haec laudata verba extant ; in postica pagina occurrit nuncupatoria Epistola inscripta* Reverēdo in christo patri domino Māfredo de medicis: artium ac medicinae doctori: ordinariam philosophiae legenti in foelici gymnasio papiensi: ac dignissimo humiliato4 praeposito: Ioānes Maria Mappellus vincentinus physicus. Salutem. *In calce operis:* Expliciūt pbationes conclusionū acutissimi doctoris Guglielmi hentisberi vna cū ceteris opusculis ut ī

Digitized by Google

p̄ma facie hujus voluminis habet̄. Que q̄dē oīa emēdata ac ī unum redacta fuere p̱ preclarissimū virū dn̄m Ioannē Maria Mapellum vincentinum philosophum egregiū accuratissimūq3 medicum. Impressa venetiis p̱ Bonetū locatellū bergomensē : sūptibus Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiēsis. Millesimo quadrīgētesimo nonagesimo quarto sexto Kalendas iunias. *In sequenti folio* Registrum, *cui subnexum est Typographi signum.* In folio..... VIII. F. 7.

—— Tractatus de sensu composito et diviso magistri Gulielmi hētisberi. Cū expositione infrascriptorum: videlicet. Magistri Alexandri Sermonete = Magistri Bernardini Petri de lāducijs = Magistri Pauli pergulensis = Magistri Baptiste de fabriano = *Haec verba leguntur in medio folii primi. In sequenti folio recto occurrit Epistola sub epigraphe :* magister Nicolaus Venetus magistro Valerio Genuensi ordinis divi Augustini. *In postica eiusdem folii facie extat Epigramma* Petri Cuitimi magistro Valerio Genuensi. *Opus incipit folio tertio, quo absoluto legitur :* Explicit tractatus de sensu cōposito et diviso magistri Gulielmi hētisberi oīum logicorū subtilissimi : cum expōsitione excellentissimi artium et medicine doctoris magistri Alexandri Sermonete. Impressum Venetiis p̱ Jacobum Pentium de Leuco. Anno domini M. ccccc j. die. xvij. Iulii regnante Augustino Barbadico serenissimo Venetiarum Principe. *Aversa pagina visitur* Registrum Totius operis, *et* Privilegium Ne quis audeat hoc opus imprimere citra decem annos sub pena in eo contenta. *Hisce verbis subnectitur Typographi signum, scilicet rectangulum oblongum nigrum, quo circulus continetur, secundum horizontem sectus. Linea perpendicularis ex ejus centro surgit, quae in duplicem crucem ultra peripheriam desinit ; et circa hastam ipsius crucis litterae* .I. P. *et in parte inferiori circuli,* L. *visuntur, quae litterae nomen Typographi, supra notatum, indicant.* In 4.°..... VIII. B. 47.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 66.

Hephaestionis. Excerpta ex ejus Enchiridio de metris. *Graece. Extant cum* Aristophanis Comoediis. *Vide* Aristophanis.

Heracliti. Epistolae, *graece. In hac sylloge* Epistolarum Heracliti, *binae* Darii Regis *extant, una scilicet ad* Heraclitum, *altera ad* Ephesios. *Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Herbarius, *seu* de virtutibus herbarum liber, *germanice. Praeit Anonymi Auctoris Prooemium in folio primo recto, et terminatur circa medium primae paginae folii secundi. Absoluto opere adcedit catalogus* de simplicibus laxativis linitivis seu lubricativis etc. *Tum* Index *ordine alphabetico dispositus. In calce hujus occurrit nota typographica rubro colore, et uncialibus litteris excusa :* Disser Herbarius ist tzu mentz gedruckt und geendet uff dem xxviij dage des mercz. Anno. Mcccc.lxxxv. (*dest*) Herbarius iste impressus est Moguntiae. Anno. M. cccc. lxxxv. *Duo scutula rubra cum insignibus* Schoyfferi, *ut in* Bibliis Moguntinis *vidimus, adcedunt ; nec aliud expressit Typographus.* In folio..... XII. C. 38.

Inter libros longe rarissimos hunc referre omnino par est. Vix enim haec editio innotuit *Alberto Haller,*

Digitized by Google

qui obiter eam memorat in *Bibliotheca Botanica Tom. I. pag. 239:* caeteri vero Bibliographi, saltem illi, quos ad manus habeo, nec verbum unum de ea faciunt. Prima hujus operis editio, prodiit *Moguntiae* anno 1484 in 4.o latino sermone conscripta. Citatur etiam a *Trewio* in *Botanologia pag. 18.* alia editio ibidem impressa anno 1483, sine figuris. Alia editio hoc anno 1485. prodiit *Patavii*, vel *Passavii*, in *Germania;* sed eam Typographi expresserunt ad formam Moguntinae ann. 1484 in 4.° Haec nostra editio charactere pereleganti germanico excusa est, absque signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Quaevis pagina 42 linearum est capax, licet nulla operis (si aliquas tantummodo excipias paginas, characteribus plenas) integra adpareat, ob figuras herbarum xylographicas, quae earumdem descriptionibus praefiguntur, addito tam latino, quam germanico nomine. Icones malis coloribus sunt depictae, multae non valde malae, et omnino ad naturam expressae. Capita sunt cccexlv. Initiales omnes, excepta prima, quae florens adparet, aliae rubro colore sunt depictae a Miniculario in vacuis spatiis.

HERCULANI IOANNIS. *Vide* Arculani.

HEREDIA PAULI DE. Quaestio, utrum intemerata virgo Maria fuerit concepta in peccato originali. *Praeit Auctoris Epistola nuncupatoria sub hac inscriptione:* DIVO INNOCENTIO OCTAVO PONT. MAX. PAULUS DE HEREDIA POST PEDUM OSCULA BEATOrum SALUTEM PERPETUAMQUE FOELICITATEM. *Opus terminatur hisce verbis:* Vale qui leges et ora pro nobis. Finis. *In sequenti folio occurrit* Carmen in cōmendationem operis.

Diva salutifero colimus data pignora partu
Et cadit in templis hostia multa tuis.
Sacra refert: cumulatq3 novis altaria donis
Datq3 uaporatis mystica uina focis:
Qui patrio pugnant tabo cecidisse minores
Nec tu libato palmite gemma tumes.
Aere ruēs pelagus p̄me uictor Heredia portū
Dum foedam generis nō trahit illa notam.
Ibis docte liber: sceleratas urere mentes
Iam potes: et tetricos pervolitare uiros.
Antonius Byaxander Siculus.

Huic subnectitur Registrum foliorum. *Post tres vacuas paginas adcedunt* DUAE EPISTOLAE Neumiae filii Haccanae, *et* Haccanae filii Neumiae, *in quibus manifeste ostenditur* Christum unicum omnipotentis Dei filium; verum fuisse Messiam. *Cum* interrogationes octo *seu* Petitiones Antonini Consulis urbis Romae Rabino Haccadae, *ex hebraico sermone in latinum conversae per eundem* Paulum de Heredia, *qui eas nuncupavit* ILLUSTRISSIMO AC SAPIENTISSIMO DOMINO. D. ENIGO DE. MENDOCZA COMITI TENDILLAE LEGATO Sacre (sic) Maiestatis regis Hispaniae. *In calce extat solummodo* Registrum..... XIII. A. 24.

Absque ulla typographica notitia. *Nicolaus Antonius* in *Biblioth. Veteri Hispana Tom. II. pag. 330,* memorat praesentem editionem, eamque tribuit alicui Italicae typographiae, exaratam circa finem Pontificatus *Innocentii VIII* apud quem *Paulus de Heredia* pro *Rege Hispaniae* fuit legatus. *De la Valliere Tom. I. pag. 270.* sic monet: *Ce livre paroît avoir été imprimé vers l' an 1480.* Sic etiam loquitur *Denis in suppl. pag. 624.* Opusculum instructum est nitido ac pereleganti rotundo

Digitized by Google

charactere, qui lineas occupat in quavis pagina 25. Inquirenti mihi nullus custos, aut foliorum numerus se obviam dedit; iis namque Typographus volumen instruere neglexit. Signaturas vero expressas comperi solummodo in prima operis parte. Initiales pleraeque minoribus excuduntur formis, quas Minicularius rubro colore majores reddidit; exceptis iis, quae in principio extant tam primae, quam secundae partis, quae auro, aliisque coloribus affabre pictae adparent.

—— Exemplar alterum..... XIII. D. 36.

HEREMITAE IOANNIS. *Vide* Cassiani Ioannis.

HERIVART GEORGII. Epistola ad Marsilium Ficinum. *Extat cum Epistolis* Ficini. *Vide* Ficini.

HERMANNI. *Versio latina ex arabico* Introductorii in Astronomiam Albumasaris. *Vide* Albumasaris.

HERMELLINI FELICIS. *Vide* Melleoli Felicis.

HERMETIS Centiloquium de Stellis. *Vide* Cl. Ptolomaei.
—— *Vide* Mercurii Trismegisti.

HERMOLAI BARBARI. *Vide* Barbari Hermolai.

HERODIANI. De numeris. *Graece. Extat hoc opusculum cum* Introductiva grammatices Theodori Gazae. *Vide* Gazae.
—— Excerpta de magno verbo, et deductiones difficulter inclinatorum verborum. *Insuper* De inclinatis, *et* encliticis, et coecliticis dictiunculis. *Graece*: *Extant* in Thesauro Cornucopiae. *Vide* Thesaurus.

HERODIANI. Historia de Imperio post Marcum, *ex versione* Angeli Politiani. *In primo folio occurrit:* ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIUM. VIII. PONT. MAX. PREFATIO IN HERODIANI HISTORIAM EX GRAECO IN LATINUM CONVERSAM, *quae desinit folio verso linea* 15, *eique subnectitur* Vale. *Sequenti folio incipit*, HERODIANI HISTORIAE DEIMPERIO POST MARCUM VEL DE SUIS TEMPORIBUS LIBER PRIMUS: EX GRECO TRANSLATUS ANGELO POLITIANO INTERPRETE: AD INNOCENTIUM. VIII. PONT. MAX. *Ad operis calcem haec verba notata fuere*: Finis Herodiani: libro4 octo de impio post Marcum: vel de suis tēporibus. Angelo Polliciano interprete: Romae impressi die. xx. Iunii. 1493. *Sequuntur* ERRORES IMPRESSORUM, *quibus* Registrum *subjacet*. In folio..... XII. C. 30.

Mittarellius in *Append Murian. Bibl. col. 193*, exemplum hujus editionis memorat, cui graecus textus praecedit, et Epistolae nuncupatoriae ad *Innocentium* VIII. subditur alia ejusdem *Politiani* Epistola ad *Andream Magnanimum*: ad calcem vero, post errorum emendationes, *Politiani monitum ad lectorem* occurrit. An revera graecus ille textus, et alia omnia ad Romanam editionem pertineant, absque codicis inspectione iudicare non ausim. Exemplar nostrum, et alia duo quae extant in hac *Regia Bibliotheca*, conveniunt cum aliis duobus ab *Audiffredo* visis, extantibus in *Casanatensi*.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... .. XIII. E. 21.
—— Exemplar tertium..... XX. F. 42.
—— Alia editio. *Opus incipit a titulo quod est hujusmodi.*

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO POST
MARCUM: VEL DE SUIS TEMPORI
BUS: E GRAECO SUMMA FIDE
ET DILIGENTIA AC DOC
TRINA TRANSLATAE
A POLITIANO.

Pagina secunda epistolam exhibet ad Andream Magnanimum, *quam excipit dedicatio ad* Innocentium VIII. Herodiani Historia *incipit tertio folio recto, eique praefiguntur verba quadratis formis expressa:* Herodiani Historiae de Imperio etc. etc. *In fine eodem pacto legitur:* Herodiani librorum octo etc. etc. *Postea vero minoribus typis,* Quod qdem opus novum et aureū Bazalerius de Bazaleriis accuratissime Anno dñi. M. cccc. lxxxx111. pridie Kalē Octob. Bononiae qpulcherrimis his characteribus Impressit. *His subditur* Registrum. In 4.°..... XIX. F. 20.
—— Exemplar alterum..... XIX. F. 21.

Herodoti Halicarnasei. Historiarum libri, *a* Laurētio Valla *e graeco latine traducti. Nuncupatoria Epistola extat in calce voluminis, forsan ob Compactoris incuriam, quae non tribus, uti* Debure n. 4747 *scripsit, sed quatuor constat foliis. Titulus hujusmodi legitur in fronte praedictae Epistolae.* Integerrimo Atq3 Optimo Patricio Nicolao Donato Benedictus Brognolus salutem plurimam dicit. *In fine voluminis notantur haec verba:* Herodoti Halicarnassei patris historiae traductio e graeco in latinū habita p uir4 eruditissimū Laurētiū Valēsē sīgularē nostris temporibus civē rōanū sub Nicolao V. sūmo pōtifice. Venetiis īpressū ē hoc opus p Iacobu Rubeū natione Gallicū. Anno dñi. M. cccc. lxxiiii. Nicolao Marcello Duce Ven. In folio. .... XII. C. 23.

Editio valde rara, quia prima hujusmodi versionis, quaeque commendatur ob nitorem characterum, elegantiam, et artem impressionis, ac soliditatem, albedinemque papyri. Paginarum apta dispositio lineas 35 oculis offert. Margines a quocumque signo liberi visuntur; initiales principes, una excepta parvo typo expressa, spatiis indicantur; reliquae ut plurimum parvis litteris suppletae fuerunt.

—— Alia editio. *In secundo folio recto* (*nam primum vacuum est*) Tabula libri Herodoti *exhibetur, praevio titulo:* Herodotus primo libro: quē Clius nomīe inscribit: haec et hujusmodi refert memorabilia, numero supra septuaginta. *Haec vero tabula XXIII.* folia conplectitur, *quam* sequitur opus *titulo subiectum:* Herodoti historici Incipit. Laurentii Vall conversio de Graeco in latinum. *Ad calcem primum haec legenda sunt:* Finit Liber nonus Herodoti q inscribit Caliope foeliciter. Finis. *Postmodum sequentes versus adparent:*

Miraris: fuerim cum scriptor ionicus: unde est
Q nunc Romanus perlegor Herodotus.
Magna quidem merito referenda est gratia Vallae
Ille meam pulchre transtulit historiam.

Digitized by Google

Res igitur priscas : memorandaq3 facta virorum
Qui cupit ex uno noscere : nostra legat.
Nam ne defuerint nostra exemplaria Romae ;
Arnoldi artifices consuluere manus.
In quibus Andreas Alcriensis Episcopus olim :
Extremam imposuit : nec sine laude limam.

Impressus Romae : in domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno Salutis. M. cccc. lxxv. die xx. mēsis Aprilis. Sedñ. Syxto. IIII. Pon. Max. Anno eius Quarto. Deo Laus. Registrum *penultimam occupat paginam.* In folio..... XII. F. 12.

Exemplar splendidissimum venustissimae editionis, quam *Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. xv. pag. 182* summopere commendat, observatque, quod (licet Typi hujus operis nihil differant ab iis, quibus antea cum *Sweynheymio* ipse *Pannartzius* utebatur, et quibus subinde frequentius usus est) in hoc tamen opere cudendo, accessiones, ac meliorationes quaedam factae sunt in quibusdam litteris, ut nunc editio elegantioris formae appareat, quam primum.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi* Herodoti *librorum nomina hoc pacto expressa leguntur :*

HERODOTI HALICARNASEI LIBRI NOVEM.

Clio	liber Primus
Euterpe	liber Secundus
Thalia	liber Tertius
Melpomene	liber Quartus
Terpsicore	liber Quintus
Erato	liber Sextus
Polyhymnia	liber Septimus
Urania	liber Octavus
Calliope	liber Nonus.

In folio secundo recto incipit TABULA HERODOTI *quatuor distincta columnis, quae XIII paginas complectitur. Sequitur Correctoris Epistola sub epigraphe :* Ant. Mācinellus Veliternus ad Reverendum aedis Geminianae Antistitem : Diviq3 Marci Canonicum Nicolaum Rubeum Venetorum Decus : omniumq3 bonarum artium et virtutis cultorem. *In prima pagina secundi fasciculi opus incipit titulo huic subiectum ;* HERODOTI HISTORICI INCIPIT. Laurentii Vallen. conversio de Graeco in latinum. *Qui titulus ornamentis, figurisque xylographicis exornatur ita elegantibus, ut vix amplius hac in re desiderari possit. Opere absoluto typographus notavit :* Herodoti Halicarnasei patris historiae traductio e graeco in latinum per virum eruditissimum Laurentium Valensem (sic). Venetiis impressa per Ioannem et Gregorium de Gregoriis Fratres. Anno domini. M. cccc. xc1111. die viii. Martii. *Adcedit* Registrum. In folio..... XX. H. 19.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi haec verba occurrunt :* Hoc volumen Haec Continet Isocratis Oratio de Laudibus Helenae e graeco In latinum Traducta Ioanne Petro Lucense Interprete. Tabula Herodoti In litterarum Ordinem Redacta. Herodoti Halicarnassei libri Novem e Graeco in Latinum Traducti Laurentio Vallense Interprete. *Absoluta* Isocratis *Oratione, sequitur sub*

Digitized by Google

novo signaturarum ordine Tabula Herodoti, *quatuor foliis contenta. In folio quinto incipiunt* HERODOTI HALICARNASEI LIBRI NOVEM. *Huic titulo subjecta sunt librorum nomina, ut in praecedenti editione observavimus. Opus terminatur folio 134. In eodem folio extat excusa Epistola* Antonii Mancinelli, *quam notavimus in superiori editione, et huic subjungitur* Registrum.
In folio..... .. X. E. 17.

Nulla typographica nota inhaeret huic editioni; at ex Epistola *Mancinelli* liquet Curatorem hujusmodi fuisse *Antonium Moretum Brixiensem*, qui *Venetiis* degebat. Hinc non immerito conjicere possumus, ibidem ipsam esse excusam ad exitum saeculi XV, uti impressionis forma demonstrat. Vide de hac re *Denis in supplemento* pag. 582.

—— Exemplar alterum..... XX. H. 18.

—— Vita Homeri, *graece. Extat cum operibus* Homeri, Florentiae 1488. *Vide* Homeri.

—— *Idem opus, latine*, Peregrino Allio *Interprete. Extat in collectione vitarum sub* Plutarchi *nomine. Vide* Plutarchi.

Herp Henrici. Speculum aureum decem praeceptorum Dei. *In folio primo extat duabus columnis excusa* Materiarum in speculo aureo p̄cepto4 divine legis fratris Heirici (sic) herp tractata4: sūmaria: ordĩata: quotataq3 annotatio, *quae terminatur folio decimo. Post folium vacuum, opus initium sumit a titulo:* Precepto4 Divine legis Speculum aureum: a devoto ac đdocto viro fr̄e Heīrico herp ordīs mīo4 de observantia ꝑ instructōē p̄dicato4 cōfesso4 aliorq3 christifideliū sb̄ forma Sermonū diligentissimo studio cōpositū: felicit' īcipit. *In medio primae columnae ultimi folii hanc notam adposuit Typographus*: Preceptorij legis divine Aureū speculū: venerandi patris Heinrici Herp: super decalogo ꝑ instructione (sic) p̄dicatorū: Confessorū: aliorūq3 christifideliū: sub forma sermonū compilatū: In urbe Basilea ꝑ Iohānem Froben de Hāmelburg artis impssorie studiosum exaratū: finit feliciter. Anno nonagesimo supra Millesimo quaterq3 centesimum. In 4.°..... II. D. 53.

Hervei Natalis, *seu*, Nedellec. *Vide* Natalis.

Hesiodi Ascraei Poetae. Theogonia, hoc est de generatione deorum opusculum = *Ejusdem* Aspis, hoc est de scuto Herculis opusculum = *Ejusdem* Georgicorum libri duo dicti Erga et Himerae. idest opera et dies. *In prima pagina folii primi ea, quae in hoc volumine continentur, opera tam graece quam latine disposita sunt hoc pacto:* Haec insunt in hoc libro. Theocriti. Eclogae triginta = Genus Theocriti et de inventione bucolicorum = Catonis Romani Sententiae paraeneticae distichi = Sententiae septem sapientum de Invidia = Theognidis megarensis siculi sententiae elegiacae = Sententiae monostichi per Capita ex variis poetis = Aurea Carmina Pythagorae = Phocylidae Poema admonitorium = Carmina Sibillae erythreae de Christo Iesu domino nr̄o = Differentia vocis = Hesiodi Theogonia = Ejusdem scutum Herculis = Ejusdem georcicon libri duo. *In aversa ejusdem folii facie legitur Epistola* Aldi Manucii Romani

Digitized by Google

Baptistae Guarino praeceptori suo, *in qua primum, quae opera in hac collectione comprehendantur, exponit; deinde pergit*: Si qua tamen leges incastigata magister doctissime tam hic quam in caeteris libris : quos ego ad communem studiosorum omnium utilitatem curo imprimendos (nam esse aliqua non eo inficias) non mihi imputes : sed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros. nam in quibusdam Oedipo coniectore opus esset. ita enim mutilati quidam sunt et inversi: ut ne ille quidem qui composuit si reviviscerct: emendare posset. Sed curaturum summo studio ut vel ipso exemplari imprimantur correctiores. Sic in Apollonio grammatico fecimus..... Sed periniqui sunt et ingrati si qui sunt qui me accusent. His ego nihil imprecarer : nisi ut quemadmodum ego : ita et ipsi curarent aliquando imprimendos graecos libros. Sentirent certe longe aliter. *Deinde incipiunt* Theocriti *opera, quae in recta folii 5o pagina terminantur.* Theocritum *excipiunt* Catonis *monita. Ultimum locum obtinent* Hesiodi *opera. In prima ultimi folii pagina haec tantum leguntur verba :* Impressum Venetiis characteribus ac Studio Aldi Manucii Romani cum gratia etc. etc. M.cccc.xcv. Mense Februario. *In postica vero pagina* Hesiodi *operum elenchus habetur.*
In folio..... XVIII. G. 7.

Editio elegantissima haec, et rarissima, typo nitido admodum, et praestanti expressa, bibliothecarum cimeliis merito adnumeratur; eaque emendari posse quasdam lectiones in recentioribus *Hesiodi* editionibus *Heinsius* in exemplo, quod *Fabricii* postea fuit, docuit. Totum volumen 140 foliis constat. Initiales litterae florentes ligno elegantissime incisae conspiciuntur. Custodes, et signaturas adponi curavit Typographus. Paginarum numeri desiderantur. Charta tam albedine, quam nitore, ac marginum amplitudine superbit.

—— Georgica, *et* Theogonia. *In primo folio recto sequentia verba leguntur:* Hoc in volumine haec opuscula continentur. Theocriti Bucolica per Phileticum e Graego (sic) traducta Ad Federicum Urbini ducem = Hesiodi Ascraei Georgica per Nicolaum de Valle Patritium Romanum e Graeco in Latinum conversa: ad Pium secundum Pontificem Maximum = Hesiodi Theogonia per Boninum Mombritium Mediolanensem e Graeco in Latinum cõversa : ad Borsium Estensem Ferrariae Marchionem. *In postica facie ejusdem folii habetur Elegiacum carmen* Philetici invicto principi Federico duci Urbinate. *Folio secundo incipit* Theocriti *opus, et terminatur folio XXII. Sub novo signaturarum ordine* Hesiodi *opus initium sumit, quod absolvitur folio XXXIV. sine ulla subscriptione.*
In 4.°..... X. B. 26.

Hujusmodi editionis mentionem faciunt *Maittairus pag. 752,* et *Crevenna Tom. III. pag. 102,* qui non dubitat ante annum 1500 esse excusam. Typus rotundus praestanti chartae imprimitur. Desunt custodes, et foliorum numeri. Lineis 30 paginae instructae sunt, et pro initialibus parvas litteras Typographus expressit. In marginibus notulae habentur atramento subalbido manuscriptae, eodemque charactere in calce voluminis subscriptio Possessoris legitur, scilicet *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.*

—— Exemplar alterum..... XII. A. 6.

HEVRES ALUSAGE DE ROME. *Vide* Officium B. M. V.

HEYTUSBERI. *Vide* Hentisberi.

Digitized by Google

H I

Hiberniae F. Mauritii. *Vide* Portu Hiberniae.

Hibernia Thomae de. Manipulus Florum. *Is titulus extat in medio primae paginae folii primi. In secundo folio* Incipit manipulus florum compilatus a magistro Thoma de hibernia ordinis praedicatorum. *Opere absoluto legitur :* Explicit manipulus florū compilatus a magistro Thoma de hibernia. Impressum Venetiis per magistrum Ioannē rubeū uercellēsem die uigesimo mensis decembris. Finis. Deo gratias. *Adcedit* Registrum, *dein* Tabula *ordine alphabetico disposita.* In 4.° ..... II. A. 28.

Sine nota chronologica; sed circa annum 1492 prodiisse hanc editionem autumant. *Denis in Supplem. pag. 583, et Maittairus pag. 447.*

—— Exemplar alterum ..... II. A. 29.

—— Exemplar tertium ..... II. A. 30.

Hieremiae Petri. Divinum opus. Scilicet, Sermones in adventum domini = Sermones de peccato = Sermones de fide = Sermones de penitētia = Sermones de oratione = Sermones dominicales per totum annum = Sermones de sanctis. *Haec verba occurrunt in folio primo recto ; postica facie habetur Epistola* Fratris Benedicti Britānici Brixiani : Fratri Thomae Calvisano theologo. *In calce Sermonum typographus notavit :* Sermones aurei excellentissimi Petri Hieremie feliciter expliciunt : cum expositione orationis dominice et tractatu de legibus : loco sermonum dominicalium qui nequiverant haberi diligenti cura Iacobi Britānici calcographati (sic) : et solerti castigatione Venerandi doctoris Patris fratris Hieronymi da Bargnano digesti die viij. Octobris. M. cccccij.
In 4.° ..... III. B. 21.

Hieroclis. Opusculum in aureos versus Pythagorae. Ioanne Aurispa Interprete. *In prima pagina occurrit* AD NICOLAUM PONTIFICEM. V. AURISPAE IN HIEROCLEM PRAEFATIO, *in qua praeter caetera dicit versus prorsa oratione retulisse : Huic praefationi subnectitur operis titulus hoc pacto:*

HIEROCLIS PHILOSOPHI STO
ICI ET SANCTISSIMI IN
AUREOS VERSUS PY
THAGORAE OPU
SCULUM PRAE
STANTISSI
MUM ET
RELI
GIO
NI

Digitized by Google

CHRISTIANAE CONSENTA
NEUM INCIPIT

Id duo priora folia complectuntur, nam operis initium in prima tertii folii pagina habetur; finis vero in prima pagina folii 91, eique subduntur verba:

FINIS
LAUS DEO
AMEN.

DUCE VIRTUTE ET COMI
TE FORTUNA

In aversa pagina haec expressa cernuntur:

HIEROCLIS PHILOSOPHI STO
ICI ET SANCTISSIMI IN
AUREOS VERSUS PY
THAGORAE OPU
SCULUM PRAE
STANTISSI
MUM ET
RELI
GIO
NI
CHRISTIANAE CONSENTA
NEUM HIC FOELICITER
COMPLETUM EST AC
IMPRESSUM. ANNO
CHRISTI. M. CCCC.
LXXIIII. PATA
VII. XV. KA
LENDAS
MA
IA
S
BARTHOLOMAEUS DE VAL
DE ZOCCHIO F. F.
TELOS

In 4.° minori..... XII. B. 45.

Editio princeps, cujus summa raritas et elegantia perspectae jam sunt.

—— Alia editio. *Praemittitur* AD NICOLAUM PONTIFICEM. V. AURISPAE IN HIEROCLEM PRAEFATIO. *Ad calcem epistolae* Aurispae, *quae in*

Digitized by Google

postica pagina secundi folii terminatur, haec characlere majusculo leguntur:

HIEROCLIS PHILOSOPHI
STOICI ET SANCTISSIMY
IN AUREOS VERSUS PI
THAGORAE OPU
SCULUM PRAE
STANTISSI
MUM ET
RELI
GIO
NI
CHRISTIANAE CONSEN
TANEUM INCIPIT

Ad calcem operis legitur

FINIS
LAUS DEO
AMEN
DUCE VIRTUTE EN CO
MITE FORTUNA
HIEROCLIS PHILOSOPHI
EN SANCTISS. IN AUREOS
VERSUS PYTHAGORAE O
PUSCULŪ PRESTANTISS.
ET RELIGIONI
CHRISTIANAE
CONSENTANEUM HIC FE
LICITER CŌPLETUM EST
AC PER INGENIOSŪ VIRU3
ARNOLDUM
PANNARTZ
ROMAE IMPRESSUM IN
DOMO CLARI CIVIS PETRI
DE MAX.
ANNO INCARNATI
VERBI. M. CCCC
LXXV. DIE. XXI.
SEPT. SEDEN
SIXTO. IIII
ANNO
EIUS
V.

In sequenti folio recto habetur Registrum hujus libri In 4.° minori. XII. B. 48.

Haec editio videtur esse imitatio elegantissimae editionis Patavinae, quam supra notavimus. Ipsa quoque nedum venustate, sed raritate praestat.

Digitized by Google

S. Hieronymi. Tractatus, et Epistolae *ex recognitione* Io. Andreae Episc. Aleriensis, *cujus Epistola anepigrapha ad* Paulum II. *occurrit in primo folio recto, et incipit:* Sacrosantam Romanam Ecclesiam etc. etc. *In ea legimus* Opera S. Hieronymi *collecta fuisse a* Theodoro Episcopo Tarvisino. *Expleta Epistola* Tabula *exinde adcedit, quae cum* Hieronymi Vita *subjecta, 15 paginas non integras comprehendit. Ex hoc indice, tam praesenti, quam aliis editionibus praefixo, patet non solum* Hieronymi, *verum et aliorum Epistolas, et Scripta in hoc volumine reperiri, scilicet* Epiphanii, Ruffini, Theophili, Pammachii, *et* Oceani, Anastasii Papae, Augustini, incerti Auctoris, Damasi, Chromatii, *et* Heliodori. *Folio igitur XI. opera incipiunt ab* Expositione Symboli Ruffini presbyteri ad Laurentium Papam. *Ad voluminis I. calcem extat* Sermo Petri Pauli Vergerii *in laudem operum* S. Hieronymi. *Volumen II. initium sumit ab Epistola anepigrapha* Andreae Aleriensis ad Paulum II., *quae duas plagulas, et 5. lineas sequentis paginae amplectitur; eique subnectitur* Tabula, *quae sex folia comprehendit; sed ultima eorumdem pagina vacua superest. Auctores, qui praeter* Hieronymum *in hoc volumine occurrunt, sunt* Damasus, Origenes, Chromatius, Heliodorus, Paulinus, Therasia, Eusebius Discipulus S. Hieronymi, Augustinus, Cyrillus Hierosolymitanus. *Ad calcem integri operis legitur:* Eusebii Hieronymi doctoris eximii secūdum epistolarum explicit volumen. anno christi. M.CCCC. LXVIII. Indictione prima. die vero. xiii. mensis decembris. Pontifice maximo Paulo regnante secūdo: anno eius quinto. Rome in domo magnifici viri Petri de Maximo.
In folio magno. Tom. II..... I. I. 10.-11.

Exemplar integerrimum, nitidissimumque primae hujus splendidissimae editionis, magno charactere rotundo eleganti expressae, cuius charta praestantissima quoque est, signaturis, custodibus, et foliorum numeris destituitur. Typographus omiserat inscriptiones, et initiales *Epistolarum et Tractatuum*, sed Calligraphus colore rubro primas, rubro, et caerulco secundas supplevit; principes vero auro, variisque coloribus illuminavit. Nec in primo, nec in secundo volumine occurrunt noti versus: *Aspicis illustris lector* etc. contra ac scribit *Maittairus. Braun P. I. pag. 39* adserit in hac editione desiderari librum de *viris illustribus*, quod omnino falsum est. Confer circa hanc editionem *Audiffredum pag. 12.*

—— Exemplar aliud *integerrimum, atque nitidissimum, cum litteris initialibus depictis, et auro ornatis.* Tom. II..... XIII. H. 13. 14.

—— Alia editio. *Tomus I. incipit ab Epistola* Io. Andreae *ad* Paulum II. *his verbis:* Io. Andree epi Alerieñ ad Paulū. II. Venetum Pontificem Maximū in epistola4 divi Hieronymi primi uoluminis recognitionem Epistola. *Haec folii secundi prima pagina, linea VII. terminatur, et eidem subditur tabula, in qua, legitur:* quid lector in presenti volumine sperare queat: edocebitur. *In aversa folii V. pagina, linea V. sequitur* Divi Hieronymi vita que communiter legitur sub autore incerto non satisfaciens meritis tanti doctoris. *Folio X. recto incipit prima Epistola, in cujus fronte extat titulus:* Expositio Symboli Ruffini Aquileieñ presbyteri ad Laurentium papam. In qua singulos articulos fidei noui et veteris testamenti autoritatibus cōfirmat: et hereses contrarias destruit. *Ad calcém hujusmodi voluminis:* Impressum Rome opus In domo Petri et Francisci de Maxi-

Digitized by Google

mis. iuxta campu Flore. presidentibus magistris Conrado Suueynheym et Arnoldo Pānartz. Anno dominici natalis. M. CCCC. LXX. S. d. n. Pauli II. Veneti Pont. Max. āno. VI. Vrbe et Ecclesia florente. *Tomus secundus reliquas* S. Doctoris Epistolas, *et* Tractatus *continet; et alia* Aleriensis *Epistola ad* Paulum II. *praemissa est. Opus finitur hisce verbis*: Impressum Rome opus In domo Petri et Francisci de Maximis. iuxta campum Flore presidentibus magistris Conrado Suueynheym et Arnoldo pannartz. Anno dominici natalis. M.CCCC.LXX. S. d. n. domini Pauli II. Veneti Pontificis Maximi Anno VI. Vrbe et Ecclesia florente. In folio Tom. II..... I. I. 14. 15.

Haec est secunda hujus operis editio, ex eadem officina, cura et recognitione *Episcopi Aleriensis*, admodum similis praecedenti, an. 1468 in iis, quae ad Typographi artificium, et chartam spectant, in reliquis non parum differt. *Richardus Simonis Select. Epist. T. I. Epist. 4. Dominicus Vallarsius in Praefat. ad Veronens. Operą S. Hieronymi Edit. et Ioan. Fabricius* in *Bibl. Lat. P. II.* binas illas editiones pro una eademque habuerunt; et priorem tantum tomum impressum dixerunt anno 1468, posteriorem vero an. 1470. *Cardinalis Quirinus de Optim. Script. Edit. pag. 122*, ex diligenti collatione voluminum anno 1470 editorum cum alio, quod notam anni 1468, gerit, certiorem se fuisse factum scribit, *ipsa volumina unam eamdem componere editionem, licet exemplaria nonnulla typographo libuerit anni 1468 indicio signare, reliqua vero anni 1470, profecto ut venaliora redderentur.* Ast *Audiffredus in Cat. Edit. Rom. pag. 53 et 54*, praesentem editionem novum esse laborem *Conradi* et *Arnoldi*, aliumque plane ab eo, qui anno 1468 signatur, ex pluribus utriusque editionis differentiis, maxime in secundo volumine repertis, demonstrat. In hac editione, ut *Audiffredus* iam observavit *pag. 56*, deest *Chromatii, et Heliodori Epistola ad Hieronymum*, deest etiam *liber de ortu B. M. Virginis, qui a Matthaeo Evangelista editus dicebatur*, cum responsione *B. Hieronymi, et* expositione *Historiae Annae et Ioachim*, quae in editione anni 1468, plus quam V. folia cum dimidio occupant. Miniciarius, qui omissas initiales rubro, vel caeruleo colore in hisce duobus nitidissimis exemplaribus supplevit, principes auro coloribusque variis depinxit; idem primam operis paginam eodem pacto adfabre ornavit floribus, figuris, stemmate.

—— Exemplar alterum..... I. I. 16. 17.

—— Alia editio, *quae cum descripta plurimum convenit. In volumine I. occurrunt primo loco Epistola* Andreae Aleriensis, Tabùla, *et* Vita S. Hieronymi, *quae primum fasciculum X. foliis constantem occupant. Ad calcem hujusmodi 1. voluminis Typographus haec adnotavit*: Impressum Rome In domo nobilis viri Petri de Maximis iuxta Campum Flore. Presidente magistro Arnoldo Pannartz. Anno dñici natalis. M.CCCC.LXXVI. Die vero. xxviii. Martii. Sedente Sixto IIII. Pontifice max. Anno eius quinto. *In secundo volumine praeit eadem Epistola* Io Andreae *ad* Paulum II., *quae legitur in duabus praecedentibus editionibus; eamque sequitur index, qui habetur in secunda. In calce*: Epistolarum beati Hieronymi pars secunda: Impressa Rome per uenerabilem uirum magistr4 Georgiū Laur de Herbipoli: sub anno dñi. M. CCCC. LXXIX. die vero lune: qnta mēsis Aprilis: Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia Pape quarti anno ejus octavo finit feliciter. In folio magno. Tom. II..... I. I. 12.-13.

Norunt omnes non uno eodemque anno prodiisse tomis duobus hoc opus, cujus rei ratio fuit, quod: *Arnoldo Pannartz anno 1476*, peste, ut putatur, consumpto, secundam partem, ex eodem prorsu charactere, impresserit *Georgius Laur* anno 1479. Vide *Laire* pag. 229. *De la Valliere I. pag. 161. Seemiller I. pag. 98.*

Digitized by Google

—— Alia editio. *Opera incipiunt in folio secundo recto ab* Expositione symboli ad Laurentium. *Ad calcem voluminis I. legitur:* FINIS PRIME PARTIS. *Tabula adcedit, quae volumini praefigi debuerat, ut ex verbis, quae tabulae secundi voluminis praeeunt, adparet. In fine hujus tabulae paucis verbis lectores monet Editor finem volumini imposuisse (licet alia eidem inseri debuissent) ne voluminis modum excederet.* Registrum *postea occurrit. Ad calcem voluminis II. haec legenda occurrunt:* Elegantissimas Divi Hieronymi Epistolas: Antonius Bartolomei Venetiis feliciter Impˢssit. M. cccc. lxx. vi. Die xxii. mensis Ianuarii. FINIS. In folio magno Tom. II..... XIII. H. 11-12.

Nullus custos, vel foliorum numerus adparet in hoc opere litteris gallo-francis, sed admodum nitidis, in gemina columna excuso. Lineae 68 in columnis integris reperiuntur. Typographus usus est charta firma, et alba, cui margines perampli supersunt: Initiales a Minicolario rubro et caeruleo colore, spatiis hac de causa relictis ab Excusore, insertae sunt; sed principes in I. et II. volumine elegantissime auro, et coloribus idem Minicolarius illuminavit, ornavitque. In hac editione liber de *viris illustribus* cum *Gennadii* supplemento excuditur.

—— Exemplar alterum *in I. vol.*..... I. I. 20.

—— Alia editio *In primo volumine primus fasciculus comprehendit* Tabulam, *et* Vitam S. Hieronymi. *In folio primo recto secundi fasciculi opera incipiunt pro more ab* Expositione Symboli *sub titulo:* Expositio Symboli Ruffini Aquilegiensis praesbyteri ad Laurentium papam: in qua singulos articulos fidei novi ac veteris testamenti auctoritatibus confirmat: et haereses contrarias destruit. *In fine hujusmodi I. vol. legitur:* Divi Hieronymi Epistola4 Partis primae volumen feliciter finit. Die. xviii. Ianuarii. M. CCCC. LXXX. *Primus fasciculus II. voluminis continet* Tabulam, *et* Opera *incipiunt in prima pagina secundi fasciculi, praeceditque titulus:* Divi Hieronymi Epistola4 Tertius Secundae Partis tractatus continens epistolares expositiones quorundā Psalmo4 et cantici cantico4 secundū Origenē e graeco traductum. *Ad calcem voluminis, et integri operis haec legenda occurrunt:* Divi Hieronymi Religionis Ecclesiasticae doctoris eximii huic secundo Epistola4 volumini finis imponitur. Quod quidem opus una cum priori volumine in urbe Parmensi diligenter et emendatum et impressum est. Anno Natalis dominici. M. CCCC. LXXX. Idibus Madiis. In quo qᵘdē opere: ut diligens poterit lector advertere: multi et Tractatus et Epistolae: qui in caeteris īpressionibus minime reperiuntur: inserti fuere τελος.
In folio magno Tom. II..... I. I. 1. 2.

Editionem hanc pulcherrimam, nitidissimamque, praecedentibus auctiorem, ab *Andrea Portilia* excusam fuisse aliqui Bibliographi autumant; at post illos *Cl. Affò Saggio pag. 72 et sequent. eam tribuit Ugoleto. Gennadii Supplementum* in hac etiam reperi. Initiales parvae inerant in opere; sed Minicolarius caeruleo, vel rubro colore easdem supplevit. Tam in I. quam in II. Vol. prima littera auro, et coloribus variis illuminatur, et in II. Vol. in ora inferiori marginis primi folii stemma gentilitium auratum, coloribusque depictum cernitur.

—— Exemplar alterum..... I. I. 3. 4.

—— Alia editio *Tomus I.* a Tabula *incipit*, *quae cum* Vita S. Doctoris

Digitized by Google

primas quinque impressas plagulas complectitur. Tabula *absoluta incipit:* Expositio Symboli Ruffini Aquilegiēsis praesbiteri ad Laurētiū papā: In qua singulos articulos fidei novi ac veteris testamēti auctoritatibus cōfirmat. et haereses contrarias destruit. *Ad calcem tomi legitur:* Divi Hieronymi Epistolarum Partis primae volumen foeliciter finit. *Tomus II. a* Tabula *pariter incipit IV. foliis comprehensu. Operibus titulus praeest:* Divi Hieronymi Epistolaꝝ Tertius Secūdae partis tractatus continens epistolares expositiones quorundā Psalmoꝝ et Cantici canticoꝝ secundū Origenem e graeco traductum. *Ad calcem τελος, exīde* Divi Hieronymi religionis ecclesiasticae doctoris eximii huic secūdo epistolaꝝ volumini finis īponitᵘ. Quod quidē opus una cū pᵐori volumīe in urbe Venetiaꝝ diligenter ēmēdatū et impressū est per Andream de Toresanis de Asula Anno natalis dñici. M. CCCC. LXXXVIII. Idibus madiis. *His subjacet signum rubrum Typographi alibi notatum.* In folio..... I. I. 18.

In hac etiam editione, quae Parmensem imitatur, extat *Gennadii Supplementum.*

—— Exemplar alterum..... I. I. 19.

—— Alia editio. *Praecedunt in I. Vol.* Tabula, *et* Vita S. Hieronymi, *quae occupant V. priora folia. Titulus operis ita exprimitur:* Expositio Symboli Ruffini Aquilegiensis praesbyteri ad laurentium papam: In qua singulos articulos fidei novi ac veteris testamenti auctoritatibus confirmat: et haereses contrarias destruit. *Ad calcem:* Divi Hieronymi Epistolarum Partis primae volumen foeliciter finit. *In volumine II. post* Tabulam, *quae IV. plagulas occupat, opus initium sumit a titulo:* Divi Hieronymi Epistolarum Tertius secundae partis tractatus continēs epistolares expositiones quorūdam Psalmorum et cantici canticorum, secundum Origenem e graeco traductum. *In fine voluminis post τέλος notavit Typographus:* DIVI Hieronymi religiōis ecclesiasticae doctoris eximii huic secūdo epistolaꝝ volumini finis īponitᵘ. Quod qᵘdē opus una cū priori volumine in Urbe Venetiaꝝ diligenter emendatum et impressum ē per Bernardinū de Benaliis Bergomensem Anno natalis dominici. M. CCCC. LXXXX. die. xiiii. Iulii. In folio maiori. Tom. II..... I. I. 5. 6.

In hac etiam editione reperitur *Gennadii* Supplementum.

—— Exemplar alterum..... I. I. 7. 8.

—— Exemplar tertium in I. Vol. Compactum..... I. I. 9.

—— Alia editio. *Praecedit* Tabula, *duabus excusa columnis, non secus ac totum opus impressum est, quae terminatur circa medium folii VI. In folio VII. incipit* Divi Hieronymi vita: que cōmuniter legitur sub auctore incerto: nō satisfaciēs meritis tanti doctoris. *Haec in folio IX. recto absolvitur, et in postica pagina ejusdem occurrit Sapphicum carmen, cujus titulus, majusculis formis gallo-francis excusus, ita legitur:* Narrat beatᵘ hieronymᵘ vitā quā

Digitized by Google

tenuit in heremo. *In prima columna X. folii recti incipit* Expositio symboli Ruffini Aquilegiēsis p̄sbyteri ad Laurentiū papā. In q̄ singulos articulos fidei novi ac veteris testamēti auctoritatib⁹ cōfirmat: et hereses cōtrarias destruit. *In calce operis legitur: τελος, dein* Epistole beati Hieronymi christianissimi doctoris omnes vno volumīe cōtente: bene vise in famosa civitate Nurnberg per Anthoniū Koberger impresse Anno salutis millesimo q̄dringentesimo nonagesimo qnto. xij. die mēsis Novembris: finiunt feliciter. In folio..... II. I. 19.

—— Alia editio. *In medio folii I. legitur majusculis typis*: Epistolae Sancti Hieronymi. *In folio II. Incipit* Tabula, *tam primae, quam secundae partis quae folio IV. absolvitur. In folio V. verso occurrit Registrum. Opus initium sumit folio VI. ab* Expositione Symboli etc. etc. *In fine primae partis*: Divi Hieronymi epistola4 Partis primae volumē feliciter finit Die. VII. Ianuarii M. cccc. xcvi. *Sub eodem signaturarum ordine, ac foliorum numeratione incipit secunda pars; et in fine ejusdem*: Divi Hieronymi religionis ecclesiasticae doctoris eximii huic secundo epistolarum volumini finis imponitur. Quod quidem opus una cum priori volumine in urbe Venetiarum diligenter emendatum et impressvm est per Ioannem rubeum Vercellensem Anno domini. M. cccc. lxxxxvi. die. xii. Iulii. *Sequitur etiam sub eodem signaturarum ordine, ac foliorum numeratione* Regula monacho4 ex variis epistolis atq3 trà-ctatibus beati hieronymi excerpta: et per quēdam lupum de oliveto hispanū monachū in certis capitulis rubricisq3 distincta: quam martinus qntus pōtifex maximus approbavit et in sua bulla scripta ipsius ordīs pfessoribus observandam tradidit sicut exemplum bullae infra subjectum ostendit. In folio... II. I. 20.

—— Exemplar alterum..... II. I. 21.

—— Exemplar tertium..... II. F. 7.

—— Exemplar quartum..... II. F. 8.

—— Alia editio. *In folio primo recto legitur, ut in praecedenti editione,* Epistole Sancti Hieronymi. *In secundo folio* INCIPIT tabula epistolarum Beati Hieronymi praesbyteri. Tam primae q̄ Secundae partis; *qua absoluta folio IV adcedit* Registrum *in folio V. verso;* et *folio VI. opus incipit ab* Expositione Symboli Ruffini Aquilegiensis etc. etc. *In fine primae partis haec verba leguntur*: Divi Hieronymi epistolarum partis primae volumen feliciter finit. Die. vii. Ianuarii. M. cccc. xcvi. *In fine secundae partis*: Divi Hieronymi religiōis ecclesiasticae doctoris eximii huic secundo epistolarum uolumini finis īponit⁹. *In sequenti folio* Sequitur regula monachorum etc. etc. *ut in praecedenti. In fine hujus nulla subscriptio, sed legitur tantummodo* Amen.
In folio..... II. I. 9.

Structura characteris hujusmodi editionis, quae notam loci, et Typographi haud affert eadem omnino deprehenditur in praecedenti editione. Insuper excepta impressionis forma, nam haec duplici columna, illa vero una tantum imprimitur, in reliquis una eademque est typographica occonomia quoad numeros foliorum, signaturarum, et linearum, quae paginas implent. Ex iisdem igitur praelis *Ioannis Rubei Venetiis* hanc editionem prodiisse non immerito conjicimus.

—— Exemplar alterum..... II. F. 10.

Digitized by Google

—— Exemplar tertium..... II. F. 11.

—— Exemplar quartum..... II. F. 12.

—— Alia editio, *in II. voluminibus, ex recensione* Mathiae Palmerii. *In summitate primae columnae folii primi legitur titulus nuncupatoriae Epistolae sic inscriptus:* PAULO. II. SUMMO PONTIFICI. MATHIAS PALMERIUS FELICITATEM. *Absoluta Epistola in medio secundae columnae ejusdem folii, sequitur* Aristeas ad philocratem fratrē de lxx. interpretibus Per Mathiam palmerium pisanum e greco in latinum versus. *Post* Aristeae *opusculum, quod terminatur in medio primae columnae folii XIV aversi, occurrit in secunda columna* Theodori Laelii Piceni *elogium, cujus brevis Praefatio, quae est de Tabula* Epistolarum S. Hieronymi, *incipit sequenti folio XV, deinde sequitur ipsa* Tabula, *ac* Registrum Quinternionum, *qui sunt XXXV. Haec omnia XX foliis continentur. Textus S. Doctoris excuditur hoc pacto in medio I. columnae folii XXI recti:* IHI QUIDEM FIDELISSIME. PAPA. LAURENTI. *In calce voluminis legitur:* FINIS PRIME PARTIS. *Volumen II. initium sumit ab Elogio supra relato* Theodori Laelii, *quod excuditur in una tantum columna impressa folio primo verso. Folia autem Indicis hujusmodi II. vol. sunt VII, et Quinterniones eiusdem XLIV. Post duo folia vacua Textus incipit in medio primae columnae hoc modo:* RIUS TE CIPRIANE PRESBITERORUM STUDIO. *Volumen terminatur in medio secundae columnae ultimi folii recti hisce verbis:*

FINIS SECUNDI VOLU
MINIS EPISTOLARUM
BEATISSIMI HIERONY
MI.
VERITAS VINCIT
· IA · RU

In folio. Tom. II..... XI. C. 1. 2.

Catalogus Smithianus pag. 222 appellat editionem hanc *forsitan principem*, sicuti et *Catalogus Dom. Ghenson pag. 583. Maittairus pag. 305* sigla illa IA RU in calce secundi voluminis interpretatur *Iacobus Rubeus. De la Valliere tom. I. pag. 160*, nescio quo argumento innixus, tribuit praesentem editionem *Ulrico Han.* Si curiosus quisquam, post diligenter expensum hujusmodi editionis characterem, oculos conjicit in libellum *de viris illustribus*, sub hominę *Plinii*, una cum libello *Sexti Rufi de Romana historia*, a *Sixto Riessinger*, vel *Ruesinger*, sine loci, et anni nota impressum, nec minimum quidem forsitan haerebit, in assignanda huic *S. Hieronymi* editioni eadem origine. Videbit certe, eorum opusculorum typos cum figura, tum magnitudine ita referre typos S. Hieronymi, ut vel eosdem esse, vel certe ab eadem manu utrosque fabricatos fuisse, fateri tandem cogatur. Quid autem sibi velint sigla illa. IA · RU. ad calcem secundi voluminis adjecta, non facile dixerim, nec facile dixerunt *Audiffredus pag. 14, et Giustiniano pag. 22*, qui posteriora sigla putarunt nomen Ruesingeri forsitan designare. Typographus enim, ipsi monent, vel est *Sixtus Ruesinger*, vel certe aliquis, qui Ruesingeriano charactere usus est: frater puta ipsius *Sixti*, vel aliquis ejusdem nepos. *Sixto* autem familiare fuisse ut et locum, et annum omitteret, demonstrant cum laudatus libellus de *Viris illustribus*, tum *Allegationes Lapi*, eodem charactere, ac is libellus, excusae, tum etiam *Lectura Bartholi super Digesto novo*, alio quidem charactere, sed priori maxime analogo, impressa,

Digitized by Google

in quibus operibus ipsius nomen tantum occurrit. Exemplar nitidissimum, perinde ac recens e prelo prodierit, editionis rarissimae sine numeris, signaturis, et custodibus: duabus columnis textus exhibetur, quarum unaquaeque lineas 50 continet. Charta satis firma, alba, et levigata, eiusque margines amplissimi sunt. Initiales desunt, nec Minicularius eas in spatiis supplevit.

—— *Italice. In prima pagina magnis gallo-francis typis haec leguntur expressa:* Vita epistole de sancto hieronymo vl⁹gare. *Secunda vacua est, tertia ornamento ligneo eleganti includitur, quod in semicirculari fronte* Deum Patrem *exhibet; inferius vero tabellam continet, quae ortum* S. Hieronymi *refert. Nota chronologica in lateribus* ornamenti adparet.

MCC.....XXX

CCL XIII.

Initium vitae S. Hieronymi *tabellae indicatae subest cum titulo*, Vita de sancto Hieronymo. *Haec tres complectitur plagulas, quas alia plagula excipit, et in prima facie magnis gallo-francis litteris legitur:* Epistola de san hieronymo vulgare; *in secunda ornamentum xylographicum a primo diversum, sequentia verba inclusa tenet:*

DEO
INVISIBILI. ET.
IMMORTALI

Inferius vero in spatio quadrato,

HERCULIS. ESTEN.
DUCIS. INCLYTI
AC INVICTISS.
FELICI. AUSPICIO
AC. LIBERALITATE
·MAXIMA· DIVI.
HIERONYMI
HOC. SACRATISS.
OPUS. IMPRESSUM
EST. FERRARIAE
· AN. SAL.
M. CCCC. LXXXXIIII

In sequenti pagina idem ornamentum occurrit, quod in prima observavimus; sed in fronte semicirculari legitur:

DIVO.
HIERONY.
· DIC.

Tabella subiecta bifariam divisa Hieronymum *ad* Damasum *scribentem primo exhibet, deinde* Hieronymi *Nuncium* Damaso *epistolam porrigentem, quae titulo subiecto* Expositionis fidei *consonant. Titulus enim est hujusmodi:* DIVO Hieronymo expone la fede a Damaso papa ne laquale molte heresie damna de la trinita et incarnatione del verbo Domādādo la suā fede essere approbata da lui. *In folio recto 248 subscriptio haec adparet:* Qui finisse la vita de sancto

Digitized by Google

Hieronymo cum le sue Epistole. Et de la cura de morti de Augustino. Et de la observazione del culto de la vera religione extracta da scripti del beato sancto Hieronymo. *His verbis imago* S. Hieronymi *subnectitur. Aversa pagina idem xylographicum ornamentum exhibet, quod secundo loco indicavimus, et inscriptionem hanc refert.*

· DE LA ·
OBSER
VATIONE
DEL. CULTO
· DELA· VERA·
RELIGIONE.
EXTRACTA
DA· SCRIPTI
DE· S. HIE
RONI
MO·

Opus quod sequenti pagina incipit, quae ornamento xylographico, in primo memoravimus, includitur; sed tabella alia operi consona repraesentat. Ad operis calcem legitur: Questa soprascripta regula di scō hieronymo fu finita di scrivere et di vulgarigiar⁹ da me fratte (sic) Matheo da Ferrara povero iesuato. Prego voi divoti lectori che p⁹gate idio per me o vivo o morto che sia. Et se alcuna cosa vi trovati non bene posta : p⁹go voi docti che prima diligētemente veduta et examinata cum migliore exemplo che io non hebbi coregiate. FINIS. Impressa è la presente opera cosi con diligentia emendata como (sic) di iocunde charactere et figure ornata ne la inclita et florentissima cita de Ferrara : per Maestro Lorenzo di Rossi da Valenza : ne gli anni de la salute del mundo. M.CCCC.XCVII. A di xii. de Octobre. Regnante et iuridicamente et cum humanita el felice et religiosissimo Principe messer Hercule Estense Duca secundo. Spechio de infrangibile fede. *Signum Typographi his supponitur, postea tabula quae XI fere columnas amplectitur. Folium postremum* Registrum *continet in priori facie, nihil vero in secunda.* In folio minori..... XIII. F. 8.

Raritas hujusmodi editionis, quae prima est italicae versionis, insignis est apud Bibliographos. Vide de hac re *Paitonum*, *Orlandium*, *Buraffaldium*, *et Haym.* Quamvis ex verbis impressis tantum discāmus *F. Matthaeum Ferrariensem Regulam S. Hieronymi* vertisse; *Epistolarum* etiam traductio a *Buraffaldio* et *Paitono* eiusdem esse dicitur, quod inficiari non ausim. Ex tribus notis chronologicis, quae in hac editione reperiuntur, prima respicere videtur, tempus quo ornamentum xylographicum, ubi expressa legitur, in antecessum exculptum fuit; secunda impressionis initium; tertia vero tempus quod impressio ob aliquam causam procrastinata, absoluta fuit. In hoc vero opere duplex in quavis pagina columna adparet pereleganti charactere plena usque ad numerum linearum 49. Tabellae xylographicae frequenter occurrunt, eodemque pacto exprimuntur initiales litterae. Inscriptiones in superioribus habentur marginibus, et numeri foliorum, ac signaturae suo loco cernuntur.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... ..... II. E. 15.
—— Exemplar tertium..... II. F. 14.
—— REGULA Composta per il Beato Hieronymo: E data ad Eustochio: Dove se Insiegna el modo e lavia: che tenere debiano le Sore nel suo Vivere. *Haec verba leguntur in medio folii primi. In folio secundo occurrit epistola, cujus titulus.* ANTONIO MARIA VISDOMINO A LA CHARISSIMA E DILLECTISSIMA MAGDALENA SUA SORE DEL TERTIO ORDINE DE SANCTO DOMINICO SALUTE NEL SIGNORE. *Data est* In Bologna adi. XXIIII. de Decembre. M. CCCCLXXXXIIII. *Terminatur folio IV. recto, et postica pagina incipit* PROLOGO IN LA Regula come vivere debiano le Sanctimoniale: La quale inscripse el Beato Hieronymo za (sic) vechio ad Eustochio et alc altre Vergine: et distinxela in Capituli. *Sequente folio V. verso* INCOMENCIANO LI Capituli sopra la regula o uero Norma come uiuere debbiano le sanctimoniale etc. etc. *In calce operis:* FINIS Finisse la utile e sancta Regula del beato Hyeronymo (sic) cū la Epistola cōtinente la vita de Asella uergine uulgaregiata ꝑ Antonio Visdomino: Ediligentemente Impressa in Bologna ꝑ lo accuratissimo impressore Caligula de Bazalerii Citadino Bolognese regnante lo Illustrio Signore Meser Ioanne Secondo de Bentivogli auctore e Conservatore dc la pace e Concordia: a di xxyiii de Martio. M·CCCC·lxxxxyiii. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum, scilicet circulus coronatus in quadrato xylographico, cum cruce duplici, et circa crucis hastam litterae* K· L· *visuntur.*
In 4.° minori..... XIII. A. 35.

Editio rarissima, et paucissimis Bibliographis cognita; nam excepto *Denis*, qui *pag. 446* de ea mentionem facit, alii de ea silent.

—— Opera Exegetica *tribus voluminibus comprehensa, et hoc ordine disposita, juxta Elenchum, qui extat in folio secundo recto voluminis I. et qui denuo occurrit post primum fasciculum ejusdem vol. Ita enim legitur:* Opera divi Hieronymi in hoc volu. cōtenta. Et Primo, Vita ipsius hieronymi = Hebraicarum quaestionum liber unus = Explanationum in Oscam prophetam libri tres = Explanationū in Ioelem prophetam liber unus = Prima explanationis in Amos ꝑphetam liber unus = Secunda explanationis in Amos ꝑphetam libri tres = Explanationum in Abdiam ꝑphetam libri duo = Explanationum in Ionam ꝑphetam liber unus = Explanationum in Michaeam ꝑphetam libri duo = Explanationum in Naum ꝑphetam liber unus = Explanationum in Abachuc prophetam libri duo = Explanationum in Sophoniam prophetam liber unus = Explanationum in Aggeum prophetam liber unus = Explanationum in Zachariam ꝑphetam libri tres = Explanationum in Malachiam ꝑphetam liber unus = Explanationum in Esaiam prophetam libri decem et octo = Explanationum in Hieremiam prophetam libri sex = Secundae explanatiōis in lamentationes hieremiae libri tres = Tertiae explanatiōis in orationem hieremiae liber unus = Explanationum in Ezechielem prophetam libri quattuordecim = Explanationū in decē visiones Danielis ꝑphetae liber unus = Explanationū

Digitized by Google

in Matheum evangelistam libri quatuor = Explanationum in Marcum evangelistam liber unus = Explanationū in epistolam Pauli ad Galathas libri quatuor = Explanationū in epistolā Pauli ad Ephesios libri tres = Explanationū in epistolā Pauli ad Titum liber unus = Explanationū in epistolā Pauli ad Philemonē liber unus = Explanationū in parabolas Salomonis libri tres = Explanationū in librum Ecclesiasten liber unus = Translatio psalterii iuxta hebraicam veritatem = Explanationum totius psalterii liber unus = Interpretatio hebraicorum nominum = *Eodem folio verso occurrit* EPISTOLA Illustrissimo principi. D. Herculi aestensi (sic) Ferrarie Duci : Gregorius de gregoriis servitutem suam cōmendat. *Opus sequenti folio incipit* a Vita Sancti Hieronymi. *In calce libri* Malachiae *extat prima typographica nota hisce verbis expressa*: finiunt explanationes. Beati Hieronymi in duodecim Prophetas : ea quippe Solertia ac Diligentia non minus in corrigēdo q imprimendo adhibita: quā sanctus sancto Afflatus spiritu doctor efflagitet. Impresse Venetiis per Ioannem et Gregorium de Gregoriis fratres Anno domini 1497. *In* Psalterio *iuxta hebraicam veritatem reperitur ad calcem* Psalmus Idiographus , *quem superius retulimus in* Bibliis ; *sed lectione diversus.* Psalterium *sequitur folium vacuum , deinde* Psalterii expositio *occurrit , cum textu eiusdem ; primaque ejus pagina ornamento xylographico ita eleganter exornatur , ut vix amplius hac in re desiderari possit. Ad calcem hujus expositionis haec notantur verba :* Finiūt īsignia haec atq3 p̄clarissima Divi Hieronymi op'a: ea quippe diligentia emendata quā divinus quo foecunda sunt spūs exigeret : Decens enim erat : ut quas dicēdi maiestate et prope Divino ingenio super tota scriptura sacra doctor sanctus explanationes ederat : exactissima quoq3 castigatione iucondisq3 (sic) charactheribus (sic) *in* lucem p̄diret : quo splēdori ac decori divinorū p̄pe cōmētariorum ex his quoq3 p̄sidiū afferretur. Habes itaq3 studiosissime lector Ioānis et Graegorii (sic) De Gregoriis fretus officio ea noviter īpressa cōmentaria: Unde totius veteris et novi testamēti ueritatē rectūq3 sensum quāfacillime appraehendere possis: quae si tuae omnino bibliotecae ascripseris magnā cōsequeris voluptatē: maioresq3 in dies fructus suscipies. Venetiis p̄ praefatos fratres Ioannē et Gregoriū de Gregoriis. Anno dñi. 1498. die. 25. Augusti. Cum privilegio p̄ nullus citra decem annos ea imprimere valeat nec alibi impraessa in terras excellentissimo uenetorum dominio subditas uenalia afferre sub poenis in ipso contentis. *Sequitur* Registrum *duabus paginis contentum , cui subditur Typographorum symbolum, alibi notatum , et post vacuam paginam ,* Descriptio nominum Scripturae Sacrae , *qua absoluta folium reperitur , aliud signum Typographorum exhibens in prima pagina ; nil vero in secunda.* Interpretatio nominum hebraicorum *tandem extat, quae duos postremos occupat fasciculos, et ad calcem eiusdem legitur tantum* FINIS.

In folio Tom. III. ..... II. I. 16. 18.

Exemplar nitidissimum, perinde ac si recens e prelo prodierit; integerrimum quoque, quod rarum est: nam omnia fere exemplaria hujusmodi editionis, quae a Bibliographis recensentur, defectum habent aliquorum tractatuum. *Bernardinus Gadolus,* qui editionem curavit, praefationes suas identidem prae-

Digitized by Google

fixit *Explanationibus.* Character rotundus, et gallo-francus adparet, 60 lineas in pag. continens; nam textus *Scripturarum* plerumque gallo-franco typo exprimitur. Initiales xylographicae, signaturae, inscriptiones in superioribus marginibus, et custodes habentur; minime vero foliorum numeri.

—— Prologi in Biblia. *Extant cum* bibliis. *Vide* Biblia.

—— Discordantia inter Hieronymum et Augustinum. *Vide* Barberiis Philippi de.

—— Incipit Aureola feliciter ex suavissimis salutiferisq3 floribus gloriosi cõfessoris atq3 doctoris Hieronymi ad Fabre (sic) contexta. *Laudatus titulus legitur in fronte opusculi. Primo tamen folio habetur Index XXX. capitulorum operis cum hac inscriptione:* Incipiunt capitula regule a beato Hieronymo edite pulcerrime (sic). *Post tricesimum capitulum aliud subjungitur cum hoc lemmate:* Sequitur Ca, xxxi. et ultimum sine titulo concludit regulã. *Ad hujus capituli calcem, quod incipit folio averso, et desinit in sequenti recto, legitur:* Finit Aureola sancti Hieronymi feliciter; *dein habetur* Registrum hujus libri. In 4.° ..... II. B. 24.

Editio est optimo charactere excusa *Eucharii Silberi*, foliorum lvi. sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus; et pro initialibus, parva elementa in spatiis adjecta sunt. De hac editione mentionem facit *Audiffredus pag. 362.*

—— Exemplar alterum ..... III. B. 17.

—— Alia editio, *cui desunt forsan Titulus, et Index. In fine operis legitur:* Obsecro quicũq3 hoc legis ut Hieronimi peccatoris memineris. Explitit (sic) doctrina beati Hieronimi ex suis operibus egregie dinervata et cetera. Gratia dei. Deo gratias. Amen.
In 4.° .... XIII. A. 43.

Frustra pulcherrimam editionem hanc apud Bibliographos praecipuos ego quaesivi; ut proinde magno in pretio liber habendus esse videatur. Ipsa vero non alio Typographo, quam *Hermanno Levilapide Vicentino*, vel alicui ejus haeredi, vel discipulo, adscribi tuto potest. Est enim idem character, eadem charta, eadem impressionis oeconomia, quo *Speculum Confessionis Antonii de Butrio* impressum *Vicentiae* anno 1476 ac alii varii libri, qui ex ejus officina prodierunt: si tantum excipere velimus initiales litteras, quae in opere *Antonii de Butrio* desiderantur, et in hac sunt parvis elementis indicatae. Numeri desunt, signaturae quoque, ac custodes. Opusculum est foliorum lxxiv, et in marginibus eorumdem notulae MSS. rubro charactere passim occurrunt.

—— Vita SS. PP. *Vide* Vitae Patrum.

—— Vita, Transito, e Miracoli di San Girolamo, *Italice. In prima pagina* COMINCIA LA TAVOLA SOPRA LA VITA EL TRANSITO ET GLI MIRACOLI DEL BEATISSIMO HIERONIMO DOCTORE EXCELLENTISSIMO, *quae tabula duo tantum folia occupat. In folio V.* COMINCIA LA VITA E LA FINE DEL GLORIOSO SANCTO HIERONYMO (sic) DOCTORE EXCELLENTISSIMO. *Absoluta vita S. Doctoris*, Incominciano certi miracoli de Sancto Hieronymo doctore excellentissimo de la chiesia de dio: quali fuorono (sic) facti ne la cita de Troja doppo la morte de sancto Hieronymo. *Adce-*

Digitized by Google

dunt elogia, sive de Hieronymo *testimonia ex* Damaso, Augustino, Prospero, Isidoro, Sigisberto, Sulpitio Severo, Cassiodoro, Sidonio, Beda, *et* Pelasio Romano Pontifice, *quibus oratio metrica tristichis expressa ad* S. Hieronymum, *subnectitur; hacque absoluta, legitur hoc tetrastichon:*

Qui si contien del glorioso e degno
Hieronymo: la vita el bel finire
Che fece a nostro exemplo per salire
Con verde palma nel beato regno.

Dein hexastichon Typographi Veneti, nempe

Quem legis, impressus dum stabit in aere character,
Dum non longa dies vel fera fata prement,
Candida perpetue non deerit fama Cremone,
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur.
Cedite chalcographi: millesima vestra figura est,
Archetypas fingit solus at ista notas.

M. CCCC. LXXIII. Nicolao Truno Duce Venetiarum Regnante Impressum fuit Hoc Opus Foeliciter. In 4.° ..... XIX. F. 9.

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 50.

—— Alia editio. DIVOTO TRANSITO DI SANCTO HIERONYMO RIDOCTO IN LINGUA FIORENTINA. *Haec laudata verba occurrunt in medio folii primi recti. In sequenti folio* COMINCIA LA TAVOLA SOPRA LA VITA ET TRANSITO ET MIRACOLI DEL BEATISSIMO HIERONIMO DOCTORE EXCELLENTISSIMO. *In folio IV. averso absolvitur* Tabula. *Incipit* Vita *in folio V. recto, praecedituque titulus:* Incomincia il Devoto Trāsito del Glorioso Sancto Hieronymo Ridocto in lingua Fiorētina. Et primo della sua sanctissima vita. *Post vitam adcedunt elogia* S. Hieronymi, *quibus oratio metrica subnectitur, hacque absoluta, legitur tetrastichon, ut in praecedenti editione. Deinde Typographus sequentia verba in 8 lineas tributa, subnexuit,* IMPRESSO fu questo divoto transito del glorioso Sancto Hieronymo in Firenze per Ser Frarcescho (sic) Bonacorsi a contemplatione delle divote persone: Ne lanno della salute. M. CCCC. LXXXX. Adi. XIII. di febrajo.

In 4.° ..... XIII. D. 45.

—— Alia editio. *Opus incipit a titulo:* Comencia la Vita del Glorioso sancto Hieronimo doctore Excellentissimo. *Vita absoluta, occurrunt eadem, quae in Veneta editione primo loco notavimus. Post Orationem metricam legitur:* DEO GRATIAS AMEN. *Deinde sequitur* Tavola nel libro del transito di sancto Hieronymo, *et hoc absoluto* FINIS *legitur; ac deinceps post quaternarium, ut in prima editione, subjunxit haec verba Typographus:*

Impressum Mediolani per
Magistrum Leo
nardum
pacchel
Anno
Domini. M.cccc.lxxxx. die. xx. Aprilis.

Digitized by Google

In 4.° ..... XIII. D. 44.

—— Alia editio, *quaeque complectitur ea omnia, quae in praecedenti Florentina occurrunt; exprimiturque iisdem rotundis typis. In calce :* Firenze a di 13 Febbrajo 1492. In 4.° ..... XIII. D. 37.

Hieronymi de Ferrara. *Vide* Savanarolae Hieronymi.

S. Hilarii Episcopi Pictaviensis. Libri XII. de Trinitate. *Adhaerent laudati libri* Tractatui Augustini de Trinitate, *in cujus fine typographica nota occurrit hisce verbis:* Venetiis feliciter impssus p Paganinū de Paganinis Brixiēsem. Anno dñi. M.cccc.lxxxix. die. xij. novēbris. *Adcedit post* S. Hilarii Tract. Boetii liber ad Symāchum q̄mō trinitas ē un' de' et non tres dij. *Insuper adcedunt* De trinitate carmina ex libro d' philosophie consolatione Boetii excerpta. *In fine* Laus: Altitonanti Deo. In 4.° ..... I. B. 15.

De hac editione Vide *Maittairum pag. 516. Mittarellum pag. 36*, et *Rossi pag. 45.*

Hildeshemensis Ioannis. Trium Regum Historia. *Vide* Magorum SS. historia.

Hippocratis. Opuscula, Andrea Brentio Interprete. *Opusculorum tituli in prima pagina hoc pacto exprimuntur :* Hippocratis de natura hominis = De victu = De tuenda valetudine = Medicinae lex = Hippocratis iusiurandum = Hippocratis demonstratio q' artes sunt = Hippocratis īvectiva in obtrectactores. Medicinae = Quae quidem opera ut latine et emendare (sic) legerentur Curavit Andreas Brentius Patavinus. *In secunda pagina hoc tetrastichon legitur:*

Francisco Dedo Venetorum
oratori.
Res variae a multis certatim dantur amicis
Grata recessuro munera Dedo tibi
Haec nos: quae venetum (sic) culto legat ore iuventus
Ingenii nostri munera parva damus.

Opusculis nuncupatoriae epistolae Andreae Brentii *praefiguntur, scilicet tribus prioribus opusculis ad* Sixtum IV, *Quarto ad* Oliverium Card. Neapolitanum, *Quinto ad* Ioannem Card. Novariensem, *Sexto ad* Hieronymum Trapolinum, *Septimo ad* Iacobum Sangenisium. *In postrema pagina* Registrum *foliorum extat.* In 4.° minori..... VIII. B. 27.

Absque ulla nota typographica. Paginas hujus libelli lineis 27 typi rotundi absolvi comperi; nullus signaturis, foliorum numeris, et custodibus locus destinatur; pro initialibus vero spatia relicta sunt a Miniculario implenda. Foliis 20 constat opus, quae lilio Florentino obsignantur, ob quam causam *Fossius Tom. I. pag. 790* praesentem editionem inter Florentinas recenset. *Audiffredus* aliam Romanam editionem horum opusculorum refert, quae certe a nostra non parum differt.

—— Opuscula *alia*, *scilicet* liber Secretorum, pronosticationis secundum

Digitized by Google

lunam in signis et aspectu planetarum, Capsula eburnea, Liber de elementis, *sive* de humana natura, Liber de aere aqua et regionibus, Liber de farmacijs, et Liber de insomniis a Petro Brentio *translatus. Omnia latine. Extant cum* Libris X. Rhasis ad Almansorem. *Vide* Rhasis.

—— De insomniis *latine versus ab* Andrea Brentio. *In folio primo averso occurrit Interpretis Epistola sub titulo :* Zachariae Barbaro Veneto4 oratori Andreas B. P. S. D. *In folio secundo recto alia ejusdem Interpretis epistola legitur sic inscripta :* XYSTO. PONT. MAX. ANDREAS Brentius Patavinus S. D. *Desinit haec epistola folio V. verso, tum immediate sequitur* Hippocrates de insomniis. *Absoluto opusculo in folio X. adcedit Epistola* Andreae Brentii ad Ni. Gupalatinum. *Terminatur in folio XV. recto, et eodem verso* IDEM (Brentius) *rationem reddit, cur verbum graecum* Ctesium interpretaverit Terrestrem.

In 4.° minori. *Extat opusculum compactum cum praecedenti....* VIII. B. 27.

Sine notis typographicis. Libri rarissimi mentio nulla est apud praecipuos rei bibliographicae Scriptores. Editio enim est perantiqua, ac nisi fallor, typis Romanis facta circa annum 1470. Desunt numeri, signaturae, custodes, initialesque litterae. Opusculum 15 foliis impressis constat, in quibus pagina quaelibet integra lineas 25 habet.

—— Libellus de Esse Aegrorum. *In folio primo recto extat Interpretis Epistola sub epigraphe :* Magnifico Patricio Hyeronimio (sic) donato liberalium artiū doctori excellētissimo. Alexander de Appellatis patauus post Com. S. plurimā dicit. *In folio secundo recto incipit* Prologus haly in librum ypocratis. *Hic absolvitur decem lineis, tum immediate* Incipit libell⁹ divinus quē Hypocras medico4 eximi⁹ de eē egro4 sm̄ lune existenciam ac dispositionē edidit. De hora et crisi recūbencium secundum lunam. *In calce opusculi, quod terminatur folio VIII. verso haec nota typographica occurrit :* Explicit libellus divinus ypocratis chii: quem de esse egrorum secundum diversam ☽ (*lunae*) disposiciōm edidit. Emendatum p̄ mḡrum Allexād4 de appellatis arcium doctorē. et impressum padue. ānо i483.

In 4.° minori..... VIII. B. 40.

Sine nomine Typographi; characteres tamen sunt gallo-franci *Matthaei Cerdonis*, uti adparet ex aliis operibus ab eodem Typographo excusis. Litterae initiales omnes xylographicae sunt, et editio respondet illi descriptioni, quae tantummodo est apud *Denis in Supplement. pag. 171*; nam alii Bibliographi de ea silent.

—— Libellus de medicorum Astrologia a Petro de Abbano in latinum traductus. *Is titulus praefigitur opusculo. In calce :* Hyppocratis libellus de medicorum astrologia finit: a Petro de abbano in latinū traductus. Impressus est arte ac diligentia mir a (sic) Erhardi Ratdolt de Augusta Imperante inclyto Ioanne Mocenico Duce Venetorū. Anno salutifere incarnationis. 1485. Venetiis. In 4.° minori. *Extat excusus sub eadem foliorum numeratione cum* Repertorio prono-

Digitized by Google

sticon de mutatione aeris..... XII. B. 69.

—— Epistolae *graece. Extant excusae in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— Epistolae *latine*, Rinucio Thettalo *Interprete. Extant cum Epistolis* Diogenis Laertii, *et* M. Bruti. *Vide* Diogenis, Bruti, *et* Typherni Georgii.

—— Aphorismi, *latine*, *cum* expositionibus, et quaestionibus Iacobi Foroliviensis. *Folium primum vacuum occurrit; in prima pagina secundi folii legitur titulus:* Iacobi forliviensis in afforismos ypocratis expositiones una cum questionibus feliciter incipiunt. *Ad calcem voluminis sequentia verba Typotheta excudit:* Iacobi forliviēsis in afforismos ypocratis expositio et questiones feliciter expliciunt. Per excellentissimum artium et medicine doctorem dominum magistrum bertaldum senis ordinarie legentem diligentissime emendate. Decima quarta augusti. M.° CCCC.° LXXYII.°

In folio majori..... VIII. H. 24.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine.

—— Exemplar alterum..... IX. II. 5.

—— Alia editio, *cum* Commentario Galeni, Laurentio Laurentiano Interprete. *Praeit in primo folio* LAURENTII LAURENTIANI FLORENTINI IN SENTENTIAS HIPPOCRATIS PRAEFATIO AD PETRUM MEDICEM VIRUM CLARISSIMUM. *Haec desinit in folio secundo recto. In folio verso statim occurrit* HIPPOCRATIS MEDICI SENTENTIARUM PARTICULA PRIMA INTERPRETE LAURENTIO LAURENTIANO FLORENTINO. Galeni Commentario, *quod seorsim post* Hippocratis *textum excuditur, praecedit Interpretis praefatio ad eumdem* Petrum Medicem. *In penultima voluminis pagina errorum emendatio, et registrum occurrunt; in summitate vero postremae pagīnae haec verba leguntur:*

FINIUNT
Sententiae Hippocratis. Et Item Commentationes
Galeni In Eas Ipsas Sententias Editae Laurentio
Laurentiano Florentino Interprete Viro Cla
rissimo Quas Antonius Miscominus
Ex Archetypo Laurentii diligenter
Auscultavit et Formulis Imprimi Curavit
FLORENTIAE
Anno Salutis. M.CCCCLXXXXIIII
Decimo septimo. Kal. Novembris.

Signum Typographi his verbis subnectitur, quod alibi notatum est.

In folio minori..... IX. E. 22.

—— Artisella. *In folio primo verso praecedit Prologus Editoris horum opusculorum, cum Indice in fine, scilicet* Prīo est liber Iohānitii qui dr̄ isagoge in greco = Secundo libellus de pulsibus philareti = Tertio est libell⁹ Theophili de vrinis = Quarto sunt Hippocratis aphorismi ī ordinē collecti = Quīto

Digitized by Google

sunt aphi eiusdē cū cōmento Galieni = Sexto liber pnostico4 eiusdē divisus in tres pticulas = Septīo liber regimīs acuto4 otinē q̄ttuor pticulas = Octavo est li. epidemia4 hip. cū cō viij pticulas otinēs = Dono ē libellus hippo qui intitulatur de nä fetus = Decīo liber Galieni q̄ dr̄ tegni sive ars parva = Undecīo libellus Gentilis de fulgineo de divisiōe etc. etc. = Duodecīo de lege hip. et libell' q̄ dr̄ iusiurandum. *In calce operis:* Expletum est opus hoc preclarū artis medicine nomīatum Artisella Hippocratis: q diligentissime accuratissimeque emendatū per dominū Franciscū Argillagnes de Valentia: artiū et medicine doctorē insignē: impressum Venetiis summa cura ac sollecitudine Hermani lichtēstein Coloniēsis. Anno dominici natalis. m.cccc.lxxxiij. quarto Kalēdas aprileſ. *Huic subnectitur* Registrum cartarū. *In eodem ultimo folio verso occurrit altera Epistola* Francisci Arcillagnes ad Lectores, *deinde* Tabula in libros, *qui hoc in volumine continentur.* In folio..... VIII. G. 8.

—— Exemplar alterum..... IX. G. 4.

—— Exemplar tertium..... IX. H. 3.

—— Alia editio, *ad similitudinem praecedentis expressa, eademque continens, quae in illa notavimus. In fine.* Explicit hypocratis iusiurandum in cuiusdam sui libri principio inventum: et e greco in latinum conversum per Petrum paulum vergerium faciatum. Venetiis per Baptistam de Tortis Mccccl xxxvii. die vigesimo Augusti. *Adcedit* Epistola Francisci Arcillagnes Valentini. In folio..... IX. G. 5.

—— Prognostica, *latine. Extant cum* Aphorismis Rabbi Moysis. *Vide* Moysis.

—— De Medicorum Astrologia, Petro de Abano Interprete. *Extat cum* Repertorio pronosticon de mutatione aeris. *Vide* Repertorium.

Hirtii Aulii. De bello Gallico, de bello Alexandrino, de bello Africo, de bello Hispalensi. *Extant hi libri cum* Commentariis Iulii Caesaris, *et eorumdem Supplementa sunt. Vide* Caesaris.

—— Epistola *ejusdem ad* M. T. Ciceronem. *Extat in libro XV. Epistolarum* Ciceronis ad Atticum. *Vide* Ciceronis.

Hispalensis Ioannis. Versio Introductorii ad scientiā iudicialem Astronomiae Alchabitii. *Vide* Alchabitii.

Hispani Petri. Copulata omentaria textui omniū tractatuū Petri hyspani. etiā parvo4 logicaliū et triū modernorū p q̄3 solerter inserta. Iterū atq3 ite4 emendata et diligentissime correcta sm̄ irrefragabilē et fundatissimā doctrinā divi Thome Aq̄natis peripateticorū ūterp̄tis veracissimi. Ac juxta frequēs exercitiū magistro4 Colonienſ gymnasij in bursa Montis regentiū. qui tanti doctoris sancti Sectatores existūt sincerissimi, ppagatoresq3 fidelissimi. *Haec laudata verba leguntur in summitate folii primi recti, quibus subnectitur tabella xylographica, quae repraesentat* Petrum Hispanū *in cathedra sedentem, ac docentem tres*

Digitized by Google

pueros circa ipsum in scabellis etiam sedentes. Schedula, in qua legitur S. Thomas. Tomiste eius discipuli, *ante oculos ipsius* Petri *visitur. In parte inferiori praedictae tabellae occurrunt sequentes versus:*

Dive p̄cor Thoma scā p̄ce dirige summo
Et soli vt placeāt pectora nostra deo

In postica pagina ejusdem folii habetur Epitaphiū angelici doctoris beati Thome filij Landolphi Illustrissimi comitis Aquinorum viri eruditissimi qui vulgariter doctor sanctus nūcupatur. *Post* Epitaphium; *sequitur* Prosa, *dein* Antiphona de sc̄o Thoma, *et* Oratio. *Opus incipit in secundo folio, ast in summitate ejusdem majusculis typis gallo-francis legitur:* Impresse in felici Colonia. *In calce typographica nota extat hisce excusa verbis:* Copulata cōmentaria sex tractatuū Petri hyspani s̄m doctrinam sancti Thome Aquinatis, studio magistro4 colonie in bursa Montis regentium industriose collecta. et nuper p̱ exercitio neophyto4 logice solerter īpressa per Henricū quentell. Anno dūi. M. cccc. xcvi. decimasexta die May finiunt feliciter. *Sub alio signaturarum ordine, sed eodem charactere sequuntur* Copulata omnium tractatuum parvorum logicalium Petri hispani tribus adjectis moderno4 tractatib⁹ in suis omentariis textui pulcerrime (sic) annotatis. In argumentis et replicis denuo diligentissime correcta iuxta inviolatū processū magistro4 Colonie bursam Montis regentiū. ac invictissimā doctrinā sancti Thome vberrime propagantium. *Tandem in calce totius voluminis:* Expliciunt felicissime tractatus parvo4 logicaliū Petri hyspani et nonnulli moderno4 cū approbatissimis cōmentariis eorūdē. Iuxta vsitatū processum Thomistarum in florentissima vniversitate Coloniensi bursam Montis regentiū per Henricū quentell artis impressorie ingeniosum magistrum sancteq3 Agrippine civitatis civem accuratius impressi rectius atque castigati et elaborati. Anno M.cccc.xcvj. ultima May. In 4.°..... ..... VII. B. 9.

Historia Alexandri magni regis macedonie de preliis. *Laudata verba majusculis gallo-francis typis extant in medio folii primi. Absque ulla praefatione, ac titulo opus incipit in sequenti folio:* Sapientissimi egiptij sciētes mēsuram terre. vndasq3 maris. *Nota typographica in medio secundae columnae ultimi folii hoc pacto habetur*: Historia Alexandri magni finit feliciter. Impressa Argentine Anno domini. M. cccc. xciiij, Finita altera die Vrbani.
In folio minori..... ..... XX. G. 29.

Sine nomine Typographi. Auctor hujusmodi historiae est plane ignotus, atque *Eusebio* falso penitus adscribitur; ob insipidas, plebeiasque fabulas, quibus aspersa tumet, historiae nominis omnino indigna iudicanda est.

—— Alia editio. *Legitur in medio folii primi:* Historia Alexandri magni regis macedonie de preliis: *Opus incipit in sequenti folio, et ad calcem primae columnae ultimi folii, ubi terminatur opus, haec habentur:* Historia Alexandri magni finit feliciter Anno salutis. M. cccc. lxxxx. Finita vero die xvi. men-

Digitized by Google

sis Novembris. Laus Deo. In 4.°..... XIX. F. 22.

De hac editione Bibliographi parum notionis habuere.

Historia trium Regum, *seu* historia de gestis ac trina translatione trium Regum. *Vide* Magorum.

Historia di Ypolito e Lionora gioveni firentini liquali p amore nō dubitarono uolere luno p laltro morire. *Is titulus praefigitur in prima opusculi pagina ; in calce* : Finisse la historia de Ypolito et Lionora gioveni firentini. In 4.°..... XII. A. 9.

Extat hoc opusculum (quod caret notis anni , loci , et Impressoris) compactum cum *Nimphale Ioannis Boccacci , de quo* superius; et quidem iisdem fere typorum formis , et candida charta , sed diverso charactere : ita ut iudicare nequeamus , an prodierit ex eodem opificio , cum typorum formae in hoc opusculo sint grandiores. In pluribus paginis hujusmodi libelli non servatur numerus linearum ; nam cum omnes constare deberent lineis 27 , sunt nonnullae , quae 26 lineas continent ; quod demonstrat Impressoris negligentiam , licet characterum formae sint nitidissimae. Foliis 12 absolvitur opusculum , in quibus signaturae , numeri , et custodes desunt , aeque ac initialis , quae Miniculatoris industria suppleta est rubro colore. *Florentiae* excusum fuisse hunc libellum putamus.

H O

Hoglandia , *vel* Hoilandia Gilberti de. Sermones super Cantica canticorum. *Sermones sunt 46. In primo folio verba ista praefiguntur :* GILIBERTI SERMONUM SUPER CANTICA CANTICORUM LIBER INCIPIT FELICITER. SERMO PRIMUS. *Ad calcem postremi folii legitur :* Expliciunt sermones Giliberti super cantica cantico4 salomōis p⁹ nicolaū Florētie. Anno domini. Mcccclxxxv: sextodecimo chalendas maias.
In folio majori..... I. E. 23.
—— Exemplar alterum..... I. E. 24.
—— Exemplar tertium..... III. F. 15.

Homeliae diversorum autorum (sic). *Haec verba extant excusa in medio primae paginae folii primi. In summitate secundi folii recti legitur :* Homiliae diversorū autorū in evāgelia quae cantant⁹ diebus dominicis in re divina iuxta consuetudinē romanae ecclesiae. *Ad calcem :* Homelie (sic) diversorū Auctorū insimul collecte feliciter finiūt. īpresse. Venetiis āno domini. M. cccc. lxxxxi. et die uigesimo qnto ianuarius (sic). *Sequitur sub alio signaturarum ordine , ac foliorum numeratione , sed eodem charactere , ac impressionis forma,* libellus Sacrarum orationum ex officio divino collectus. *In calce legitur solummodo* Finis.
In 4.°..... I. B. 4.
—— Exemplar alterum..... II. D. 33.

Digitized by Google

HOMERI Opera Omnia, *graece. Codex membranaceus. Praeit latina Editoris epistola cum epigraphe:* BERNARDUS NERLIUS PETRO MEDICAE LAURENTII FILIO.S. *Data est,* FLORENTIAE Idibus Ianuariis. M.CCCC.LXXXVIII. *Eodem folio verso adest* Demetrii Chalcondylae *Praefatio graeca, quam sequuntur* Vitae Homeri *ex* Herodoto, *et* Plutarcho, *et* Dionis Chrysostomi *de eodem dissertatio. Opera incipiunt ab* Iliade, *cujus primae paginae interior margo floribus adfabre pictis ornatur. Ad calcem legitur:*

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΤΟΥ
ΟΜΗΡΟΥ Υ
ΜΝΩΝ

Postea minoribus characteribus graecis subscriptio typographica occurrit, hoc pacto expressa.

Ἡ τοῦ ὁμήρου ποίησις ἅπασα ἐντυπωθεισα πέρας εἰληφεν
ἤδη σὺν Θεῷ ἐν φλωρεντίᾳ ἀναλώμασι μεν τῶν εὐγενων
και ἀγαθῶν ἀνδρῶν, και περὶ λόγους ἑλληνικοὺς σπουδαίων
Βερνάρδου, και Νηρίου ταραίδος τοῦ Νεριλίου φλωρεντί-
νοιν. Πόνῳ δέ, και δεξιότητι Δημητρίου Μεδιολανέως κρη-
τὸς τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν, και λόγων ἑλληϊκῶν ἐφη-
μένων ἔτει ἀπο τῆς χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρα-
κοσιοστῷ ὀγδοηκοστῳ ὀγδοῳ μηνὸς Δεκεμβρίου
ἑνάτῃ. In folio..... XII. G. 1.

Editio princeps, et inter graecas omnes celeberrima, quum ante illam graecum volumen tantae molis minime prodierit. Quae ad praestantissimi hujusmodi codicis membranacei venustatem, elegantiam, et raritatem cognoscendas faciunt, heic breviter dicenda sunt. In foliis membranaceis separatis, quae praefixa sunt primo operis folio, Miniculatoris industria habetur lauri corona, cujus partes nempe superior, et inferior duobus trophaeis, adfabre coloribus, et auro pictis decorantur. In medio ejusdem coronae sequens Epigramma ms. aureis characteribus, legitur:

Τις ποθ' ὁ τον τροιης πολεμον σελιδεσσι χαραξας
Ἡ τις ὁ την δολιχην λαρτιαδεω πλαγην;
Ουκ οιομ' ἰυρισκω σαφως, ου πολιν, ουραιτε ζιν,
Μη ποτε σων τιτιων δοξαν Ὁμηρος ιχοι.

In postica facie secundi folii, etiam separati, visitur Imago tam accurate, et eleganter picta, ut aliqui peritiores viri non dubitarint manibus *Raphaelis Urbinatis*, vel alicujus ejusdem scholae discipuli opus esse exaratum. Ipsa vero Imago rubro pallio induta cernitur: hinc quamplurimi Cardinalem *Alexandrum*, aut *Ranucium Farnesium*, aut aliquem alium ejusdem familiae repraesentare censuerunt; idque magis evincitur, quod margines primae paginae *Odysseae* floribus, figuris adfabre coloribus, auroque picti superbiunt; et in ovali spatio externi marginis ejusdem paginae haec eadem Imago iterum exhibetur, et in parte inferiori dicti marginis *Farnesianae* gentis stemma conspicitur. Membranae hujus voluminis nitidissimae sunt, albae, solidae, ac optime levigatae, nec non et margines latissimi adparent. Initiales omnes pereleganter floribus, variis coloribus, auroque a Miniculario illitis, ornatae, editioni pulcherrimae haud parum lenocinantur. Trigintanovem linearum symplegma paginam constituit integram hujus voluminis typis graecis praestantissimis expressi. Nulli custodi, nullique foliorum numero imprimendo Typographus operam dedit, sed litteras adposuit, romanosque numeros pro signaturarum ordine. Exemplar splendidissimum, gallico more compactum, et auro exornatum; ut proinde mirae pulchritudinis liber sit.

100

Digitized by Google

—— Exemplar alterum *chartaceum, cui nulla Miniculatoris industria adcessit, proindeque spatia tantum initialium loco adparent....* XII. G. 2.

—— Exemplar tertium..... XII. D. 20.

—— Odyssea, Batrachomyomachia, *et* Hymni *tantum, ex eadem Florentina editione. Typographica nota ad calcem* Hymnorum, *ut in primo descripto membranaceo exemplari extat*..... XII. G. 7.

—— Ilias, *e graeco in latinam prorsam orationem traducta a* Laurentio Valla. *primo folio verso occurrit nuncupatoria Epistola, cujus priora verba:* CLARISSIMO Viro Bernardo Iustiniano: Eq^ti aurato: ac oratori eloquētissimo Iustinianus Luzagus Salutē. *Haec duas paginas, et 30 lineas sequentes complectitur. In tertio folio opus incipit a titulo:* HOMERI POETARUM SUPREMI ILIAS PER LAURENTIUM VALLENS. IN LATINUM SERMONEM TRADUCTA FOELICITER INCIPIT. *Ad calcem legitur:*

ET SIC EST FINIS. LAUS DEO

En Graiis tantū quondā celebratus Homerus
Nunc quoq3, et Ausonio grāmate notus erit.
Primus honor Vallae (nanq3 is traduxit) at alter
Bernardus posthaec Iustinianus erit.
Namq3 hic occiduas Orator missus ad oras
E Gallis Latias rettulit ipse domos.
Quanq3 prius puluis: quam blattre (sic) ac tinea pressit:
Ilias in lucē cultior ecce redit.

Brixiae. VIII. Kl. decēbr̄. M. CCCC. LXXIIII. Hēricus Coloniensis. et Statius Gallicus foeliciter impressere.
In folio minori..... XII. C. 28.

Editio princeps hujus versionis *Iliadis*, quae prima est. Vide *Fabric. Bibl. gr. Harlesii pag. 431 Crevenna Tom. VI. pag. 40. Gaignac Tom. I. pag. 397. Maittairum pag. 339.*

—— Exemplar alterum..... X. A. 28.

—— Alia editio. *In secunda pagina folii primi legitur nuncupatoria Epistola sub epigraphe:* BERNARDINUS Laurinus Brixianus Illustri ac excellenti Domino Nicolao corigiēsi Moecenati suo observantissimo. S. P. D. *In sequenti pagina desinit, eamdemque epigramma ejusdem* Laurini *excipit, et post vacuam paginam opus incipit, quo absoluto, post verba,* ET SIC EST FINIS LAUS DEO, *et* Registrum, *legitur:* Accuratissime ac solerti cura Impraessum ac emendatū hoc opus. p^s Venerabilē. D. p^sbyte4 Baptistā Farfengum. Impensa vero. D. Francisci Laurini civi (sic) Brixiani. Anno a natali xp^siano. M. CCCC. LXXXXVII. Die vero Sexto. Mensis Septēbris.
In folio minori..... X. H. 37.

—— Iliados, *libri aliqui per* Nicolaum de Valle *latino carmine redditi.*

Digitized by Google

Praeit Epistola nuncupatoria Theodori Gazae, *sic inscripta:* THEDORUS Graecus. Dño Lelio de valle utriusq3 Iuris doctori sacri cōcistorii et pauperum advocato salutem Dicit. *In calce hujusmodi epistolae, quae occupat duo priora voluminis folia, legitur:* Incipiunt aliqui libri ex Iliade Homeri translati p dñm Nicolaū de Valle Legū doctorē Basilice prīcipis apostolorū de urbe Canonicū quos cōplere aut emēdare nō potuit īprovisa morte preventus. *In calce operis:* FINIS. NICOLAUS DE VALLE. *In fronte ultimi folii recti sequens Epigramma:*

Ad Lectorem.

Qui (legis emenda) (livor discede) reversus
In latiū duce me magnus Homerus erat
Romaq3 certasset tecū vel smyrna vel argos
Non potui postq̄ mors iugulavit opus.

In calce ejusdem paginae infra Registrum.

Lelius de valle in memoriam filii

Impressus est iste liber Rome in domo Iohannis Philippi de lignamīe messañ S. D. N. familiaris Anno M. CCCC. LXXIIII. Prima die mensis Februarii.
In folio minori..... XIII. E. 33.

Libri autem, quos continet haec editio, sunt: III. IV. V. XIII. (qui inscribitur XIV, nec completus est) XVIII; pars exigua XIX. seu undeviginti versus, XX. XXII. XXIII. (qui valde incompletus est) et XXIV.

Homodeis Segnoroli de. Consilia, Quaestiones, et Allegationes. *Præeit* Tabula seu repertorium omnium principalium et incidentium dictorum: tam questionum, q̄ consciliorum (sic) famosissimi U. I. monarce: militisq3: ac Comitis dñi Segnoroli de Homodeis de Mediolano sub cōgruis lr̄is alphabeti situatum. *In fine hujusmodi Tabulae, quae comprehendit 54 folia, legitur:* Impressa cum privilegio litterarum ducalium ne p alium: aut imprimi possint: aut alibi impressa in eius districtum importari: sub indignationis poena: et eris: (sic): in eis contenta. *In sequentis folii aversa pagina extat Epistola sub epigraphe:* Ludovicus Galleratus. I. U. doctor Mediolanēsis. Magnifico Segnorolo Homodeo. I. U. consumatissimo ac Iusticie ordini prefecto. Sal. *Titulus operis, qui legitur in summitate primae columnae sequentis folii, est hujusmodi:* Clarissimi utriusq3 iuris monarce nec non equitis ac comitis insignis. d. Signoroli de Homodeis de Mediolano q̄ castigatissima iurís responsa: et questiones p eum disputate. Feliciter incipiunt. *In calce tandem totius operis typographica nota legitur hoc pacto:* Expliciunt Consilia Questiones et allegationes famosissimi legum doctoris domini Segnoroli de Homodeis de Mediolano Militis ac Comitis Palatini dignissimi. Impressa Mediolani per Magistrum Udelricum Scinzenzeler. Anno domini. Mcccclxxxxvii. die. xv. maij. *Huic subscriptioni subnectitur Typographi signum, scilicet quadrangulum parvum erectum, circulum continens. Truncus inclinatus duo circuli puncta intrinsecus tangit prope inferiorem par-*

Digitized by Google

tem ejusdem circuli ; linea e trunci medio surgit in duplicem crucem extra peripheriam desinens, et crucis brachia trunco fere parallela sunt. Litterae V. S. *idest* Vdelricus Scinzenzeler, *circa crucis hastam visuntur.*
In folio..... VII. C. 37.

Haec editio latuit *Saxium.*

—— Incipit solemnis disputatio preclarissimi monarce dñi signoreli (sic) de homodeis de mediolano de precedentia doctoris vel militis cum additionibus dñi Ludovici de bologninis de bononia. v. i. doctoris p̄stantissimi equitisque aurati dignissimi ī vetustissimo Bononie studio. Anno dñi. Mcccclxxxviij. etc. etc. *Haec in fronte. In calce disputationis :* Explicit solemnis disputatio p̄clarissimi monarce dñi signoreli de hōdeis de mediolān̄o de p̄cedentia doctoris et militis cū additōin⁹ dñi Ludovici de bologninis de bononia. v. i. celeberrimi eq̄tisq3 aurati investissimo (sic) bononie studio Anno dñi Mcccclxxxviij. In quibus additionib⁹ miro ordīe ītroduxit nouū duellū īter illustrē ac excellentissimū ī toto terra4 orbe iuris̄ultū. d. franciscū de acoltis de aretio p̄ p̄te docto4 tuenda loquētē et īvectissimū ac iustissimū prīcipē armo4 q3 ducē et toti⁹ italie capitaneu bñmeritū. d. federicū vrbini dñm etc. etc. p̄ p̄te militari defendēda loquētē. Et vltīo loco p̄ oīum ɔcordia introducit divū alexandrū tartagnū imolen̄. p̄ceptorē ei⁹ unicum cuius snīe oēs aq̄evisse attestā etc. etc. Laus deo. *Extat excusus hic tractatus cum variis aliis diversorum auctorum sub uno eodemque signaturarum ordine, quorum primus est ille* Mathaei de Mathasellanis. *In calce hujusmodi collectionis legitur typographica nota, hoc pacto expressa :* Emendatissime et diligentissime visa in regia ac excelsa civitate Bononie et impensis Ugonis rugerij et bñdicti ectoris libro4 mercatoris fidelis. Et industria non levi eiusdē Ugonis de rugeriis impressoris bononiensis fideliter ip̄ssa. Anno a salute christiana. M. cccclxxxviiij. die xvīij. Februarii. *Adcedit* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum alibi notatum.* In folio..... VII. G. 24.

Honestis Christophori Georgii de. Expositio super Antidotario Mesue. *In primo folio opus incipit cum titulo excuso in summitate primae columnae:* Incipit expositio Christofori Georgij de honestis florentini super Antidotario Meusue. *In calce haec Typographus excudit verba.* Explicit vtilis expositio Xp̄ofori Georgij de honestis florentini super antidotario Mesue cum Tractatu de aqua ordei. Et de modo faciendi ptisanā sm̄ cōem modū practicantiū diligentissime emēdata. Impressa ferrarie p̄ providū vi4 magistrum Andreā Gallū Anno domini. M. cccc. lxxxxviij. die. xx. Martii. *Adcedit* Registrum charta4, *dein legitur* FINIS. In folio..... IX. E. 31.
—— Exemplar alterum, *cum textu* Mesue..... IX. G. 9.

Honorati Marii (*vel* Mauri) Servii Grammatici. Centimetrum. *Is titulus opusculo praefigitur, quem excipit Epistola sub epigraphe:* Clarissimo viro

Digitized by Google

Albino Marius servius grammaticus. S. *In calce :* Impresum (sic) Venetiis per Maximum de butricis papiensem. M cccc.lxxxxi. die vero xviiii. Augusti. In 4.° *Extat excusum sub uno eodemque signaturarum ordine cum* Francisci Maturantii, *ac aliorum auctorum tractatibus.* In 4.° ..... IX. B. 15.

—— De ultimarum Syllabarum natura. *Praeit Epistola, cujus inscriptio:* Raphael carrariensis Nobili adolescētulo Bernardino bonvisio civi Lucensi discipulo suo salutem. *Huic brevi Epistolae subnectitur* Ad Bernardinum Bonvisium Epygramma:

Accipe parva tui puer ingeniose magistri
Munera: que studio cudimus ecce Tuo.
Debet enim docili tam pagina docta iuuentae.
Gratiaq3 haec meritis quamtulacūq3 Tuis
Te licet ambrosijs sors molliter educet ulnis:
Afflet et eximiae nobilis aura domus:
Attamen haut latiae spernis monimenta loquelae.
Dulcibus et gaudes plectra movere modis.

Opus incipit in postica pagina ejusdem primi folii ab Epistolio ejusdem Servii Honorati Aquilino. *Opusculo absoluto, adcedunt* quedam de metro que ex diomede grammatico excerpsit *idem* Raphael Carrariensis *pro* Bernardino discipulo suo. *In calce hujusmodi opusculi haec legenda occurrunt:* Impressus est libelus (sic) iste Bononie per diligentem Virum Caligulam de Bazaleriis civem Bononiensem Illustrissimo domino Ioanne Bentivolo Rempublicam bononiensem feliciter moderante. Anno salutis. M. cccc. lxxxxvi. Laus deo.

Ex quamplurium Bibliographorum silentio, hujusmodi editionis raritas elucet.

—— Commentaria in Virgilium. *Extant cum* Virgili *textu. Vide* Virgilii.

—— De finalibus litteris ad Aquilinum, *sub nomine* Honorati Grammatici, *Extant cum aliis veteribus* Grammaticis. *Vide* Grammatici Veteres.

—— Interpretatio in Secundam Donati editionem. *Extant cum opere* Diomedis et Donati. *Vide* Diomedis, Donati, *et* Grammatici Veteres.

Honorii Augustodonensis. Lucidario. *Vide* Augustoduni.

Horae intemeratae Virginis Mariae. *Vide* Officium. B. M. V.

Horatii (Quinti) Flacci VENUSINI CARMINUM LIBER PRIMUS AD MECOENATEM. *Is titulus operi praefigitur. In calce legitur* FINIS, *dein*, Horatii opere finis cum magna diligentia. Impressum per Philippum condam petri in veneciis ducāte Ioanne mozenico inclito duce. Mcccclxxviii. die xv. septembris. *Huic subscriptioni subnectitur* Registrum.

Digitized by Google

In folio parvo..... X. A. 19.

Editio elegans, ac nitidissima; et hoc exemplar magni est faciendum ob plures notas MSS. in marginibus adpositas ab *Antonio Scripando*, cujus subscriptio extat in calce voluminis.

—— Alia editio, *quae respondet adamussim praecedenti editioni quoad characteris structuram, impressionis formam, ac papyri qualitatem. Titulus in fronte operis legitur hoc pacto:*

QUINTI HORATII FLACCI VENUSTINI (sic)
CARMINUM LIBER PRIMUS AD MECO
ENATEM

In calce: FINIS. *Dein,* Horatii opere finis cū magna diligentia. Impssū Per philippum condā petri ī uenetiis ducāte Ioāe mozenico īclito duce. Mccccclxxyiiii. die xyiiii. Septembris. *Huic subscriptioni adcedit* Registrum.
In folio..... X. C. 40.

Exemplar praestantissimum propter innumeras notulas marginales, interlineares, ac quamplura alia folia in codicem inserta, manu *Iani Parrhasii*, partim charactere subalbido, partim subrufo conscripta; in quibus explanationes, et dilucidationes continentur ad intelligentiam Horatiani textus.

—— Alia editio, *cum commentario* Acronis *per* Lodovicum de Strazarolis Tarvisanum *recognito; praecedente* Porphyrionis *in* Horatii *opera commentario, per* Raphaelem Regium *castigato. In folio primo averso Epistola occurrit cum inscriptione:* Raphael Regius Aloisio Maurocceno patricio Veneto salutem plurimam dicit, *quae data est* Patavii Idibus Augusti. MCCCCLXXXI. *Haec desinit in eadem pagina, et in sequenti folio secundo,* PORPHYRIONIS IN QU. HORATII FLACCI OPERIBUS COMENTUM INCIPIT. *In folio 5o* Pomponii Porphyrionis enarratoris diligētiss. in Horatium comentario4 Finis. *Sequitur Epistola in folio 51.* Ad Reverendissimū in chr. patrem. et D. Dominum Angelum phascolū Dei: et Apostolicae saedis (sic) gra Episcopū Feltrēsem. Lodovic. de Strazarolis Tarvisanus. *In folio 52.* Acronis Commentatoris Egregii in Quinti Horatii Flacci Venusini Opera Expositio Incipit. *In folio 53.* QUINTI HORATII FLACCI ODA4. AD MECOENATEM. LIBER. PRIMUS. *In fine operis:* Τελοσ Quinti Hoatii (sic) Flacci omnium operum cum Acronis Dissertissimi cōmentatoris expositione. *Sequitur* Registrum. In folio..... X. F. 15.

Sine notis typographicis. *Maittairus pag. 419* ex data, quae legitur in calce Epistolae *Raphaelis Regii* in folio primo notatae, conjicit, editionem *Patavii* esse excusam, anno scilicet 1481. Textus hujusmodi editionis majori charactere; Expositiones vero, quae eumdem circumdant, minori exprimuntur; uterque rotundus est, ac perelegans.

—— Alia editio, *cum commentariis* Acronis et Porphyrionis, *et quoad*

Digitized by Google

alia adamussim cum praecedenti convenit; ast in fine Commentariorum Pomponii Porphyrionis *occurrit epigramma inscriptum hoc pacto:* Augustinus maria conagus ad Lectorem:

Plenum opus: ac primum sensu: et gravitate poetam
Perlege: Si uatum dogmata lector amas
Hic latio primum parios ostendit hyambos
Hic lyricis palmam versibus emeruit
Huic salis et fellis multum: pennaq3 biformi
Per liquidum cygnus aethera scindit iter
Scribendi hinc artem: morum quoq3 percipis usum
Hic pueris confert: Hic senibusq3 liber
Quare age: Tolle moras lector pete seria calles
Si qua parum: Acronem hic. Porphyriũq3 leges.
Finis:

In calce operis: Porphyrionis in Quinti Horatii Flacci opera cõmentaria: Eiusdemq3 Horatii opa cum Acronis cõmentatoris expositione in hoc continentur uolumine. Mediolani impssa p Antonium zarotũ pmẽsẽ. Anno domini M. cccc. lxxxy. Impẽsis Augustini mariae conagi. *Adcedit* Registrum opis.
In folio..... X. F. 19.

—— Alia editio, *cum expositionibus* Christofori Landini. *In primo folio averso legitur*,

AD HORATIUM FLACCUM ODE
DICOLOS TETRASTROPHOS
ANGELI POLITIANI:

Prooemium Christophori Landini *in secundo folio incipit, his verbis praeviis*: CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI IN Q. HORATII FLACCI LIBROS OMNES AD ILLUSTRISSIMUM GUIDONEM FELTRIUM MAGNI FEDERICI DUCIS FILIUM INTERPRETATIONES INCIPIUNT FOELICITER. *Hoc Prooemium una cum Tabula vocabulorum, quatuor folia complectitur. Sequitur dein alia Tabula unius folii, in qua continentur ea,* Quae in Codice Horatii Errore Librarii Mendosa Emendanda Fuerant. *Huic secundae Tabulae subnectitur* Registrum hujus operis, *et in fine ejusdem legitur:* Christophori Landini florentini in. Qu. Horatii flacci opa. oĩa ĩterpretationum finis. Divino auxilio Foelix. die. xvii. maii. M. cccc. lxxxiii. *In sequenti folio occurrit* VITA POETAE *ejusdem* Christophori Landini, *qua absoluta, opus incipit sub titulo:* AD MOECENATEM QUOD CAETERORUM STUDIIS CONTEMPTIS LYRICUM CARMEN SCRIPTURUS SIT LIBER PRIMUS. *In calce voluminis*; Impressum Venetiis per Ioannem de forlivio et socios. Anno salutis. M. CCCC. LXXXIII. FINIS. In folio..... X. F. 18.

In hac editione Textus etiam majori charactere, et Expositiones, quae Textum circumdant, minori exprimuntur; uterque rotundus est.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cum Expositionibus pariter* Christophori Landini, *et exceptis duabus tabulis in praecedenti notatis, cum illa adamussim in caeteris convenit. In calce habetur typographica notitia hoc pacto expressa:* Impssū uenetiis p magistrū Bernardinū de tridino ex monteferrato. Anno salutis. M. cccc. lxxxvi. *Adcedit* Registrum, *dein Possessoris nomen ms., scilicet* Antonii Seripandi. In folio..... X. F. 17.

—— Alia editio, *cum quatuor commentariis* Acronis, Porphyrionis, Christophori Landini, *et* Antonii Mancinelli. *Opera, et Commentaria incipiunt in prima pagina, et ad calcem eorum Typographus notavit:* LAUS DEO. Horatii Flacci poetae opera: a Boneto Locatello Venetiis Impressa: Anno salutis M. cccc. xciiii. Pridie Idus Martias. Octaviano Schoto (sic). litterarum doctorūq3 amantissimo pecunias impendente. *In sequenti pagina ejusdem folii incipit* Vocū ac rerum index, *dein* Registrum. In folio..... X. F. 16.

Horborch Guillelmi. Decisiones novae Rotae Romanae *collectae. Vide* Decisiones novae.

Hortus Sanitatis. *Vide* Cuba Ioannis.

Hostiensis Summa. *Vide* Segusio Henrici de.

Hostilii, Epistola *ad* Q. Curtium. *Extat cum Epistolis* Q. Curtio *tributis. Vide* Curtii.

H U

Hugonis Bentii Senensis. *Vide* Bentii Hugonis.

Hugonis de S. Charo. Postillae in totam Bibliam. *In medio primi folii recti voluminis primi legitur:* Prima pars hujus operis continens textum biblie cū postilla domini Hugonis Cardinalis librorum infra signatorum videlicet Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum IIII, Paralipomenon II, Esdre IIII, Tobie, Judith, Hester, Job. *In aversa pagina ejusdem folii occurrunt duae epistolae* Joannis de Amorbach Basiliensis civis, *altera* Clarissimo ac prudentissimo viro Antonio Koburger, *quae data est* Ex Basilaea. IIII. Cal^{s} Novembris. M. CCCC. XCVIII. *altera* ad Lectorem. *In sequenti folio incipit* Prologus, *et in aversa pagina ipsum opus ab* Epistola Beati Hieronymi ad Paulinum. *In ultimo folio recto occurrit* Registrum *hujus primi voluminis. In secundo volumine legitur in medio primi folii recti* Secunda pars hujus operis continens psalterium cum postilla domini Hugonis Cardinalis. *In ultimo folio voluminis habetur* Registrum. *In tertio volumine legitur in*

Digitized by Google

folio primo recto: Tertia pars hui⁹ operis continens postillas domini Hugonis Cardinalis super Proverbia, Ecclesiastica, Cantica, librum Sapientie, Ecclesiasticum. *In calce* Registrum. *Quartum volumen, sive* Quarta pars hui⁹ operis continens postillas dñi Hugonis Cardinalis super libros Propheta4 Esaie, Hieremie, et eiusdem Threni, Baruch. *In calce,* Registrum. *Volumen* V. *quod est* Quinta pars hujus operis in se continens postillas domini Hugonis Cardinalis Propheta4 et libro4 Ezechielis, Danielis, Osee, Iohelis, Amos, Abdie, Ione, Michee, Naum, Abacuk, Sophonie, Aggei, Zacharie, Malachie, Machabeorū. ij. *In aversa pagina ultimi folii extat* Registrum. *Volumen VI. seu* Sexta pars hujus operis cōtinens postillam dñi Hugonis Cardinalis sup quattuor evangelia scdm̄ Matthеū, Marcū, Lucā, Iohannem. *In fine* Registrum. In folio Tom. VI.. II. 9. 7-12.

Deest volumen VII. in quo reliqui Novi Testamenti libri continentur. Nulla nota typographica in hoc opere habetur, uti referunt *Maittairus pag. 658 et Denis pag. 430.* attamen ex epistola *Amerbachii* ad *Antonium Koburgerum*, primo volumini praefixa (quae data est *Basileae IIII. Cal. Novembris 1498*) patet, sumptibus *Antonii Koburgeri* per *Iohannem de Amerbach* hoc opus coeptum esse, *Basileae* anno 1498; ex alia vero epistola ejusdem *Amerbachii* ad ipsum *Koburgerum* data *Basileae VII. Idus Novemb.* 1502, quam laudati Bibliographi adserunt extare in ultimo volumine, ipsi concludunt, opus ipsum consummatum circa finem anni 1502.

—— Exemplar alterum I. *et* III. voluminis..... II. 9. 13. 14.

—— Postilla, *sive* Expositio super Psalterium, *sed sub* Alexandri de Ales *nomine excusa. Primum folium vacuum est;* Tabula *in tertia pagina incipit, quae tres priores occupat fasciculos. In prima tertii fasciculi pagina* Prooemium *incipit. Ad calcem voluminis legitur:* Et sic est finis hujus utilis et suavis postille sup⁹ totū psalterium. Impressa autem fuit Venetiis p⁹ Iohānem et Gregorium de gregoriis fratres impēsis Stefani et Bernardini de Nallis fratrum suasu reverēdissimi prīs et p'dicatoris egregii frīs Dominici Penzoni. Habita tamen gratia ab excelso venetorum dominio nequis per decennium p'ximū īprimere possit aut imprimi facere seu alibi impressam vendere per totū dominium etc. etc. sub penis etc. etc. prout in ipsa gratia plenius continetur. Cōpleta uero fuit die. 12. Novembris. 1496. *Signum Typographi, alibi notatum; adjectum est; ultima pagina* Registrum *continet.* In folio..... I. E. 9.

Auctorem hujus operis *Waddingus* laudat *Alexandrum de Hales* ordinis minorum alumnum; huic vero sese opposuit *Quetif*, qui ex coaevis testimoniis satis luculenter, postillam istam ab *Hugone de S. Charo fuisse* compositam, demonstrat. Vide *Quetif Script. Ord. Predic. pag. 199.*

Hugonis de Prato Florido. *Vide* Prato Florido Hugonis de.

Hugonis Senensis. *Vide* Bentii.

Hugonis de S. Victore. Sententia in librum secundum de Incarnatione Verbi. *Praeit Auctoris Praefatiuncula* in librum secundum de Incarnatione Verbi. *Hanc excipit Tabula capitum, seu* Registrum, (*ita ibi dicitur*) *quod est foliorum V. In folio VI. opus incipit sic inscriptum:* Pars Prima Folium Primum. Incipit liber secundus de incarnatione verbi et impletione et exhibitiōe gratie dei. Et de Sacramentis novi testamenti usq3 ad finem et consummationem omnium. Prima pars de incarnatione verbi et tempore gratie. *Opus absolvitur folio* CXXXVI. *ubi haec verba leguntur:* Expliciunt Sententie magistri Hugonis in librum secundū de incarnatione verbi et impletione et exhibitione gratie dei.

Digitized by Google

et de Sacramentis novi testamenti usq3 ad finem et consummationem omnium feliciter. In folio parvo. ..... III. G. 13.

Sine notis typographicis. *Zapf pag. 245.* tribuit hoc opus, excusum characteribus latinis, *Gunthero Zainero*, qui *Augustae Vindelicorum impressit;* hoc pariter docet *Denis pag. 588. Guilielmus Cave Tom. II. Histor. litterar. Script. Ecclesiast. pag. 209.* editionem hujus operis *Argentinae* iam anno 1465. typis evulgatam memorat; ast pro 1465. reponi oportere 1485. mihi verisimile videtur. Integrum opus, una cum praefatione, et Registro, foliis 141. constat. Typographus neglexit signaturas et custodes, sed foliorum numeros adposuit Romano more. Initiales litterae aliquando xylographicae adparent, aliquando vero parvis sunt notatae elementis.

H Y

Hygini Poeticon Astronomicon. Hygini *prooemium incipit in secundo folio, nam primum vacat, sub epigraphe:* HYGINUS. M. FABIO. PLURIMAM. SALUTEM. *Ad calcem operis legitur:*

Sidera cum causis coelo translata sub alto
Scire cupit quis quis perlegat iginium:
Hunc Augustinus Bernardi impressit alumnus
Dum pius alcides regna secunda tenet:
Roma suos spectet: venetumq3 potentia libros
Hos Augustini nobile uincit opus.
M.° CCCC.° lxxiiiii.°

In 4.°..... XII. D. 15.

Editio Princeps, et inter rariores merito numeranda, ab *Augustino Carnerio Ferrariensi* Typographo rotundo charactere excusa, absque signaturis, foliorum numeris, ac custodibus; ipsa vero latuit *Baraffaldium.* Erravit *Laerius* in suo *Indice Tom. II. pag. 264.* de anno editionis; quippe iterato scripsit 1474., cum omnino sit 1475. uti demonstrat accurata editionis inspectio, nec non et descriptio a *Pinellio* facta, quae legitur in *Prospetto di varie edizioni degli autori classici Par. II. pag. 124.* In hac Ferrariensi editione a Typographo opportuna spatia vacua pro capiendis coelestibus figuris, suis locis relicta fuere, quae postea ab experto Miniculatore accurate sunt delineatae, ac eleganter depictae. Initiales insuper, quae aut deerant, aut minoribus formis designabantur, ipse Miniculator vario colore supplevit, majoresque reddidit, praeter primam, quae aurata est, et solerter expicta. Notulae MSS. ad oras paginarum paucissimae appositae, conspiciuntur.

—— Alia editio. *Folium primum vacuum est, et in secundo opus incipit a prooemio, cui verba haec rubro colore expressa praefiguntur:* Clarissimi Viri Iginii Poeticon Astronomicon opus utilissimū foeliciter Incipit. De Mundi et spherae ac utrius3 partium declaratiōe Liber Primus. Prohemium; *haec deinde nigro colore:* Iginius. M. Fabio Plurimam salutem. *Ad calcem carmina extant, scilicet* Iacobi Sentini Riticinensis ad Lectorem, Ejusdem Iacobi de sua et Iohannis santritter sideralis scientiae studiosissimi in Iginium emendatione; *et ejusdem* Ioannis Santritter *sequentia carmina ad Lectorem:*

Hoc Augustensis ratdolt germanus Erhardus.
Dispositis signis vndique pressit opus.
In quo si quid erit: quod non tibi parte placebit
Ex omni: vitio non mihi quaeso dabis:

Digitized by Google

Ni prius Iginij cernes monumenta virorum.
Scripta manu: vel quae pressa fuere prius:
Quae si forte voles trutina pensare modesta
Te reus in nulla iudice parte ferar:
Immo mihi et fido grates persepe Iacobo
Tu referens dices vivat uterq3 diu
Anno salutis 1482. Pridie Idus. Octobris. Venetiis.
In 4.°..... XII. D. 36.

Editio secunda. Initiales florentes xylographicae sunt, et folia schematibus astronomicis eleganter deli-neatis, et ligno affabre insculptis ornata adparent.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 3.
—— Exemplar tertium..... VIII. B. 34.
—— Alia editio. *In primo folio verso schema sphaericum imprimitur sub titulo:* Scemus sphaerecina (sic) secundum Hyginii descriptionem. *In secundo folio prooemium incipit cum inscriptionibus, ut in editione praecedenti, sed partim uncialibus, partim vèro minoribus litteris nigro colore expressis. Ad calcem* Iacobi Sentini Ricinensis *ad lectorem carmen tantum extat, cui subditur haec typographica nota:* Anno salutifere incarnationis Millesimo quadringentesimo octogesimo quinto mensis Ianuarii die vigesima secunda. Impressum est praesens opusculum per Erhardu Ratdolt de Augusta. Venetiis. In. 4.°... VIII. B. 16.

Editio tertia hujusmodi opusculi, quae cum praecedenti convenit, exceptis tantum iis, quae iam notavimus.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 17.
—— Exemplar tertium..... VIII. B. 33.

Hymnorum Expositio. *Vide* Expositio Hymnorum.

Hypnerotomachia Poliphili. *Vide* Columnae Francisci.

Hyppocratis. *Vide* Hippocratis.

Hypsiclis. Interpretatio libri XV. Elementorum Euclidis, a Georgio Valla *concinnato. Extat cum* Nicephori logica, *et aliis variorum opusculis. Vide* Nicephori, *et* Vallae.

Hyspani Petri. *Vide* Hispani.

Hystani. Epistola ad Hippocratem. *Graece.* Extat cum Epistolis Hippocratis in collectione Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.
—— *Eadem, latine, ex* Rinucii Thettali *versione. Extat cum Epistolis* Diogenis, Bruti, *et* Typherni Georgii. *Vide praedictos Auctores.*

Digitized by Google

I A

Iacobi Forliviensis. *Vide* Foroliviensis Iacobi.

Iacobi Ianuensis. *Vide* Voragine Iacobi de.

Iacobi Philippi Bergomensis. *Vide* Bergomensis.

Iamblichi. De mysteriis Aegyptiorum, Chaldeorum, et Assyriorum *cum aliis auctoribus e graeco traductis per* Marsilium Ficinum. *Primi folii princeps pagina, quod in volumine continetur hoc pacto refert:* Index eorum, quae in libro habentur:

Iamblichus de mysteriis Aegyptiorum. Chaldeorum. Assyriorum
Proclus in Platonicum alcibiadem de anima atq3 daemone.
Proclus de sacrificio et magia.
Porphyrius de divinis atq3 daemonibus.
Synesius Platonicus de Somniis.
Psellus de daemonibus.
Expositio Prisciani et Marsilii in Theophrastum de sensu phantasia et intellectu.
Alcinoi Platonici philosophi liber de docrīa Platonis.
Speusippi Platonis discipuli liber de platonis difinitionibus (sic)
Pythagorae philosophi aurea verba.
Symbola Pythagorae philosophi.
Xenocratis philosophi platonici liber de morte.
Marsilii ficini liber de voluptate.

In aversa pagina nuncupatoria Epistola legitur sub epigraphe: Marsilius Ficinus florentinus Reverēdissimo in christo patri. D. Ioāni Medici sanctae romanae ecclesiae Cardīali suppliciter se cōmēdat. *Huic Epistolae subditur* ARGUMENTUM IN LIBRUM IAMBLICHI. *Aliae nuncupatoriae Epistolae Interpretis praefiguntur opusculis nonnullis hujus voluminis, scilicet* Synesio de somniis *praefigitur Epistola ad* laurentium Medicem, Prisciano *ad* Philippum Valorem, Alcinoo, Speusippo *et* Pythagorae *ad* Iohannem Cavalcantem, Xenocrati *ad* Petrum Medicem, Libro de voluptate *ad* Antonium Casinianum. *Ad calcem legitur:* Marsilii Ficini Florentini de Voluptate liber absolutus est, Figini. iii. Kalendas Ianuarias. Mccccl vii. anno aetatis suae. xxiiii. Venetiis mense Septembri MIIID. In aedibus Aldi. Nequis hunc librum queat imprimere, concessum est, ab Ill. S. V. *In prima pagina ultimi folii* Registrum *occurrit.*

In folio..... VII. G. 20.

Editio princeps difficilis inventu: elegantissima quoque, nam typi rotundi, ac nitidi, optimae, albaeque chartae impressi lectores quodammodo alliciunt. Signaturae occurrunt, haud vero numeri plagularum extant in superioribus marginibus, in quibus Inscriptiones leguntur; in inferioribus vero custodes reperi. Initiales, prima xylographica excepta, minoribus indicantur formis.

Digitized by Google

Ianduno, *vel* Iandavo, *seu* Gandavo Iohannis de. Quaestiones in libros Phisicorum Aristotelis. *Praecedit* Tabula titulorū q̄stionū libri phisico4 sm̄ magistrū p̄clarissimum phm̄ Iohānē de Ganduno quas Parisius studiosis philosophie seriose edidit. Ttūlo4 q̄3 additionū ānexa4 helie hebrei cre. incipit etc. etc. *In sequenti folio incipit* Prooemium, *cujus titulus:* Aristotelis phisico4 ī libros preclarissimi philosophi Iohānis de Ganduno: Questiones una cum additionibus annexis declarativis quorumdam latinorum et aliorum supradicta cōmentatoris errorum in phisicis helie hebrei cretensis philosophi et medici incipiunt faustissime. *Post* Quaestiones Ioannis de Ianduno, *sequuntur in folio 164. averso:* Annotationes quedam helie cretensis in librum de phisico auditu super quibusdam dictis commentatoris et aliis rebus ad declarationem et confirmationem demonstrationum Aristotelis et commentariis in eodem libro. *In calce* Annotationum, *quod est in folio 185. recto, legitur:* Hoc opusculum annotationum etc. finitum fuit anno latinorum. 1485. in fine Iulii Florentie. *In aversa ejusdem folii ultimi pagina typographica nota occurrit, hisce verbis expressa:* C. Ioannes Lucilius Santritter helbrōnensis impensis nō minimis at curis suis et solicitudinibus diligentissimis impressione compleverunt āno salutis. i488. ia. calēn decemb. Venetijs. *Sequitur* Registrum hujus operis..... IX. F. 28.

Ex verbis extantibus in calce *Adnotationum Heliae Cretensis*, supra relatis, ficta est illa editio Florentina anni 1485, quam habet *Maittairus pag. 468.* quamque refellit *Seemiller III. pag. 106.* et *Denis* pag. 246.

—— Exemplar alterum..... IXX. F. 29.

—— Exemplar tertium..... VIII. F. 12.

—— Quaestiones super tres libros de anima Aristotelis. *In primo folio averso adest impressa* Tabula q^stionū dn̄i Ioh^is de Ianduno sup^a tres libros de anima Aristotelis. *Opus inchoatur in secundo folio recto sine titulo, et in fine haec verba leguntur:* Expliciunt questiones dn̄i Ioh^is de Ianduno sup^a tres libros de aīa Ar. īpresse Venetiis p^a Franciscū de Hailbrun, et Nicolaū de Franckfordia Socios. M. CCCC. LXX iii. In folio..... XII. I. 9.

—— Alia editio. *In primo folio averso occurrit* Registrum chartarum. *Opus deinde incipit in prima secundi folii pagina, et ad calcem voluminis legitur:* Expliciunt q^ones dn̄i Iohānis d^a Iāduno sup^a tres libros de aīa Aris. īpresse Venetiis īpendio Ioh^is colonie Ioh^isq3 manthen gheretzē sociorū āno salutis dn̄ice M. cccc. lxxx. xiiij. cal.^e Iulij. *Adcedit* Tabula.

In folio minori..... VIII. C. 20.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 20.

—— Expositio libri Caietani de Thienis de substantia orbis, et quaestiones in eundem. *Titulus prioris quaestionis* Caietani *hoc pacto exprimitur:* Incipit quaestio de sensu agente disputata p^a Gaetanum de Tienis arciū et medicine doctorem famosissimum. *Nulla inscriptio praeest* Expositioni Ioannis de Ianduno, *ad calcem vero legitur:* Finis expositōis sup^a li.^o de sub^a orbis Iohānis de Ianduno ph^i preclarissimi. *Quaestionibus vero sequens praefigitur titulus:* Incipiūt qōnes singulares sup^a li.^o de sub^a orbis edite a clar.^mo ph^o Ioh^s de Iāduno Et

Digitized by Google

p'mo; etc. etc. *Notantur haec in fine operis :* Subtilissimis ac difficillimis qōnibus in libellū cōmentatoris de substantia orbis a solertissimo physice veritatis indagatore Ioh'e de Ianduno cōpilatis : Deo optimo maximoq3 fauente finis feliciter imposit' est : Impensa ingenioq3 Antonii de strata de Cremona summa cū diligentia impressis Venetiis Anno ab incarnatiōe domini i48i. undecimo Cal' novēbris. *Adcedit* Registrum. In folio minori..... IX. F. 30.

—— *Vide insuper* Thienis..... VIII. F. 30.

—— et..... VIII. E. 14.

Ianua Ioannis de. *Vide* Balbi Ioannis.

Ianua Iacobi de. *Vide* Voragine Iacobi de.

Ianua Symonis de. Clavis Sanationis. *In summitate primae columnae folii primi legitur:* Incipit clavis sanationis elaborata p' venerabilem virū magistrū Simonē Ianuēsē domini pape subdyaconū et cappellanū medicū quondā felicis recordationis domini Nicolai pape quarti qui fuit primus de ordine mino4. *Duae epistolae praefiguntur operi, quarum prima est auctoris nuncupatoria, quae incipit:* Domino suo precipuo domino magistro Campano domini pape capellano canonico parisiensi: Simon Ianuensis subdiaconus se ipsum ex debito cōmendat. *Secunda est responsio* Campani, *quae sic exorditur :* Venerabili viro magistro Simoni Ianuensi domini pape subdyacono et capellano canonico Rothomagensi amico suo Karissimo tanquam fratri: Campanus ejusdem domini pape capellanus canonicus parisiensis salutem et quicquid est optabile sane menti. *Opus alphabetico ordine digestum terminatur :* DEO.... GRATIAS. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto die vigesima mensis aprilis in civitate Patavina ad finem usq3 p'ducta sunt cū. adiūtorio altissimi sinonima Simōis Ianuensis p' me Petrū maufer normanum Rothomagēsis dyoces'.

In folio minori..... IX. H. 1.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti quodammodo convenit. Ad calcem operis Typothetae cura notatur :* Venetiis per Guielmum (sic) de Tridino ex Monteferrato. Mccccl xxxvi. die. xiij. Novembris. Registrum *adcedit.*

In folio minori..... IX. G. 22.

—— Versio libri Servitoris Abulchasis. *Extat cum operibus* Ioannis Mesue. *Vide* Mesue.

Iasonis Maini. *Vide* Mayno Iasonis de.

I L

Ilicini Bernardi. Expositio Triumphorum Francisci Petrarchae, *italice. Optus excuditur cum textu* Petrarchae. *Vide* Petrarchae.

Digitized by Google

ILLYRICORUM, Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis *epistolis. Vide* Mahummedis.

I M

IMOLA ALEXANDRI DE. *Vide* Tartagni Alexandri.

IMOLA BENVENUTI DE. Commentarium in Comoediam Dantis Aligherii, *italice. Extat cum* Comoedia Dantis. *Vide* Dantis.

IMOLA IOANNIS DE. Commentarii in Clementinas. *Opus incipit absque titulo, atque haec nota excuditur in calce*; Clarissimi ac utriusq3 iuris interpretis famosissimi Iohannis de Imola opus preclarum ī Clemētinas. Venetiis impressum: summo artificio: ac industria ingeniosissimi viri Iacobi de Rubeis natione Gallici. Anno domini. M. cccclxxv. Inclyto Venetiarum Duce Petro mocenico. Deo gracias. Amen. In folio majori..... VI. H. 11.

—— Exemplar alterum..... XIII. I. 9.

—— Alia editio, *quae pariter sine titulo initium sumit. In calce ejusdem legitur:* Clarissimi ac vtriusq3 iuris interpretis famosissimi Ioānis de Imola opus p̄cla4 in clementinas. Impssum venetiis p̄ Bernardinum de novaria. Anno dñi. M. cccclxxxvi. die xv. ap̄lis. *Adcedit* Registrum.
In folio majori..... V. I. 3.

—— Exemplar alterum..... VI. H. 3.

—— Commentaria in librum III. Decretalium. *Opus initium sumit a titulo excuso in summitate primae columnae, quae extat in medio primae paginae.* Excellentissimi ac rarissimi iurisconsulti et sacrorum Canonum cultoris sanctissimi Ioannis Imolensis Commentaria ingenio summo et maturitate incomparabili in vltimo floridissime etatis sue elaborata in librum tertium decretalium opera et industria Commendabilis viri Magistri Hērici de Colonia ex proprio auctoritatis exemplari sumpta fideliter inchoant. Incipit liber tertius de vita et honestate clerico4. Rubrica. *Absoluto commentario, post folium vacuum sequitur sub alio signaturarum ordine, sed eadem impressionis forma,* Rubrica de Clerico egrotāte. *Expleto hoc secundo tractatu, occurrit duplex* Registrum, *tam primi, quam secundi tractatus. In calce nulla subscriptio.*
In folio majori..... V. C. 5.

Sine notis anni, et loci. *Henricus de Colonia*, qui, uti legitur in titulo supra exposito, fuit Excusor hujusmodi operis, et in pluribus Italiae civitatibus artem impressoriam exercuit; primo scilicet *Brixiae* ab anno 1474 ad 1476; dein *Bononiae* ab anno 1477. ad annum 1486. *Senas* advexit Typographiam an. 1486 ibique remansit usque ad annum 1489. *Lucam* profectus anno 1490, ibi commoratus est usque ad initium anni 1491. Hoc eodem anno transtulit *Nozanum* suam impressoriam artem, ac anno tandem 1493 venit *Urbinum*, ibique decessit. Duas tantummodo Venetas editiones hujusmodi operis Bibliographi referunt, quae ambae gerunt notam loci, et anni, scilicet prima *1498* sine Typographi nomine; secunda *1500*, per *Bernardum Stagninum de Tridino.* Frustra hanc nostram editionem apud Bibliographos praecipuos quaesivi; ac proinde in magno pretio habendam esse iure censeo. Charta firma est, sed non admodum alba. Character, licet semi-gallo-francus, est tamen nitidus; paginae duabus columnis distinguuntur, cum spatio inter columnas, et marginibus satis amplis, lineasque 65 comprehendunt. Interpunctionis signa, praeter puncta, non reperi, sicuti etiam neque custodes, neque paginarum numeros, sed tantummodo signaturas. Initiales litterae desunt in spatiis, nec unquam suppletae fuere.

Digitized by Google

—— Lectura super prima et secunda parte digesti novi. *In medio folii primi uncialibus litteris legitur :* Ioannes de Imola super prima parte digesti novi. *Opus incipit in folio secundo* a Rubrica de operis novi. nūciatione. *Prima pars terminatur hisce verbis :* Et hec sufficiāt pro hoc anno M. cccc. xvi. die iiij. Septembris Laus deo. *Typotheta subjunxit:* Explicit Aurea Lectura vtriusq3 iuris doc. domini Ioannis de Imola super p̄ma parte ff. novi. Venetiis impressa p̄ Magistrum Andream de Torresanis de Asula. Anno domini i497. Die vō. vltimo maij. *Adcedit* Registrum. *Sub eodem signaturarum ordine sequitur*, Ioānes de Imola super secūda parte digesti novi. *Haec verba, uti in prima parte, leguntur in medio folii primi. In postica pagina ejusdem folii haec alia occurrunt :* Ioannis Immolensis in secundam. ff. novi partem multis cum additionibus ab ipso iam et senio confecto. et sciētia vtriusq3 iuris longissimo consumato appositis. ab auctoris ipsius exemplari correcta. comenta tanta hic se operis exhibēt dignitate ut quos Ioannes iuris nodos nō solvit. eos absq3 rubore alij obmutescant. Hic est enim o Bartholae pace. et honore tuo dixerim. qui splendorem tuum aliquantulum obūbrans limitationibus equis. habenis veluti moderatis. dicta. preceptaq3 tua dirigit. qui tuas si que minus iuri conveniant opiniones improbat. et glossam patrie matrem tutor defendit atq3 tuetur. qui ut orationi sit modus subtilibus argumentis. solidisq3 decisionibus suis doctos reddit doctiores. rudes admodum ac natura tardos suavi variaq3 elegantium rationum amenitate ad studia elicit iuris exercenda;

Immola quem genuit doctor celebrande Ioannes.
Es quoq3 qui patrie gloria celsa tue.
Vis dedit ingenij lumen te iuribus ardens.
Luna docet noctis. tu quoq3 iuris iter.

Huic subnectitur Index tractatuum, qui in hac secunda parte continentur, in cujus calce postea legitur : Explicit lectura perutilissima domini Ioānis de imola super secūda digesti novi parte. Impressa venetiis per Andreā de Thoresanis de asula āno domini. M. cccc. xcviij die vero xviij. martii. Ad laudem omnipotentis dei et gloriose virginis marie matris eius amen.

In folio majori..... VII. G. 16.

—— Solemnis et vtil' Repetitio. ca. Tue fraternitatis. Extra. de Sponsa. per dominum Ioannem de Imola feliciter incipit. *Is titulus legitur in summitate primae columnae folii primi. In calce operis legitur tantummodo ;* et hic fit FINIS. Impressum Bononie. In folio. *Extat colligatus cum* Antonio de Canaro..... VI. F. 16.

Sine nomine Typographi, ac nota chronologica. *Denis in supplemento pag. 59t.* mentionem facit hujusmodi editionis. Opus constat fol. 6 impressum charactere semi-gallo-franco duabus columnis, quarum lineae sunt 62 superioribus marginibus tituli excuduntur, et in inferioribus signaturae; sed custodes, et foliorum numeri haud visuntur.

Imola F. Ludovici de. Oratio in die S. Stephani. *Titulus praecedit :* Fra-

Digitized by Google

tris Ludovici Imolensis ex ordine mino4 theologie professoris oratio in die sancti Stephani : habita in capella pape coram patrum senatu Feliciter incipit. *Ad calcem tantum legitur*, Amen. In 4.° minori. *Vide* Orationes variae. IX. A. 58.

Constat opusculum foliis VI. sine signaturis, foliorum numeris, ac custodibus; et lineae 30. in pagina quavis integra occurrunt. Ex forma characteris semi-gallo-franci *Audiffredus pag. 496.* concludit opus fuisse impressum a *Guldinbeckio*.

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 49.
—— Exemplar tertium..... XIII. A. 51.
—— Alia editio, in 4.° minori..... XIII. A. 49.

Nec foliorum numeri, nec custodes occurrunt in hac altera editione. Signatura *a.* cum romanis numeris in inferioribus marginibus cernitur. Opusculum vero exprimitur charactere *Stephani Plannck*, et lineae 33 occurrunt in paginis integris : ipsum autem absolvitur V. foliis. Verumtamen haec editio latuit *Audiffredum.*

—— Alia oratio a *praecedenti diversa. Hujusmodi titulus* : Ludovici Imolensis ex ordine mino4 theologie professoris puincie Bononie ministri provincialis. Oratio in die pthomartyris Stephani hīta cōrā Sixto Pōt. max. et reliquo4 patrū senatu florētissimo. In 4.° minori..... XIII. A. 51.

Audiffredus pag. 427. monet editionem praesentem fuisse excusam a *Georgio Theotonico.* Character gallo-francus est parvus, sed nitidus; constatque opus fol. VI. et in paginis integris, in quibus nec signaturae, nec custodes, nec foliorum numeri cernuntur, lineae occurruut 39.

—— Oratio, *cujus titulus in fronte ita excuditur* : Ludovici Imolensis ex ordine mino4 theologie p^{s}fessoris in funere Reverēdissimi domini dñi Petri Ferrici. tituli Sixti p^{s}sbiteri Cardi. et ep^{i} Tirasonen̄. Oratio feliciter incipit. *Post orationem legitur* : Hactenus per magistrum ludovicū Imolensem Que sequunt^{r} p^{s} Paulū de crottis Cremoren̄. (sic) supradicti sancte memorie Re. dñi Car. Tirasonen̄. dom^{s} magr^{s}m et secretariū. Ob veritatem. *Ad calcem hujus relationis legitur* : Paulus de Crottis Canonicus Cremonen̄ sedis apostolice acolitus numerari^{s}. ob integram fidem. devotam gratamq3 clientelam. perpetuo merens ac lugens. Finis. In 4.° minori..... IX. B. 9.

Folia hujus opusculi sunt VI. impressa charactere gallo-franco *Stephani Plannck*; in quibus desunt foliorum numeri, custodes, et signaturae; et lineae 33 in unaquaque pagina numerantur. Obiit hic Cardinalis *Romae* anno 1478 25 septembris. Vide *Vitae Pontif. et Cardinalium T. III. p. 57.*

—— Ludovici Imolensis ex ordive (sic) Minorum Theologiae professoris Oratio ad populum Bononiensem tempore quo Generale fratrum minorum Cōcilium in Civitate Bononiensi est celebratū Anno. Mccccl xxxxiiii.
In 4.°..... XIII. A. 42.

Opusculum IV. fol. constat, ac memoratur a *Denis in Supplem. pag. 371.*

Digitized by Google

I N

INFORTIATUM. *Vide* Ius.

INDULGENTIAE concessae in peregrinatione totius Terrae Sanctae. *Titulus praefigitur operi hoc pacto :* Infrascripte sunt peregrinationes totius terre sancte que a modernis peregrinis visitantur. Et est sciendum q̄ in illis locis in quibus est signum C ibi est plenaria absolutio scilicet a pena et a culpa. In aliis vero locis in quibus nō est signū C sunt septem annorū et septem quadragenarū de indulgētia. Predicte autem indulgentie concesse fuerunt a sācto Silvestro Papa : ad preces sancti magni Constantini imperatoris : et sancte Helene matris ejus. *Ad calcem opusculi legitur :* Expliciunt peregrinationes terre sancte : Venetiis Impresse per Baptistā de Sessa Mediolanensem. M.CCCCXCI. Mensis Maii. In 8.° ..... XIII. D. 51.

Ex Bibliographorum praecipuorum silentio raritas hujus opusculi elucet.

INGHEN MARSILII AB. Abbreviationes lib. Physicorum. *Praeit titulus in summitate primae columnae primi folii :* Incipiunt subtiles doctrinaq3 plene abbreviatiōes libri phȳico4 edite a p̄stātissimo phō Marsilio inguē doctōe parisiēsi. *Opus terminatur in prima ultimi folii columna hisce verbis :* Explicit liber phisicorum. *In altera columna occurrit voluminis* Registrum.
In folio parvo ..... VIII. G. 26.

Sine indiciis expressis loci, temporis, et Impressoris. Opus charactere gallo-franco impressum est. Columnae duae in paginis occurrunt, et lineis constant 48. Foliorum numeri et custodes penitus desiderantur ; signaturae tamen suis locis visuntur. Initiales aliquando parvis formis indicantur, aliquando spatia vacua tantum extant. Hujusmodi editionis mentionem faciunt tantummodo *Seemiller T. III. pag. 150, et Panser T. III. pag. 159.*

—— Exemplar alterum ..... IX. G. 37.

—— Questiōes Marsilii super quatuor libros sentētia4. *Is titulus praefigitur in folio primo recto, uncialibus typis gallo-francis excusus. Huic subnectitur :*

In marsilium Tetrasticon
Quā superat phaebus radiantia sidera cocli
Ut cedunt magno flumina parva mari
Tantum Marsilius sophiae praecellit honore
Heidelbergensis lux et origo scolae

Deinde

In marsilium Distichon
Inspice Marsilium quid scripserit : en ego vates
Sum tibi : quod fructu non vacat iste liber.

In eodem folio verso extat Anonymi monitum ad lectorem de opere, et vita Auctoris. In folio secundo occurrit : In laudem Marsili poema Theodorici gre-

Digitized by Google

semundi. l. l. doctor. *Sequitur in folio tertio* Repertorium alphabeticum in quaestiones libro4 quatuor sententia4, *cui adcedit* Tabula generalis oīm quaestionū in hª. ope otēta4. *Opus folio XIX initium sumit a titulo:* Clarissimi viri dñi Marsilij inguen super libros sententiarum edita (sic) in studio Heildelbergensi incipiunt feliciter: ordine optimo quasi mathematicali certissimo. *In fine secundi libri, ubi volumen terminatur, legitur tantummodo:* finit scdm̄ scriptū libri sententia4 clarissimi Marsilij Inguen. In folio parvo..... IV. I. 23.

Desunt huic nostrae Bibliothecae III et IV libri; et ex *Maittairis Indice II. pag. 55* discimus opus fuisse impressum *Hagenoae 1497*, uti legitur in calce secundi voluminis, quod complectitur III. et IV. lib.

Ingheramii T. Phedri Volaterrani. Panaegyricus in memoriam divi Thomae Aquinat. Senatui apostolico ad Minervae dictus. *Is titulus praefigitur opusculo. Praecedit folio primo verso Epistola, qua* Ingheramius *suam orationem nuncupavit* Card. Bernandino Carvaja. *In calce folii XVIII legitur* dixi. In 4.° parvo ..... XII. A. 81.

Impressor hujusmodi orationis extitit *Stephanus Plannck*, qui ad eam excudendam duplicem adhibuit characterem; minorem unum, minusque elegantem, quo impressa est Epistola nuncupatoria; majorem alterum, multoque elegantiorem, quo est ipsa oratio. Libelli folia in summa XVIII. sunt, cum signaturis.

Innocentii PP. IV. Apparatus in V. libros decretalium. *In folio primo averso extat* Francisci moneliensis de Genua in lecturam Innocentii pape quarti a se castigatam Epistola. *In sequenti pagina folii secundi* Incipit proemiū super apparatu decretalium domini Innocentii Pape quarti. *In calce operis extat nota typographica hisce verbis expressa:* Exactū hoc preclarum opus impensa caractereq3 iucundissimo optimorum Iohannis de colonia Nicolai ienson sociorumq3: qui non solum summam curam adhibuere: ut sint hec suave quoq3 sine vicio, verum ut laute sint elaborata: ut cuilibet more poetico et pdesse possint et oblectare: curam ac hujus rei diligentiā adhibuit summus in hac arte vir. magister iohannes de selgenstat alemanus: vir non mediocriter observandus. Impressum Venetiis. Anno salut. M. cccc. lxxxi. xv. Iunii. *In aversa pagina hujusmodi ultimi folii occurrit* Registrum, *cui subnexum cernitur Typographi signum rubro colore excusum.* In folio majori..... V. H. 11.

Character hujus venustissimae editionis, licęt gallo-francus, nitidissimus tamen est, et chartae imprimitur mundissimae ac solidae. Columna duplex in pagina qualibet conspicitur, et lineis constat 66 Signaturas reperi; custodes vero, et foliorum numeri desiderantur. Pro initialibus spatia tantum extabant, priusquam Minicularius easdem adpinxisset rubro, vel caeruleo colore; et quamplures auro etiam, ac aliis coloribus eleganter exornasset. Idem Minicularius margines primae paginae floribus auro ac coloribus affabre contextis, insignes reddidit; et in spatio satis amplo, ab Excusore relicto, quod fere dimidium superius ejusdem paginae occupat, adjecit splendidum ornatum, in cujus medio stemma gentilitium, forsan possessoris, visitur.

—— Exemplar alterum..... V. H. 12.

Digitized by Google

Insonii de Daniel Propheta. *Vide* Danielis.

Instructio Vetus, et denominationes praefectorum militum, *graece. Extat cum* Dictionario gracco. *Vide* Dictionarium.

Interpretationes nominum hebraicorum. In 4.° min..... H. B. 1.

Praesens opusculum notis typographicis destitutum, satis illustratum est in artic. *Bibl.*, et in artic. *Gotthi Francisci.*

Interrogationes et doctrinae quibus quilibet sacerdos debet interrogare suum confitentem. *Vide* S. Antonini.

Invidia de. Sententiae, *graece. Extant cum* Theocriti Eclogis. *Vide* Theocriti.

I O

Ioannis Andreae. *Vide* Andreae Ioannis.

Ioannis Angeli. Astrolabium. *Vide* Aichach.

Ioannis Antonii Episcopi Alexandrini. *Vide* Georgio Ioh. Anton. de S.

Ioannis Baptistae. Liber de confutatione hebraice secte. *Is titulus gallo-francis typis excusus legitur in medio folii primi. In secundo folio recto incipit* Tabula prophetia4, *huic subjecta titulo:* Confutatio iudaice secte magistri Iohānis baptiste gratia dei artium et medicine doctoris. Continet prohemium et tractatū: In phemio sunt due epistole. Prima ad reverendissimū dñm. B. Caravagalē cardinalem sancte crucis in hierl^{m} Secunda ad ipsos hebreos: pro quo4 ofutatione opus edidit. *Duo folia haec tabula complectitur; in sequenti vero Epistola prima incipit cum epigraphe:* Reverendissimo in xpo pri: et dño meo observandissimo dño Bernardino Carvagail (sic) sacro sancte romane ecclesie: tituli sancte crucis in hierl^{m} pbytero Cardinali episcopo saguntino. Iohās baptista dei gra. E. V. Reveren. D. in xpo filius: et humilis seruus: salutē et felicitatē. *Alia Epistola sequitur cum inscriptione:* Iohannes baptista gra dei: a deo patre et dño nostro Iesu christo rege regū et dño dnantium de lacu miserie et de luto fecis ad eternam salutem vocatus: iudeis omnibus conversionem: et sanioris consilij spiritum. *Opus hanc excipit, quo absoluto haec coronidis loco notata fuere:* Liber de confutatione hebraice secte: finit feliciter. Ex officina providi viri Martini flach civis Argentinēsis In vigilia Matthei apostoli et evāgeliste. Anno millesimo quingentesimo. In 4.°..... XIII. D. 3o.

Nonnulli Bibliographi, etiam magni nominis, laudatum opus retulerunt sub nomine *Gratia dei Ioannis Baptiste de*; ast in Catalogo *Bibliothecae Casanatensis Tom. III. pag. 576.* circa opus de-

Digitized by Google

scriptum, hanc notam reperi: *Perperam, ut puto, hic Auctor ab iis, qui primi Bibliothecae nostrae catalogum descripserunt, Gratia dei cognominatus fuit: nam verbum, seu potius verba illa* GRATIA DEI, *quae in Epigraphe Epist. dedicat. ad Cardi. Carvajal, et in altera ad Iudaeos, eidem subjecta, Ioannis Baptistae nomini subiunguntur, nil aliud esse videntur, quam gratiae Dei testificatio, cui auctor conversionem suam acceptam referri volebat. Colomesius sane, Wolfius, Maittairius, et auctor Bibliothecae ipsum simpliciter Ioannem Baptistam appellant, et de cognomine Gratia dei prorsus silent. Refert autem ipse Auctor in Laud. Epist. ad Iudaeos se diu versatum fuisse inter fratres Praedicatores S. Mariae ad Minervam, et eorum praedicatione, ac expositione Prophetiarum de Messia loquentium ad veritatis cognitionem adductum fuisse.*

Ioannis Canonici. *Vide* Canonici Ioannis.

Ioannis Carthusiensis. *Vide* Carthusiensis Ioannis.

Ioannis Chrysostomi. *Vide* Chrysostomi Ioannis.

Ioannis Diaconi hispani professoris iuris canonici et civilis. Flosculum, seu summarium totius Decreti. *Extat excusus hic liber cum* Concordia discordantium Canonum. *Vide* Gratiani Decretum.

Ioannis Evirati. *Vide* Moschi Ioannis.

Ioannis Iunioris. *Vide* Iunioris Ioannis.

Ioannis Lectoris. *Vide* Lectoris Ioannis.

Ioannis Monachi. Defensorium Iuris. *Extat excusus praesens tractatus sub eodem signaturarum ordine cum* Summa dñi Gofredi sup. Tit. Decretalium, *et aliis operibus diversorum Iurisconsultorum. In calce legitur:* Absolutum per Bernardinum de Tridino de mōteferrato sūma cura ac diligenti studio. M.cccc.lxxxxi. die ix. februarij. Venetiis. In folio..... VI. C. 15.

Ioannis Monachi Hierosolymitani. Vitarum SS. Patrum *Pars III. italice. Vide* Vitae SS. Patrum.

Ioannis PP. XXI. *Vide* Hispani Petri.

Ioannis PP. XXII. Constitutio Execrabilis. *Extat ad calcem* Constitutionum Clementis V. *Vide* Clementis Papae V.

Ioannitii R. Chanin, Chonain Medic. Arab. Isagoge in Tegni Galeni. *Praecedit in folio primo averso Prologus Editoris, cui subnectitur index opusculorum, quae in volumine continentur, scilicet:* Prīo est liber Iohānitii qui dr̄ isagoge in greco = Secundo libellus de pulsibus philareti = Tertio est libell⁹

Digitized by Google

Theophili de urinis = Quarto sunt Hippocratis aphorismi ī ordinē collectī = Quīto sūt aphi⁹. eiusdem cū cōmento Galiani = Sexto liber ꝑnostico4 eiusdē divisus in tres ꝑticulas = Septīo liber regimīs acuto4 ɔtinēs q̄ttuor ꝑticulas = Octavo est li. epidimia4 hip. cū cō viij. particulas ɔtinēs = Nono est libellus hippo. qui intitulatur de nä fetus. = Decīo liber Galieni q̄ dr̄ tegni sive pars parva. = Undecīo libell⁹. Gentilis de fulgineo de divisiōe etc. etc. = Duodecīo libell⁹. de lege hip. et libell⁹. q̄. dr̄ iusiurandū. *In sequenti folio legitur titulus in summitate primae columnae excusus:* INCIPIUNT ISAGOGE IOHANNITII AD TEGNI GALIENI LIBER PRIMUS MEDICINE. *In fine:* Expletū est opus hoc preclarū artis medicine nomīatum Artisella Hippocratis: q̄3 diligentissime accuratissimeq3 emendatum per dominū Franciscum Argillagnes de Valentia: artiū et medicine doctorē insignem: Impressū Venetiis summa cura ac sollicitudine Hermāni lichtēstein Coloniensis. Anno dominici natalis. M. cccc. lxxxiij. quarto calendas apriles. *Huic subscriptioni subnectitur* Registrum cartarū. *Eodem folio averso occurrit Epistola* Francisci Argilagnes, *dein in prima facie ultimi folii* Incipit tabula sup̄ libros Tegni que ordinata est eodē ordine quo tabula posita supra ante libros ꝑnostico4. In folio..... VIII. G. 8.

—— Exemplar alterum..... IX. G. 4.

—— Exemplar tertium..... IX. H. 2.

—— Alia editio *simillima praecedenti, scilicet anni 1483. In fine huius:* Explicit hypocratis iusiurandum in cuiusdam sui libri principio inventum: et e greco in latinum conversum per Petrum paulum vergerium faciatum. Venetiis per Baptistam de Tortis M. cccc. lxxxvii. die vigesimo Augusti. *Adcedit Epistola* Francisci Argilagnes Valentini. In folio..... IX. G. 5.

Ionti Oliverii. Casticationes in lib. Elenchorum Ioannis Duns. *Vide* Duns..... VII. B. 10.

Iosephi Flavii. Historiarum de bello Iudaico libri VII. *Opus incipit a Prologo, cui titulus praefigitur:* HISTORIARUM IOSEPHI LIBRI NUMERO VII. LIBER PRIMUS. INCIPIT. *Ad calcem subscriptio hujusmodi notatur:*

FINIS
IMPRESSIT CLARUS AC DILIGENTISS.
ARTIFEX ARNOLDUS PANNARTZ.
NATIONE GERMANUS
IN DOMO VIRI NOBILIS
PETRI DE MAX. CIVIS ROMANI ANNO
INCARNATI VERBI. M. CCCCLXXV.
DIE VERO XXV. NOVEM.
SEDENTE. SISTO. IIII.
PONT. MAX. ANNO.
EIUS.
V.
PLATYNA EMENDAVIT.

Digitized by Google

Registrum *penultimam paginam complectitur; in ultima nil expressum visitur.* In folio minori..... XIX. H. 1.

Editio elegans, foliorum numeris, custodibus, signaturis, et initialibus destituitur. *Audiffredus* hanc refert editionem *pag. 188.* quam *de Bure Tom. I. pag. 465.* inter rarissimas recenset. Post notam typographicam legitur charactere subalbido nomen Possessoris, scilicet *Antonii Seripandi.*

—— Alia editio, *cui praefigitur titulus in summitate primae paginae,* IOSEPHI MACHACIAE (sic) FILII HEBRAEI GENERE SACERDOTIS EX HIEROSOLYMIS DE BELLO IVDAICO LIBER. I. *In fine* DE BELLO IUDAICO EXLICIT FOELICITER.
In folio minori..... XIX. H. 2.

Ex accuratissima descriptione hujusmodi editionis, quam tradunt *Maittairus pag. 104, Mittarellus pag. 219, Crevenna Tom. V. pag. 94, Morellius Tom. II. pag. 44.* discimus, hanc esse *Veronae* excusam anno 1480, a *Petro Maufer Gallico.* Ipsa enim, ut laudati Bibliographi docent, constat duabus partibus; quarum prima agit de *Bello Iudaico;* secunda, *de antiquitate gentis Iudaicae,* latine reddita, curante *Ludovico Cendrata*, et in calce tantum secundae partis legitur nota Typographica, scilicet *Impressum in inclyta civitate Verone per Magistrum Petrum Maufer Gallicum.* Anno salutis. M. CCCC. LXXX. *octavo Kalendas Ianuarii Pontifice maximo. Sixto quarto: et illustrissimo Venetorum duce Ioanne Mocenigo.* Exemplar nostrum, quod hac secunda parte orbatur, in principio etiam mutilum est: desunt enim aliqua folia, in quibus continentur Epistola dedicatoria *Ludovici Cendratae Veronensis ad Antonium Donatum Patricium Venetum, Hexastichon Donati*, et Carmen *Panthei Veronaei* in laudem Editoris.

—— Alia editio, *in qua praeterea XX. libri* de Antiquitate Iudaeorum *contra* Appionem *reperiuntur. Praeit in folio secundo* (*nam primum vacat*) Prologus *sub titulo:* Iosephi iudei historiographi vir. clarissimi prologus in libros antiquitatum vigīti incipit feliciter: et de greco in latinum traductos per venerabilem presbyterum Ruffinum Aquiliensem virum doctissimum. *In aversa pagina* Prologum *excipit Tabula capitum libri I. In postica facie secundi folii* Iosephi antiquitatis iudaice liber primus incipit feliciter. *In fine libri XX, haec nota typographica occurrit:* Impssū Venetijs p Raynaldū de novimagio. Anno dñi. M. cccc. decīo die maij. *Denarii numeri, ut videtur, omittuntur; unde supplendi sunt anni* lxxxi., *hoc enim anno, et ex eodem charactere, papyri qualitate, ac impressionis forma, idem Typographus vulgavit ejusdem* Iosephi libros de bello Iudaico, *ut infra videbimus. Post subscriptionem extat vita* Iosephi per Hieronymū squarzaficū alexādrinū, Raynaldo de novimagio *Impressore, conscripta, cui subnectitur* Registrum. *Sub alio signaturarum ordine incipit* Prologus Iosephi Mathatie filij Hebrei genere sacerdotis ex Hierosolimis de bello iudaico in libros septem p Ruffinū aquilensem (sic) traductos. *Ad calcem hujus operis legitur:* De bello Iudaico explicit feliciter Iosephi Mathatie filij hebrei genere sacerdotis ex hierosolymis de antiquitate iudeorum contra Appionem grāmaticum alexandrinum. *Duobus fasciculis absolvitur hoc opusculum, ad cujus calcem aeque ac totius voluminis elogium* Iosephi *anonymum adest, forsan* S. Hieronymi; *deinde notavit Excusor:* Impressum in inclyta civitate Venetiarum

Digitized by Google

per Magistrum Raynaldum de Novimagio almanum. Anno salutis. M. cccc. lxxxi. Ultima die Martii. Registrum *his verbis subjacet.*

In folio..... XIX. H. 13.

—— Exemplar alterum, *primae partis tantum, quam supra notavimus*..... XIX. H. 7.

—— Exemplar tertium, *etiam tantummodo primae partis*.. XX. F. 27.

—— Alia editio, *in qua continentur ea omnia, quae in praecedenti editione notavimus. Post vitam Iosephi, quae extat in fine partis primae, nulla typographica subscriptio; sed tantum* Registrum *occurrit. In calce totius voluminis legitur:* Impressum Venetiis per Ioannem vercellensem Anno salutis. M. cccc. lxxxvi. die xxiii. Octubris. (sic). *Sequitur secundae partis Registrum.*

In folio..... XIX. H. 3.

—— Exemplar alterum..... XIX. H. 4.

—— Exemplar tertium..... XIX. H. 5.

—— Exemplar quartum..... XIX. H. 6.

—— Exemplar quintum..... XIX. H. 8.

—— Exemplar sextum..... XIX. H. 9.

—— Alia editio. *In medio primae paginae folii primi legitur uncialibus characteribus* Iosephus de Antiquitatibus ac de bello Iudaico. *In folio secundo recto incipit* Tabula Rubricarum cuiuscūq3 capituli singulorum libro4 tam de Antiquitatibus q̄ de bello Iudaico secundum numerum librorum et cartarum; *quae XII. fol. continetur. Hanc excipit vita* Iosephi *ab* Hieronymo Squarzafico Alexandrino *scripta. Sequitur* Prologus, *et cetera omnia, quae in duabus praecedentibus editionibus innuimus. In calce totius operis:* Explicit Iosephus Anquitatum (sic) et de Bello Iudaico. Impressum Venetiis per diligentissimum uirum Albertinum Vercellensem. Expensis Domini Octaviani Scoti et fratris eius. Anno domini. M.CCCCXCIX. die xxiii. Octobris. *Adcedit.* Registrum. XIX. H. 10.

—— De bello Iudaico, *italice. In primo folio verso excuditur Prooemium sub titulo:* Proemio in laude della historia, et del opera, o vero libro di Iosepho historico prestantissimo con sommo studio et diligentia impresso nella magnifica cipta (sic) di Firenze. *In folio secundo opus incipit his verbis praeviis:* INCOMINCIA IL PROEMIO DI IOSEPHO EBREO NEL LIBRO DELLA HISTORIA DELLA GUERRA HEBBONO. IGIUDEI COROMANI. *Typographus ad calcem, post* FINIS, *haec notavit:* Impresso in Firenze per Bartholomeo. P. adi vi. di luglio. M. CCCC. LXXXXIII.

In folio minori..... XIX. H. 11.

De Bure Tom. I. pag. 467 raram, et a Bibliophilis exoptatam editionem hanc praedicat, quae prima italico idiomate conscripta.

—— Exemplar alterum..... XIX. H. 12.

Iosephi Prophetae. Insonii. *De hoc opusculo vide, quae supra notavimus*

Digitized by Google

in articulo Danielis Prophetae Insonii, *cum quo extat excusum, et compactum*..... XIII. A. 25.

I S

S. Isidori Hispalensis Episcopi. Etymologiarum libri XX. *Praeit Index capitum, et librorum, duabus columnis excusus, fol. IV. Sex Epistolae praecedunt, quatuor* S. Isidori *ad* Braulionem Episcopum Caesaraugustanum; *duae* Braulionis *ad priores* S. Isidori *respondentes. Ante primam sequentia verba leguntur impressa:* ISIDORI IUNIORIS. HISPALENSIS. EPISCOPI. EPISTOLA. AD. BRAVLIONEM. CESARAVGVSTANUM. EPISCOPUM. INCIPIT. FELICITER. *Epistolis subjecta est brevis ad lectorem admonitio de immediate sequenti tabula, seu brevissimo cujusque libri indice. In postica pagina VIII. folii opus incipit hoc pacto:* DE DISCIPLINA. ET. ARTE. *In calce operis post verba*, Deo. Gracias. *Typographus notavit:* Isidori iunioris hispalensis episcopi. Ethimologiarum libri numero viginti. finiunt foeliciter. Per Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum. Literis impressi ahenis. Anno ab incarnatione domini. Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo. Decimanona die. Mensis. novēbris.
In folio parvo..... XIII. E. 23.

Editio haec est rarissima, et omnium hujus operis princeps, de qua pauci Bibliographi notionem habuere eam tamen celebrant *Maittairus pag. 317 Zapf. pag. 15 et Seemiller 1 pag. 39.* Opus instructum est charactere romano, quo *Zainerus* primus in *Germania* usus est, sine custodibus, signaturis, paginarum numeris, ac initialibus litteris, quae a Miniculatore suppletae sunt rubro, vel caeruleo colore per spatia a Typographo relicta. Charta munda est, firma, ac polita. Quaevis pagina integra 38 numerat lineas. Signa distinctionum occurrunt (punctum scilicet, et colon), quod quidem rarum est lumen impletum conspicitur figuris tum geometricis, tum astronomicis ligno incisis. Circa finem libri IX. extat sphaera, quae *Stemma stirpis Humanae* repraesentat; et in duabus paginis sequentis folii *Arbores consanguineitatis*, et *Affinitatis* habentur: et haec omnia xylographica sunt.

—— Alia editio. *In folio primo verso incipit* Registrum in libros etymologiarum sancti Isidori hispalensis episcopi, *quod terminatur circa medium primae columnae folii IV. recti. In folio V. incipiunt sex epistolae, et cetera, quae in praecedenti editione notavimus. Expleto libro XX.* Etymologiarum, *absque ulla subscriptione typographica, post vacuam paginam occurrunt libri de* Summo bono; *et primo extant* Rubrice, *seu Index* librorum, et capitum. *In summitate primae columnae folii primi titulus extat:* In christi nomine incipit liber primus sancti Isidori hispalensis episcopi de sūmo bono. *Opus hac subscriptione terminatur:* Finit liber tertius et ultimus de sūmo bono sancti Isidori hispalensis epi: Impressus Venetiis per Petrum loslein de Langencen.

Digitized by Google

M. cccc. lxxxiij. In folio minori..... II. E. 19.

Initiales, quae extabant parvis litteris in spatiis amplis, majores reddidit Miniculator modo coloribus rubro, modo caeruleo. In hac editione tantum *Arbor consanguineitatis* reperitur in calce libri IX.

—— Exemplar alterum..... II. E. 20.
—— Exemplar tertium..... II. E. 24.
—— Exemplar quartum..... II. E. 26.
—— Alia editio. *In medio folii primi recti uncialibus litteris legitur:* Isidorus ethimologiarum Idem de summo bono. *In folio secundo opus incipit ab* Epistola Isidori ad Braulionem, *et in ceteris cum praecedenti convenit. Expleto libro XX.* Etymologiarum, *occurrit Tabula librorum, et capitum hujusmodi operis; et post librum III.* de Summo bono, *nota typographica legitur hoc pacto:* Finit liber tertius et vltimus de summo bono sancti Isidori hyspalensis ep̄i. Impressus Venetiis p Bonetum locatellum mandato et expensis Nobilis viri Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. M. CCCC. XCIII. Tertio Idus Decembres. Cum dei summa laude. *Sequuntur* Rubrice librorum de Summo bono, *quibus subnectitur Typographi signum alibi notatum.* In folio minori..... II. E. 21.
—— Exemplar alterum..... II. E. 27.
—— Exemplar tertium..... II. E. 28.
—— Alia editio: *In medio folii primi legitur uncialibus litteris:* Isidori Etymologiarum Opus. Idem de Summo bono. *Incipit opus ab* Epistola Isidori iunioris; *deinde sequuntur cetera, quae in aliis editionibus observavimus. In fine secundae columnae folii 75 legitur:* Finit liber aetymologiarum Isidori hispalensis episcopi. *In postica facie incipit* Aetymologiarū tabula, *tribus excusa columnis, quae tres paginas occupat. In sequenti folio sub novo signaturarum ordine, et foliorum numeratione, sed eodem charactere, ac impressionis forma, incipiunt libri* de summo bono. *In calce secundae columnae folii 21, quod est ultimum voluminis, haec leguntur verba: Finiunt libri* De sūmo bono sancti Isidori hispalensis ep̄i novissime recogniti: cunctisq3 errorib⁹ castigati. *In aversa facie occurrit* Repertoriū Isido. De sūmo bono, *tribus etiam columnis excusum, et in calce legitur tantummodo:* Laus Deo. In folio..... II. E. 22.

Editionis istiusmodi, cui nulla typographica nota adposita fuit, quaeque latuit Bibliographos omnes, saltem eos, quos ad manus habeo, impressionis oeconomia perspecta, haec notanda comperi. Character nec gallo-francus, nec romanus, sed potius semi-gallo-francus est ad latinum proxime accedens, qui lineis 65 in quavis columna est distinctus. Signaturae, foliorum numeri, et custodes suis locis repraesentantur. Initiales omnes florentes sunt ligno incisae: Volumen *Venetiis*, ut videtur, excusum ad exitum saeculi XV.

—— Exemplar alterum..... II. E. 23.
—— Exemplar tertium..... II. E. 25.
—— Opusculum de temporibus. *Titulus praecedit:* Isidori opusculum: De

Digitized by Google

temporibus. *Ad calcem legitur dumtaxat:* Finis. In 4.°..... XIX. F. 53.

Sine notis typographicis; sed *Romae* fuisse excusum hoc opusculum charactere gallo-franco *Stephani Plannck*, autumat *Audiffredus pag. 385* qui editionem alteram, scilicet *Philippi de Lignamine*, adfert. Constat foliis sex, absque custodibus, signaturis, foliorum numeris, ac initialibus. Lineis 33 paginae integrae implentur.

—— Soliloquia, *vel* Sinonyma. *In fronte primae paginae legitur hujusmodi titulus Prologo inscriptus:* Incipit prologus Isidori episcopi in soliloquia eiusdem. *Desinit opusculum plagula 18 linea 28 hisce verbis:* tes ipsius gracia ac debita veneracõne diligitis. *Post unius lineae intervallum legitur:* Sancti isidori Ispalensis archiep^{i} sinonima expliciunt. In folio minori..... XIII. E. 20.

Ad editionem hanc concinnandam Typographus chartam albam, politam, et firmam; et characterem gallo-francum conspicuum pinguis moduli elegit. Paginas instruxit lineis 37; nec eas ullo signo marginibus impresso praeditas voluit; et initialium sedes spatiis indicavit, quibus illas Miniculator inseruit. Opus hoc a *Denisio in Supplem. pag. 594* adscribitur *Henrico Rumel*, et eius Sociis, qui *Norimbergae* impressit; et circa annum 1470 excusum ab ipso *Denisio* iudicatur.

Isocratis Orationes, *graece. Folium primum vacat, et in secundo recto vita* Isocratis *graece scripta ex* Plutarcho *incipit, quam excipiunt duae aliae, scilicet ex* Philostrato, *et* Dionisio Halicarnasseo, *quae 14 folia complectuntur, et post vacuum folium* Isocratis *opera incipiunt ab oratione ad* Demonicum. Ισοκρατους προς Δημονικον Λογος παραινετικος. *In ultimo folio recto* Registrum adest, *et in postica facie haec notata occurrunt.* Ἐτελειώθη σὺν Θεῷ τὸ παρὸν βιβλίον Ἰσοκράτους ἐν Μεδιολάνῳ, διορθωθὲν μὲν ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Χαλκονδύλου τυπουθὲν δὲ, καὶ συντεθὲν ὑπὸ Ἐρρίκου τοῦ γερμανοῦ, καὶ σεβαστιανοῦ τοῦ ἐκ ποντρεμούλου· Τὸ δε ἀνάλωμα πεποιήκασιν οἱ τοῦ λαμπροτάτου ἡγεμόνος μεδιολάνου γραμματεῖς Βαρθολομαῖος Σκύασος, Βικέντιος Ἀλίπραντος, Βαρθολομαῖος ῥόζωνος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστου γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τρίτῳ, μηνος ἰανουαρίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. *Huic subscriptioni subnectitur signum* Udalrici Scinzenzeler, *alibi notatum.* In folio minori..... XII. C. 34.

Editio haec *Isocratis* omnium princeps est, et plurimi facienda. Character nitidus chartae mundissimae insculptus adparet, et in paginis integris lineas 34 complet, quae latis marginibus locum praebent. Signaturae visuntur, custodes, et plagularum numeri desiderantur: initiales vero parvis supplentur elementis. Ex signo *Udalrici Scinzenzeler* adposito ad calcem typographicae notae, *Saxius* non abs re infert, *Henricum Germanum*, et *Udalricum Scinzenzeler* unum et idem esse typographum: idque confirmat epistola italica *Francisci Tantii* praefixa *Triumphis Francisci Petrarchae* in qua *Udalricus Scinzenzeler Henricus* adpellatur.

—— Epistolae, *graece. Extant excusae in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. E. 36.

—— Oratio De Laudibus Helenae e graeco In Latinum Traducta Ioanne Petro Lucense Interprete. In folio..... X. E. 17.

De hac editione, sine ulla nota, vide quae supra diximus in Articulo *Herodoti Halicarnassei*, cum quo hoc opusculum excusum extat.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XX. H. 18.

I T

Italiae Magistratuum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum ejusdem* Mahummedis epistolis. *Vide* Mahummedis.

I U

Iudeci Nicolai Opusculum, *cujus titulus*, quid apud Aristotilem significet verbum virumlibet. *Extat praefixum operibus* Alberti Magni *ad logicam pertinentibus. Vide* Alberti magni.

Iudicibus Baptistae de. Episcopi Vintimiliensis. In funere Clarissimi viri Christophori Ruuere. Cardinal⁹ Tarantasiens⁹ Oratio Foeliciter Incipit. *Is titulus opusculo praefigitur. In calce:* Baptiste de Iudicibus. Episcopi Vintimilieñ. in funere Clarissimi viri Christophori Ruuere Cardi. Tarantasieñ. Oratio foelicite[r] explicit. In 4.° parvo..... XIII. A. 23.

Cuinam Typographo adscribenda sit haec editio, incertum visum est ipsi *Audiffredo*, qui pag. 425 sui *Catalogi Historico-Critici Rom. Edit. Saec. XV.* fatetur, se observasse characterem, quo praesens oratio excusa est, in aliqua alia Romana editione; sed haud eam meminisse. Opusculum ex IV. constat foliis impressis quodam gallo-franco typo, minus nitido. Obiit vero hic Cardinalis *Romae* anno *1478*. Vide *Vitae Pont. et Card. Tom. III.*

Iuliani Apostatae Imperatoris. Epistolae *Graece. Extant excusae in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Iulii Capitolini. *Vide* Scriptores historiae Augustae.

Iulii Firmici. *Vide* Firmici.

Iulii Frontini. *Vide* Frontini.

Iuniani Maii. *Vide* Maii Iuniani.

Iunioris Ioannis. Scala Coeli. *In postica pagina folii primi occurrit capitum tabula ordine alphabetico digesta, ac totum opus hac eadem methodo extructum est. In sequenti folio recto* Incipit prologus in Scala celi Uenerabili ac carissimo in xp̄o patri Hugoni de coluberiis sancte aquēsis ecclesie p̄posito. Frater Ioh⁹en. ¡unior ordinis frat4 p̄dicatorum filius vester humilis scip̄m cum recōmendatione humili et devota. *In calce operis legitur:* Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo. Liber iste vocat⁹ Scala celi Vlme impressus p̄ Iohannem Zainer

Digitized by Google

Explicit feliciter. In folio minori..... VI. E. 31.

Opus excusum est charactere gallo-franco sine signaturis, custodibus, paginarum numeris, ac initialibus, quae rubro colore suppletae sunt. In adducendo Auctoris nomine, scriptores, qui hujus operis mentionem fecerunt, mirifice discrepant. *Antonius Possevinus in Apparat. Sacr. Tom. II. p. 161. Mich. Maittairus in Annal. typogr. Tom. I. pag. 414* illum *Ioannem Columberium* nominant; sed sine dubio errorem admiserunt, qui ex verbis *Prologi* initialibus, haud intellectis, originem duxit. *Pellegrino Antonio Orlandi in Origine e progressi della stampa, e notizie delle opere stampate dal 1457 sino al 1500 pag. 177. Lucas Waddingus de Script. ordinis Minorum pag. 140. Henricus Wharton in Appendice ad Guilielmi Cave Histor. litterar. script. ecclesiastic. pag. 73. Casimirus Oudinus Tom. III. Comment. de Scriptor. et scriptis eccles. colum. 2226. Christianus Schoettgenius in Continuat. Biblioth. Fab. med. et infim. latin. pag. 914. Scalam coeli a Francisco Eximenez*, sive Ximenio, Gerundensi, Hispano Episcopo Elnensi, et Patriarcha Hierosolymitano, qui circa annum 1400 vixisse dicitur, compositam esse, et editionem illius *Barcinonae* anno 1501 prodiisse memorant. Sed forte *Ioannis Iunioris*, et *Francisci Ximenii Scalae coeli*, opera sunt plane diversa, quod aliis indagandum relinquimus. Veritati propius accedere videtur eorum sententia, qui cum *Iacobo Quetif* in *Scriptor. Ordin. Praedicator. Tom. I. pag. 633. Ioannem Gobium*, ordinis *Praedicatorum* monachum, qui circa annum 1350 vixerit, et *Iunior* dictus fuerit (ut distinguatur a *Seniore*, eodem nomine nuncupato, qui circa annum 1314 mortuus est) *Scalae Coeli* nominant auctorem. Vide *Ioannis Alber. Fabricii Biblioth. med. et infim. latin. Tom. VIII. pag. 228.*

Iuris *variorum tractatuum collectio, quorum primus:* Incipit libellus dans modū legendi abbreviaturas in vtroq3 iure etc. etc. *Sic enim legitur in summitate primae columnae folii primi recti. Adcedit* Index, *seu* Registrum *materiarum in praecedentem tratactum. In calce legitur tantum:* Deo gracias. *In folio XXIII.* Incipit ꝓcessus iudiciarius eximii doctoris. iuris canonici ioannis de Vrbach. *Praecedunt huic tractatui* Tituli legales secundū ordinē alphabeti diversorū volum. iuris civilis. *Absoluto* processu iudiciario *folio CVIII. in sequenti:* Incipit tractatus presumptionum. *In folio CXI.* Incipit sūma magistri dominici de civitate visencia qualiter notarij archieꝑorū et eꝑorū debeant n̄rie offm̄ exercere. *In calce:* Explicit sūma magistri dominici decivitate visentina. *Folio CXXX. verso* Incipit tractatꝰ notariatꝰ *Folio CLXXXI. occurrit brevis* Tractatus de ordine et processu iudicii. *Folio CXC.* Incipit Defensorium iuris. *Folio CCXV.* Incipit tractatus. ꝑscriptōnū compositus per Dominū Dynū de Mugilo legum doctorem. *Folio CCXXI.* Incipit tractatus brevis de arbitris et arbitratoribus Iacobi de montepessulano. *Folio CXXIV.* Incipiunt dn̄e. legum et canonū domī. Galnani de bononia. *In calce secundae columnae folii CCXXVII. versi legitur:* Expliciunt dn̄e legum et canonū domī. Galnani de bononia. Impressus A. Dn̄i Mcccclxx. In folio minori..... ..... VI. F. 20.

Sine loci, ac Typographi nomine. Quamplures editiones hujusmodi collectionis recensentur a Bibliographis, quae notam typographicam gerunt, quarum prima est *Nurimbergae* excusa anno 1476 per *Fredericum Creussner.* Aliae tres insuper ab ipsis excitantur, nullis typographicis indiciis refertae. Haec nostra, quae vetustior est, latuit Bibliographos fere omnes, ac proinde eius raritas elucet. Character, licet gallo-francus, est tamen nitidus, et Mentelianus adparet, et lineas 38 implet in columnis integris. Folia CCXXVII. quibus constat volumen, nullum in marginibus, qui satis ampli sunt, signum expressum habent; sed exemplum nostrum scatet postillis marginalibus

Digitized by Google

MSS. rubro colore; quas adjecit vetus codicis possessor; ac eodem etiam colore Minicularius supplevit initiales, quae deerant in spatiis.

Iustini. Epitome Trogi Pompei, *seu* Compendium historiarum ex Trogo Pompeio excerptarum. *In folio primo recto legitur Prooemium, quod nullam inscriptionem praefixam habet. In aversa ejusdem folii facie post IV. lineas, ubi Exordium terminatur, opus initium sumit praevio titulo:* IUSTINI HISTORICI IN POMPEI TROGI HISTORIAS LIBER PRIMUS INCIPIT. *In folio ultimo recto post duas lineas desinit* Iustinus, *et verba haec excusa reperi:*

FINIS.

Historias ueteres peregrinaq3 gesta reuoluo
Iustinus. Lege me. sum trogus ipse brevis.
Me gallus ueneta Ienson Nicolaus in urbe
Formavit: Mauro principe Christophoro.
IUSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS LIBER XLIIII. FELICITER EXPLICIT.
M. CCCC. LXX.

In folio minori..... XII. E. 26.

Editione hac, quae est omnium princeps, vix elegantiorem reperies. Typographi namque adcuratio tam in chartae praestantissimae, quam in characterum rotundorum elegantium delectu commendari debet. Lineae 30 in paginis perfectis numerantur; nec praeter has aliud signum expressum visitur in marginibus peramplis, in quibus postillae MSS. charactere subalbido adpositae leguntur. Initiales a Minicularío coloribus depictae fuere; nam Excusor spatia tantum reliquerat. Margines vero primae paginae, ac princeps Exordii littera auro, coloribusque variis ornata conspiciuntur. Exemplar nitidissimum, splendidissimeque compactum.

—— Alia editio. *Praeit in primo folio recto Exordium subiectum titulo:* Iustini historici politissimi Epitoma in Trogi. Pōpei historias ꝑhemiū incipit. *In calce ultimi folii aversi leguntur carmina:*

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus suueynheym: Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXII.
die XXVI. Septembris

In folio..... XII. F. 3.

Editio secunda Romana, et post Venetam tertia hujusmodi operis. De hac editione sic scribit *Deburius n. 4331. Cette Edition de Iustin n'est pas à la vérité aussi rare que les deux précédentes,* (scilicet altera ann. 1470, et altera 1471. excusa *Romae ab Udalrico Gallo*), *mais l'avantage qu'elle a de renfermer* (*de plus que les autres*) *l'histoire Romaine de L. A. Florus, lui donne un mérite particulier qui ne la rend pas moins recommandable que celles dont nous venons derendre compte.* Non video cur *Deburius* velit huic editioni debere *Florum* adjungi. Non solum in hoc

Digitized by Google

nostro exemplari, sed in duobus aliis, quorum unum manibus oculisque versavit *Gronovius* in *Bibliotheca Meadi*, alterum adservatur in *Bibliotheca Lugduno-Batava*, desideratur *Florus*. Idem *Gronovius*, primum, qui *Florum Iustino* comitem dedit, addito anni et loci indicio, fuisse *Philippum Pincium Mantuanum* suspicatur, in cujus typographia *Justinus*, et *Florus* una fuerunt excusi *Venetiis anno 1493*. Propter operis exiguitatem fortasse quandoque duo haec fuere simul compacta, et haec causa fuit erroris *Deburii*. Quod vero ipse *Deburius* notat hanc editionem minus raram esse editionibus *Iansonii* et *Galli*, experientia minime comprobatur; nam editionis *Galli* plura exemplaria; editionis *Iansonii* tria, vel quatuor in catalogis, quos ad manus habeo, memorata comperi. Praesentis autem tantummodo in Catalogo *Bibliothecae Smithianae pag. 251;* mentio occurrit: imo *Audiffredus* fatetur pag. 99. se nunquam hanc editionem vidisse, ob ejus eximiam raritatem, de ipsius tamen existentia non dubitavit ob testimonium Cl. Bibliographorum *Orlandii*, *Maittairii*, *Ernesti*, et *Deburii*. Porro haec vera secunda Romana editio aliam ob causam ab ea, quam assignat *Deburius* editioni, *Galli* a doctis viris praefertur. In *Biblioth. Lat. Fabricii* edit. *Ernesti Tom. III. pag. 62.* haec leguntur: *Has duas Romanas* (editiones) *e diversis Codd. ductas esse, varietas lectionum inde prolatarum docet;* quae quidem me in suspicionem adducunt in praesenti editione alia contineri, quae in editione *Galli* desiderantur. De re typographica hujusmodi editionis aliqua adiicere, non inutile arbitror. Non incongrua characteribus rotundis luculentissimis charta hujus voluminis adparet, nam valde spissa, levigata, et alba revera est. Foliis 92 constat opus, et lineae 36 in quavis integra pagina numerantur. Signaturae, custodes, et foliorum numeri aeque desunt in latis marginibus; initialesque spatiis tantum indicatae fuerant, sed Illuminator illas spatiis inseruit. Prima pagina impressa margines floribus, ac figuris ornatos, coloribus, auroque illitos exhibet; et duae principes litterae, scilicet Prooemii, et Operis adfabre depictae adparent. Exemplar splendidissimum.

—— Alia editio. *Exordii titulus in fronte primae paginae sic legitur:* IUSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIUM. *Opus incipit in postica facie ejusdem folii; ejus tamen titulus in fine primae paginae, ubi Exordium terminatur, hoc pacto excuditur:* IUSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI HISTNRIAS (sic) LIBER. I. *In summitate ultimi folii recti Typographus sequentia verba notavit.* Iustini opere finis cum magna diligentia. Impressum per Philippum condam petri in veneciis ducante Iohanne mozenico inclito duce. M. cccc. lxxviiii. die xii decembris. *Huic subscriptioni subnectitur* Registrum.
In folio minori..... XX. F. 25.

Elegans admodum haec editio characteribus rotundis nitidis exprimitur, qui in paginis integris lineas continent 36. Initiales in spatiis parvae excuduntur; sed Minicularius majores reddidit rubro, vel caeruleo colore. Margines perampli supersunt; et in ore inferiori primae paginae stemma gentilitium coloribus auroque illitum, et littera initio operis eodem modo picta exhibentur. Signaturae in inferioribus marginibus extant indicatae litteris, arabicisque notis; custodes, et foliorum numeros Typographus exprimere neglexit.

—— Exemplar alterum, *in cujus marginibus notulae quamplurimae MSS. leguntur charactere subalbido* Antoni Seripandi, *et ejus subscriptio visitur in calce voluminis*..... XX. F. 26.

—— Alia editio. *Sequentia verba in prima folii primi pagina capitalibus litteris impressa leguntur:* IUSTINI ET FLORI EPITHOMAE. *In fronte secundi folii:* IUSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIUM. *Isto, quod 19. lineis constat, absoluto, incipit* IUSTINI HISTORICI IN POMPEI TROGI HISTORIAS LIBER I. *In aversa folii XLVI. pagina* Iustini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii

Digitized by Google

historias liber. xliiii. et ultimus feliciter finit. *In folio XLVII., praemittitur* Ad magnificum comitem Petrum Mariam Rubeum Parmensem Philippi broaldi (sic) Bononiensis Epistola, *qui* Beroaldus *sequentem editionem curavit.* LUCII FLORI GESTORUM ROMANORUM EPITHOMA INCIPIT. *Terminatur ista in aversa folii LXVII. pagina, et quidem in linea 19. cui sequens est subjectum carmen:*

Aurea Iustini Lucique epithomata flori
Aere tibi modico candide lector eme.
Contrahit iste Titi numerosa uolumina liui.
Pompeii historias colligit ille Trogi,
Quā bene coniuncti: namq3 hic ubi desinit: ille
Incipit: atq3 unum pene videtur opus.
Rite recognovit quos Iustinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice. Vale.
FINIS

In sequenti pagina ultimi folii occurrit Registrum.
In folio..... .... XX. F. 23.

Opus istud, typographicis indiciis destitutum, romano, ac nitido charactere chartae albae ac laevigatae impressum 68 foliis constat. Initiales neglexerat Typographus; sed Minicularius adfabre eas depinxit auro, coloribusque variis. In peramplis marginibus signaturas tantum adposuit, omisit vero foliorum numeros, et custodes. Lineae in quavis pagina 55 numerantur. Margines primae impressae paginae, ac duae Principes litterae eleganter exornatae cernuntur, et in inferiori ore stemma gentilitium visitur, cum litteris A. L. quae nomen forsan possessoris indicant. In laterali margine totius voluminis notulae habentur MSS. adjectae. Editio haec Veneta, et circa saeculi XV. exitum impressa videtur.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 24.

—— Alia editio, *in qua etiam continetur* L. Flori Epitome. *Ad calcem operis leguntur haec verba:* ROMANAE HISTORIAE PER. L. FLORUM. QUAM ELEGANTISSIME IN COMPENDIUM REDACTAE. MEDIOLANI APUD MINUTIANUM IMPRESSIO FINITA. M. D. II. ID. IAN. *Sequitur tabula subjecta huic titulo:* Quaecunq3 in Iustini historia annotatione digna visa sunt hic per ordinem subiungimus. Tu in ea inter studendum in marginibus poteris collocare: quos ideo vacuos reliquimus: ut si qua tibi magis usui existimaveris: ea tu ipse annotare possis. In folio..... XIX. G. 4.

Exemplar praestantissimum propter adnotationes marginales, manu conscriptas *Iani Parrhasii*, colore subflavo, quae dilucidationes continent in *Iustinum*. Ad calcem voluminis extat Possessoris subscriptio: *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento.*

IUSTINIANI BERNARDI PATRITII VENETI SENATORII. AEquestrisq3 ordinis uiri clarissimi, de origine urbis Venetiarū, rebusq3 a Venetis gestis libri quindecim, In quibus, gravissimo stillo (sic), non tantum res Venetae, verum etiam bella Gotthorum, Longobardorū, et saracenorū amplissime continentur.
ADJECTA

Digitized by Google

Insuper divi Marci evangeliste vita, ac ejus translatione, et alia q̃3plurima, cognitu, et scitu dignissima, quae studioso lectori inter legendum occurrunt. *Is titulus occurrit in prima voluminis pagina, cui subiicitur tabella xylographica, in qua tres Parcae repraesentantur. In sequenti folio legitur Epistola sub epigraphe:* Benedictus Brognolus Laurentio Iustiniano Patricio generoso viroq3 magnanimo SAL. PL. D. *Data* est Venetiis pridie Calendas februarii M. cccc. lxxxxii. *Haec terminatur in folio IV. recto, et in folio V. incipit* Bernardi Iustiniani Patricii Veneti Senatorii Equestrisq3 ordinis viri amplissimi oratorisque Clarissimi De origine urbis Venetiarum: rebusq3 eius ab ipsa ad quadringentesimum usq3 annum gestis Historia. PROOEMIUM. *In fine operis tantummodo Typographus notavit:* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. *Adcedit secunda operum pars, sic inscripta in medio folii primi:* Hoc in volumine continentur. Bernardi Iustiniani Oratoris Clarissimi Orationes = Eiusdem nonnullae Epistolae = Eiusdem traductio in Isocratis libellum ad Nicoclem Regem = Leonardi Iustiniani Epistolae. *In calce voluminis post verba*, LAUS OMNIPOTENTI DEO, *legitur:* Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium. In folio..... ..... XX. F. 14.

Sine nota chronologica. *Maittairus pag. 548. De la Valliere Tom III. pag. 167. Morellius Tom. II. pag. 153.* et *Laire Tom. II. pag. 174.* tradunt, hoc eodem anno, quo data est Epistola *Benedicti Brognoli* supra notata (scilicet 1492) opus ex typis Bernardini Benalii prodisse Exemplar nitidissimum est, cujus pretium haud leviter augent Epistolae, ac Orationes, quas raro admodum cum Historia reperire est; quia ut *Apostolus Zenus* docet *Tom. II. Dissertationum Vossianarum pag. 159.* haec secunda operum *Bernardi Iustiniani* pars *fu quasi soppressa per assai grave motivo.*

—— Exemplar alterum *secundae partis*..... X. A. 5.

IUSTINIANI IMPERATORIS. Corpus Iuris civilis, *ac primo* INSTITUTIONES *cum glossis: In fronte primae columnae folii primi rubris litteris titulus praefixus ita legitur:* In nomine domini nostri ihesu xp̃i Imperator cesar flavius iustinian⁹ alamanic⁹. frac̃ germaic⁹. actic uuādalic⁹. afric⁹. pius. felix. inclit⁹. victor ac triūphator. semp̃ augusť cupide legū iuuentuti. Incipit liber p̃m⁹. dñi iustiniani imp̃atoris institutōnū eleṁto4. *Ad calcem nigro charactere haec exprimuntur:* Presens ha4 institutiọnū preclarum opus. Alma in urbe roma. Totius mundi regina et dignissima Imp̃atrix. que sicut pre ceteris urbib⁹ dignitate preest. ita ingeniosis uiris est referta. nō atramento. plumali. calamo. neq3 stilo ereo. sed artificiosa quadā adinuentōne imprimendi. seu caracterizandi sic effigiatum. ad dei laudem irdustrieq3 est consumatum. Per Vdalricum gallum. Almanum. et Simonem nicolai. de Luca. Anno domini M.CCCC.LXXIII. Die vero. x. aprilis. *In folio sequenti habetur* Registrum hujus libri.
In folio majori..... XIII. I. 14.

Immerito *Hieronymus Baraffaldius* scripsit, Ferrariensem editionem ab *Andrea Gallo* hoc eodem anno excusam, *primam* esse; quum haec Romana notam habeat *X. Aprilis;* illa *Nonis Novembris.* In hac editione character est gallo-francus in textu, qui in duas columnas dispescitur; et ro-

Digitized by Google

manus in *glossis*, quae textum circumdant, quaeque lineas 58 occupant in paginis integris. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desiderantur. Initiales minoribus formis excusae, majores reddidit Minicularius rubro colore, qui Rubricas, et signa quaedam distinctionis, ac titulos librorum in superioribus marginibus hoc eodem colore expressit. Princeps vero operis littera auro, coloribusque variis adfabre depicta splendet.

—— Alia editio, *in qua exceptis initialibus, quae in spatiis desiderantur, in reliquis, quae ad typographiam spectant, cum editione praecedenti convenit. Ad calcem, post verba* Presens ha4 institutionum preclarum opus. Alma in urbe Roma etc. etc. Per Vdalricum Gallum Alamanum. al's Han. ex Ingelstat Civem Wieneñ. Et correctum tam in textu q̃ in glo. per eximium et preclarum iuris vtriusq3 doctorem dñm̃ Carolum de Alexandris de Perusio. Anno domini. M. CCCC. LXXV. xviiii. Kl^{s}. Augusti. Sedente Sixto. iiii. Pontifice maximo. *In sequenti folio occurrit* Registrum hujus libri.

In folio..... XIII. I. 13.

—— Alia editio. *In folio primo verso* Quatuor librorum Rubrice *occurrunt. In secundo folio titulus praeit rubris litteris hoc pacto notatus:* In nomine dñi nr̃i ih^{s}u xp^{s}i Imp^{s}r cesar ffav^{s} iustinianus. alamanic^{s} franc^{s}. germanicus. actic^{s}. guandalicus. africus. pius. felix inclit^{s}. victor ac trũphator (sic) sp^{s}. august^{s}. cupide legum Iuventuti. Incipit liber prim^{s}. domini. Iustiniani Imperatoris institucionum seu elemtorum. *Ad calcem eodem colore, et typo haec exprimuntur:* Iustiniani Cesaris preclarissimum institucionũ op^{s} in celebratissima urbe basiliensi. quam aeris clemencia agri ubertas et hominum industria ceteris urbibus prestanciorem facit. terse nitide et emẽdate impressum est per Mihahelem (sic) Wens^{l}ler. expletum deniq3. Anno nostre salutis septuagesimo sexto post millesimum et quadringẽtesimũ pridie Kalendas Iunii. *Versus postea leguntur eodem pacto expressi:*

Per catedras opus illud eat per pulpita celsa.
Instituto4 Caesaris eximium.
Et doctos adeat Iubet insignis basilea.
Unde sibi et domino magnus honos rediet.
Hoc studiosa manus labor ingenium Mihahelis.
Wenslers exterse impresserat et nitide
Mille quadringentos numerat sex septuaginta.
Cum nostro maij codice finis erat.

Duo scutula rubra, quae insignia Typographi exprimunt, tandem visuntur trunco affixa. Adcedunt, eodem typo impressae Consuetudines feudorum, *quarum titulus ruber sic legitur in fronte primae columnae:* Incipiũt cõsuetudines feudorum. Et primo de hiis qui feudum dare possunt. Et qualiter acquiratur et retineatur. *Huic tractatui subnectitur* Rubrica de statut^{s} et osuetudinib^{s} otra lib^{s}tatẽ ecclesie editis a Friderico II. Imperatore. In folio Majori..... XIII. I. 15.

De praestantia, et raritate hujusmodi editionis vide *Maitt. pag. 364.* et *Orlandum Origine della stampa pag. 166.* Ipsa namque impressa est typo gallo franco, majori, et minori, qui in duas dividitur columnas; glossae minori excusae, ac textum circumdantes lineas 67 occupant in columnis integris. Tituli rubro colore obsignantur. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum obtinent locum in marginibus hujus voluminis; initiales, et rubricas Minicularius adjecit in spatiis: principes vero litterae auro coloribusque variis depictae adparent.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Titulus ut in praecedenti editione, pariter rubro colore excusus. Ad calcem glossae in librum quartum, nota typographica hoc pacto legitur:* Optimi ingenij. uir Iacobus rubei natione gallicus hujus operis institutionum diligentissimus artifex extitit cui extremam impressiōis manū uenetiis. Die XX. iulij. inclito duce Iouā mocenigo felicissime imposuit. M. cccc. lxxviij. In folio majori..... VII. F. 13.

Praesens editio duplici columna impressa est charactere gallo-franco rubro, et nigro, qui minor in glossis adparet, et lineas implet 75 in columnis integris. In superioribus marginibus lib. tituli extant, in inferioribus signaturae. Foliorum numeri, et custodes desiderantur. Initiales minoribus formis excusas, Minicularius majores reddidit rubro, vel caeruleo colore; principem vero litteram splendide illuminavit.

—— Alia editio, *quae cum praecedentibus quodammodo convenit. Ad calcem glossae lib. IV. legitur:* Institutionum opus magna cura atq3 diligentia emendatum: ac charactere iucundissimo impressum Venetiis īgenio atq3 impensa Nicolai Catalani benedictis sociorūq3 finit feliciter anno M. cccc. lxxxj.
In folio majori..... VII. F. 12.

—— Alia editio. *In fronte operis legitur titulus rubro colore impressus, ut in praecedentibus editionibus. Nota typographica in aversa folii 117. pagina his verbis excuditur:* Institutionum opus magna cura ac diligentia emendatum: ac caractere (sic) iucundissimo impressum Venetiis opera ac impensa Octaviani Scoti Modoetiensis finit feliciter. anno incarnationis salutifere. M. cccc. lxxxiij. xv. Kal.s Februarij. *Primam paginam ultimi folii* Rubricae, *aversam chartarum* Registrum, *et Typographi symbolum occupant.*
In folio minori..... VII. E. 13.
—— Exemplar alterum..... VII. E. 14.
—— Exemplar tertium..... VII. E. 15.
—— Alia editio, *cum notis* Accursii, *quae cum praecedenti adamussim convenit. In folio recto 150, hanc notam Typographus adposuit:* Finis Institutionum cum Apparatu Accursii Civis Florentini. Anno salutis. M. cccc. lxxxiii. Die vero Iovis vicesima tercia Mensis Octobris. *In aversa pagina occurrunt* Rubricae institutionū sūm ordinem librorū; *postea* Registrum foliorum.
In 4.°..... VII. E. 16.

Sine loci indicatione, et Typographi nomine. *Denis in Supplemento pag. 171. n. 1288.* tribuit praesentem editionem *Octaviano Scoto;* et ipsemet sic scribit: *Ergo bis eodem anno.*

—— Alia editio, *quae titulum rubri coloris habet, ut in praecedentibus editionibus notavimus, et cum iis quodammodo convenit. Opere absoluto sequuntur in ultimo folio recto* Rubricae librorum institutionum, *quibus subnectitur nota typographica; scilicet,* Impressum Venetiis per Andream calabreñ. dictum de papia Anno domini M. cccc. lxxxx. die xvij. novembris. Registrum

Digitized by Google

adcedit, et Typographi symbolum rubrum, quod arborem quamdam repraesentat, cujus truncus schedula obvolvitur, quae litteras continet A. N. D. M.
In folio majori..... VII. F. 22.

—— Alia editio, *ad similitudinem praecedentis, paucis tantummodo exceptis. In fine haec Typographi cura excusa habentur:* Exactum insigne hoc atq3 preclarū opus Institutionū. Venetiis impressum per Georgium arrivabene Mantuanum. Anno salutis. M. cccc. lxxxxi. die XXV. mensis septembris. *Tabula, Registrum, et Typographi signum rubrum in ultima pagina conspiciuntur.*
In folio majori..... VII. F. 7.

—— Alia editio, *ab eodem Typographo exarata, et praecedenti persimilis. In calce:* Insigne hoc atq3 preclarum opus Institutionum: iocundo quodā caractere impressum Venetijs. per Georgium Arrivabene Mantuanum. M. cccc. lxxxxiiij. die. xvij. mai. se cunctis legum alūnis emēdatissimū exhibet. ut ipsa legum fomenta incuria ceterorum penitus depravata in hoc opere luculenter attingant.
FINIS. *Caetera ut in praecedenti.* In folio majori..... VII. F. 18.

—— DIGESTUM VETUS, *cum glossis.* In nomine domini Iesu Christi. Imperator Iustinianus Caesar Flavius Alamanicus Goticus Francus Germanicus Atticus Alafricus uādalicus Pius Felix Inclitus uictor ac triumphator semper augustus. Theophilo et Dorotheo uiris illustribus et antecessoribus Salutem. *Is titulus praefigitur nigris litteris Prooemio, quod terminatur in fine primae columnae folii tertii versi. Sequitur titulus operis, hoc pacto expressus:* In nomine domini Amen Iustiniani principis perpetui augusti iuris enucleati ex omni ueteri iuī collecti. digest. seu pandect. liber primus de iustīa et iure incipit. *Ad calcem secundae columnae penultimi folii post verba,* Explicit liber sedē partis digesti veteris foeliciter, *adcedit* sulpitii uerulani carmen

Digestos ueteres: oīsq3 latib'la iuris
Pāndectas: puo dis eme: paup eme.
Nā osultorū sine mēda ỿba vid'bis
Cultius his nihil ē: utiliusq3 nihil.

Hisce subnectitur nota typographica, pariter nigris litteris descripta: Henric. clayn ulmae uetusta et nobilissima germanie civitate ortus. In augusta urbe perusia hunc librū diligenter impressit. Anno dominico. M. CCCC. Lxxvi. tertio Kalendas maias. pontificatusq3 divi Sixti papae iiii. pacisq3 fundatori anno quinto. Valete. *In paginis ultimi folii* Rice librorum *continentur.*
In folio majori..... VII. F. 16.

Editio princeps huius operis a nemine hactenus excitata, nisi a solo *Morellio*, qui fatetur se illam vidisse. Hinc immerito *Tiraboschius* refert, opus *super sexto codicis domini Petri Philippi de Nobilibus de Cornio Perusiae impressum anno 1477. a Iohanne Vydenast* tanquam primum librum ea in civitate excusum. Typus romanus est, sed valde rudis, et ad gallo-francum accedens, absque signaturis, numeris, et custodibus. Character glossarum, qui minor est, lineas comprehendit 70 Calligraphus eleganter supplevit initiales in principio Prooemii, et operis; in aliis vero locis spatia tantum extant.

—— Alia editio. *Tituli tam in prooemio, quam in opere rubro charactere*

Digitized by Google

imprimuntur; et ad calcem: Venetiis per baptistam de tortis. M.cccc.lxxxviij. die quarto augusti. Finis. *Signum rubrum Typographi adcedit. In sequenti folio* Tabula, *et* Registrum *leguntur.* In folio majori..... VII. F. 5.

—— Alia editio. *Rubro colore exprimuntur tituli prooemio et operi praefixi, et ad voluminis calcem nota typographica describitur hoc pacto:* Opus hoc insigne atq3 preclarū: summaq3 diligentia emēdatū Venetiis est impressum: p me Raynaldum de Novimagio theotonicum. Anno. M. cccc. lxxxix. die. xiiij. Novembris. *Idem Typographus signum suum rubrum adjecit, alibi notatum; et in sequenti folio* Tabula omnium rubricarum, *et* Registrum chartarum *continentur.* In folio majori..... VII. F. 8.

—— Alia editio. *In folio primo verso occurrit epistola sic inscripta:* Bernardino Crasso Clarissimo iuriscōsulto veneto Hieronymus clarius Brix. iuris. V. doctor. Prothonotarius et comes apostolicus. Salutem. *In sequenti folio legitur Prooemii titulus rubro colore excusus, aeque ac titulus operi praefixus. In calce folii 354 nota typographica excusa legitur:* Venetiis per baptistam de tortis. M. cccc. lxxxx. die primo decēbris. finis. *In postica facie extat* Digesti veteris Tabula oīum rubricarum, *et in ultimo folio recto* Registrum Digesti Veteris, *cui subnexum est Typographi signum rubrum, satis notum.*
In folio majori..... VII. F. 2.

—— Alia editio, *quae consonat praecedenti. Ad calcem:* Venetiis per baptistam de tortis. M. cccc. lxxxxij die septimo iulij. Finis. *In aversa facie folii habetur,* Digesti Veteris Tabula oīum rubricarum, *et in sequenti* Registrum, *et signum rubrum Typographi.* In folio majori..... VII. H. 12.

—— DIGESTUM INFORTIATUM. *cum glossa. In prima pagina legitur tantum rubris litteris,* Inforciatum. *Ad calcem notitia Typographi, et editionis exprimitur hoc pacto:* Exactum insigne ac p̄clarū opus inforciati Venetiis impressum per Georgium Arrivabene Mantuanū Anno salutis. M. cccc. xc. die penultimo augusti. Registrum, *et Typographi signum rubrum adcedunt.*
In folio majori..... VII. II. 8.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti convenit. Absoluto opere, adcedunt* Infortiati rubricae, *et* Registrum; *dein nota typographica, scilicet* Venetiis per Baptistā de Tortis. M. cccc. lxxxxj. die primo Aprilis. *Signum rubrum Typographi subnexum est.* In folio majori..... VII. F. 6.

—— Exemplar alterum..... VII. F. 24.

—— DIGESTUM NOVUM, *cum glossa. Titulus ruber hujusmodi in fronte operis adparet:* Domini Iustiniani Sacratissimi prīcipis p̄petui sē̄p augusti iuris enucleati ex oī ueteri iure collecti digestorū seu pā̄decta4 īcipit liber xxxviiij. et prim⁹ h⁹. de opis novi nūtiatōe. Rubri. *Ad calcem colore nigro verba haec sunt expressa:* Digesti novi opus perclarissimū solerti cura emendatū: opa3 ac impēsa Nicolai Ienson Gallici Venetijs īp̄sum felicit⁹ explicit. M. cccc. lxxvij. *In folio sequenti recto extat* Registrum Digesti novi.

Editio elegantissima, et parum obvia, cujus duplex character est gallo-francus, sed nitidus, et elegans; ita ut Romanus videatur. Lineae 68 in columnis glossarum numerantur. Signaturae expressae sunt litteris, arabicisque notis. Foliorum numeri, custodes, et initiales desiderantur.

Digitized by Google

In folio majori..... XIII. I. 2.

—— Alia editio. *Titulus rubro colore in fronte operis impressus hoc pacto habetur:* Domini Iustiniani sacratissimi principis perpetui semp augusti iuris enucleati ex omni veteri iure collecti digesto4 seu pādecta4. Explicit lib⁹ xxxviij. de opis novi nunciatione Rubrica. *Opere absoluto sequitur* Tabula omniū Rubricarū: per alphabetū proposita: et ad loca sua per ordinem remissa, *cui adcedit Typographi signum rubrum. In tertia columna hujus folii* (*nam tribus constat columnis praedicta* Tabula) *legitur* Registrum Digesti novi, *ad cujus calcem occurrit Typographica notitia, scilicet* Venetijs per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxvij. die. viiij. Ianuarij. In folio majori..... VII. F. 9.

Haec editio praecedentes *Digesti Veteris*, et *Infortiati* imitatur.

—— Alia editio, *cujus titulus ruber in fronte operis adparet, et in reliquis persimilis est editioni* Institutionum, *superius notatae. Ad calcem colore nigro verba haec sunt expressa:* Ad laudem dei qui est trinus et unus. Explicit scdē ptis digesti novi dñi Iustiniani pcipis sacratissimi. Maxima cura atq3 diligentia Venetiis īpressus. arte et īpēsis Andree calabrñ. de papia. Anno dñi. M. cccc. lxxxxj. Die ultimo Aprilis. Registrum *adcedit, et Typographi signum rubrum.*
In folio majori..... VII. D. 29.

—— Alia editio. *Praeit* Tabula Rubricarum: p alphabetum posita: et ad loca sua p ordinem remissa. *Titulus ruber, ut in praecedenti editione, et in caeteris ad similitudinem editionis* Digesti Infortiati, *supra notatae. Ad calcem operis:* Explicit liber digesti novi dñi Iustiniani prīcipis sacratissimi īpressus venetiis āno dñi M. cccc. lxxxxiij. die. xiij. Marcij. arte et īpensis Georgii d⁹ arrivabēis Mātuani. q⁹ tāta diligentia solertiq3 curatura ī lucē pdiit: Vt cū oportune doctorū divisionibus in singularū legū capite insertis: tumq3 plerisq5 castigatis errorib⁹: qui legibus ipsis sensu obūbraverāt: et in plerisq3 locis depravatum ademerant: ita illustratus est: vt vitam ipsam legibus restitutam cunctis lectoribus luculentam exhibeat. Registrum, *et Typographi signum rubrum adcedunt.* In folio majori..... VII. F. 10.

—— CODEX repetitae praelectionis, *una cum commentariis* Andreae Rumelii. *Praecedit Tabula argumentorum, singulorum librorum, et titulorum, qua expleta circa medium tertii folii versi legitur* Epistola, *sic inscripta:* Andreas Rumel Nurembergēsis utriusq3 iuris doctor Magistro Ioanni Sensē⁹schimd Impssori Salutem. *Opus incipit a titulo rubro in principio primae columnae:* In nomine domini nostri Iesu christi. Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis ppetui Augusti repetite prelectionis Incipit constitutio prima de novo codice faciendo. Rubrica. *Opere absoluto Typographus verba subdidit rubro charactere:* Codicis domini Iustiniani pcipis sanctissimi repetite prelectiōis liber nonus explicit feliciter. Deo gratias. Anno domini. Millesimo quadringētesimo septuagesimo quinto die vicesimo q̄rto Iunii. Sub imperio divi frederici principis invictissimi anno imperii eius vicesimo quarto Insculptū ē h⁹ opus Nuremberga oppido Germanie celebratissimo Iussu Andree frisner Bunsidelensis et

Digitized by Google

Ioannis sensēschmid civis Nurembergensis. *Post subscriptionem sequuntur duo scutula rubra insignia typographica.* In folio majori..... XIII. I. 16.

Rarissima haec editio, quae est prima post Moguntinam, hoc eodem anno *Kalendis Iuniis* excusa est a *Petro Schoiffer;* proinde immerito aliqui eam principem appellarunt. Character gallo-francus est major, et minor, qui in duas columnas dispescitur in charta satis firma, et alba. Glossae minori typo expressae, ac textum circumdantes, lineas occupant 69 in columnis integris. Foliis constat opus 405 impressis, in quibus desunt custodes, foliorum numeri, et signaturae. Tituli, et Rubricae rubro colore adparent. Cuilibet libro post titulum rubrum Minicularius adjecit in spatiis a Typographo relictis tabulas variis coloribus depictas, quae *Iustinianum Imperatorem*, eiusque res gestas repraesentant.

—— Alia editio, *cum glossis* Accursii. *Circa summitatem primae paginae legitur*, Codex, *litteris rubris. In folio secundo opus incipit praevio titulo rubro*: iN nomine[a] (sic) domini nostri Iesu xp̄i Codicis domini Iustiniani[b] sacratissimi[c] p̄ncipis perpetui[d] Augusti[e]: iuris enucleati ex omni veteri iure collecti repetite[f] prelectiōis. Incipit constitutio prima de novo[g] codice faciēdo. *Ad calcem operis haec verba impressa adparent:* Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxviij. die octavo decembris. *Adcedit* Registrum, *et Typographi signum rubrum. In duobus sequentibus foliis occurrunt* Rubrice omnes p alphabetum posite et ad loca sua per ordinem remisse, *tribus columnis in unaquaque pagina impressae.* In folio majori..... VII. F. 25.

Duplici columna haec editio expressa est charactere gallo-franco rubro, et nigro, qui minor in glossis adparet, et lineas implet 84 in columnis integris. In superioribus marginibus inscriptiones extant, ac foliorum numeri, in inferioribus signaturae; custodes vero desiderantur.

—— Alia editio. *Praeit Epistola in primo folio verso hoc pacto inscripta:* Hieronymus clarius brixianus iuris utriusq3 doctor archipresbyter bidizolan[9] et prothonotarius apostolicus ad lectorem. Pro summariis legum nuper additis in glosis codicis. *Opus in secundo folio recto titulum rubrum praesefert, ut in praecedenti editione observavimus. Ad calcem operis in folio 316, prius legitur* Finis, *deinde*

Breves conclusiones novem librorum codicis.
Prima sacrat: secūda parat. ius tertia dicit.
Contrahit et quarta: nubere quinta docet
Testatur sexta: libertas septima dicit.
Pignorat octava: crimina nona punit.
Laus Deo.

In sequenti folio verso incipiunt Rubrice oēs per alphabetum posite etc. etc. *quatuor columnis impressae, quae tres occupant paginas. In ultimo folio recto occurrit* Registrum *quinque excusum columnis, cui subjacet nota typographica, nempe* Venetiis per Baptistam de tortis. M.cccc.lxxxx. die. xxij. Martii. *Signum rubrum Typographi ultimo loco adparet.*
In folio majori..... VII. F. 1.

Haec editio Bibliographis praecipuis, quos consului, minime innotuit. Exceptis lineis in columnis glossarum, quae sunt 82; in reliquis, quae ad typographicam artem spectant, cum editione praecedenti convenit.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae caret* Epistola Hieronymi Clarii, *supra notata. In folio primo recto legitur rubris litteris* Codex de tortis. *In reliquis volumini praecedenti consonat. Typographica nota haec extat in calce :* Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxxiii. die x. Ianuarij.
In folio majori..... VII. F. 4.

—— Exemplar alterum..... VII. F. 11.

—— CONSTITUTIONES NOVELLAE. CODICIS LIBRI TRES POSTERIORES. LIBRI FEUDORUM, *cum glossis. Opus in prima pagina titulum rubrum praesefert hujusmodi.* In nomīe[a] domini nostri[b] ihesu xp̄i[c]. de heredibus[d] et falciad[e] constitutō prima. si heres legata soluere noluerit. Cōstitutio Imp. iustiniani. Ioanni prefecto secūdo. Rubrica. *Ad calcem aliae* Constitutiones *habentur* Friderici II. Imperatoris, *quibus titulus rubro colore excusus praefigitur:* De statutis et osuetudinibus circa libertates eccl[a]ie inductis et īmunitate loco4 religioso4 ubiq3 morantium : et fori p̄vilegio : et cazaris et patarenis : et aliis hereticis eo4q3 successiōib[s] et navigiis ꝑegrinis. et advenis quocūq3 loco4 hospitantib[s] eo4q3 successorib[s]. et de agricola4 securitatibus fre secūdi imperatoris incipiunt. *Hisce absolutis Typographus notavit nigro charactere :* Explicit apparatus feudorū libri uoluminum Imp̄ssū est opus Venetiis p Iacobū rubeū. Gallicū. anno ab īcarnatione millesimo quatercentesimo septuagesimo septīo. die sextadecima mensis Ianuarii. Andrea Vendramino Inclito principe regnante. h. I. h. D. In folio majori..... VII. F. 15.

In hac editione character et typographica oeconomia eadem sunt ac in precedenti editione *Institutionum*, cum qua extat compacta, et unum efficit volumen. Exemplar elegantissimum ratione conservationis.

—— Alia editio. Consuetudinum Feudorum : *et* Statutorum contra libertatem ecclesie editorum. *De hac editione vide, quae supra innuimus ubi recensentur* Institutiones *impressae a* Michaele Wenssler Basileae 1476: *quae omnia unum efficiunt volumen*..... XIII. I. 15.

—— Alia editio, *in qua continentur ea, quae in editione anni 1477. notavimus ; eademque servatur typographica oeconomia. Ad calcem verba haec adparent impressa;* Explicit apparatus feudorum libri uoluminum imp̄ssum opus Venetiis per Nicolaū rubeū uenetū Anno ab in carnatiōe (sic) dñi M. cccc. lxxviiii. die xxvi. ap̄lis Tēpore scissimi (sic) ī xp̄o pr̄is et dūi nr̄i dñi Sixti divina ꝑvidentia pape quarti et illustrissimi dñi Ioannis mocenico veneto4 ducis. Que tēpore p̄cise pleno populo pax significata ē īter turcum et īperiū veneto4. *In sequenti folio reperitur* Registrum voluminis. In folio majori..... VII. F. 21.

—— Alia editio *praecedenti quodammodo similis. Ad calcem* Constitutionum Friderici II. *legitur ;* Venetiis per Guielmum de tridino ex monteferrato. M. cccc. lxxxvii. die v. Aprilis. *In sequenti folio sub eodem signaturarum ordine reperiuntur* Extravagantes *cum* apparatu, *quae titulum rubrum praefixum habent,* Extrauagantes cū apparatu sive glosis dñi Bartholi quas nōnulli. xi. collationem appellant. feliciter incipiunt. *Hisce absolutis sequitur* Registrum, *dein* LAUS DEO. In folio majori..... VII. D. 4.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae* Digestum Infortiatum *imitatur. Ad calcem post* Constitutiones Friderici II. Imperatoris *haec Typographi industria notata occurrunt.* Exactum. Insigne hoc ac p̄clarum opus voluminis venetijs impressum per Georgium Arrivabene Mantuanum Anno salutis. M. cccc. lxxxxi. Die. xx. Martii. Registrum *adcedit, et Typographi signum rubrum. In folio sequenti incipiunt* Extravagantes *cum apparatu, quae in praecedenti editione notatae sunt.* In folio majori..... VII. F. 23.

—— Alia editio, *editioni* Digesti veteris *persimilis. Prima pagina haec verba rubro colore impressa refert:* Volumen de tortis. *In folio verso monitum quoddam ad Lectorem reperitur; opus in tertia pagina titulum rubrum gerit, quem supra indicavimus. Ad calcem* Constitutionum Friderici II. Imperatoris *Typographus notavit:* Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxxii. die. xxviij. octobris. Registrum, *et signum rubrum Typographi his subiacent. Adcedit* Hieronymi conforti Brixieñ ad studiosam iuristarum Patavinam universitatem in voluminis emendationem epl'a. *Post vacuam paginam reperiuntur* Extravagantes *cum adparatu, ut supra.* In folio majori..... VII. F. 17.

—— Exemplar alterum..... VII. F. 7.

Iustiniani S. Laurentii. Dottrina della vita monastica, *ex latino italice traducta. Prima pagina tabulam ligno incisam figuris, litteris, et emblematibus refertam exhibet, eique praefixa sunt verba:* Doctrina del Beato Laurēzo patriarcha della vita monastica. *In aversa pagina* Registrum *incipit. In quarta pag. extat alia lignea tabula, quae* B. Laurentium Iustinianum *Templum ingredientem repraesentat, cum clerico crucem gestante. Opus incipit, et titulus eidem praecedit:* Doctrina et non puocho utile a quelloro che nuovamente intrati sono nella religione del vivere religiosamente. Composita per lo Clementissimo Monsignior Patriarcha Beato Laurenzio Iustiniano della cōgregatione di San Zorgi de Aliga Gentilhuomo fa de Venexia. *Haec sunt ad calcem notata:* Anno. M. CCCC. lxxxxiiij. venuta ala luce q'sta āgelica op'a laquale a qualuq3 docto e sctō potra esser chara e de grāde utilita che tēde andar p' via de p'fectiōe ad acq'star lamor de esso summo bñ: et potra se ben chiamar la via chiara e lucida de otēplatōe et vera p'fectōe Edita del Patriarcha Beato Laurētio venetiano de Ka. Iustinian: la quale imp'ssione fo opiuta a xx. de Octobrio del anno sopra notato. Laus omnipotenti deo.
In 4.° minori..... XIII. B. 19.

Hanc editionem, quam *Crevenna Tom. I. Catalog. Raisonnè pag. 74* raram adpellat, *Zenus* in notis ad *Fontan. Tom. II. pag. 462. Venetiis* excusam fuisse adserit; additque versionem hujus operis *Gregorii Marini* editam anno *1569* nil aliud esse, quam hujus vetustioris expolitionem. In hac vero editione, charactere gallofranco excusa, qui lineas implet 35. in paginis integris, nec custodes, nec foliorum numeri locum obtinent; sed tantum signaturarum series. Initiales uncialibus formis xylographicis impressae adparent.

Iustiniani Leonardi. Vitae Cimonis, *et* Luculli *ex graeco* Plutarchi *in latinum versae. Vide* Plutarchi.

—— Epistolae. *Extant excusae cum operibus* Bernardi *ejus Patris. Vide supra* Iustiniani Bernardi.

Digitized by Google

—— COMINCIA IL FIORE DELLE ELEGANtissime Cancionette **dil nobile** messere Leonardo Iustiniano. *Is titulus legitur in summitate primae paginae opusculi. In calce :* FINIS Il fiore delle elegantissime cancionette di **messere** Leonardo Iustiniano quivi finisse : ī Venetia con ogni diligentia impresse per **Antonio** da strata : et Marco Catanello compagni. a dì octo Augosto. M. CCCC. LXXX. Messere Gioanni mocenico inclyto prīcipe di Venetia.
In 4.° minori..... XII. B. 61.

Opusculum hoc hactenus incognitum, paucis ab hinc annis detexit *Ioannes Augustinius in T. I. Script. Veriet. pag. 164*, et a nobis nunc primum excitatur.

IVUENALIS D. IUNII. Satyrae. *Princeps* satyra *initium sumit in prima pagina, nulla praecedente inscriptione :*

Emper ego auditor tantum :
nunq3 ne reponā. Vextatus
totiens rauci theseide codri ?
Impune ergo mihi recitaverit
ille togatas : Hic elegos : im
pune idem consūpserit ingens.

Ad calcem nil excusum legitur : Typographus enim praeter textum Iuvenalis, *nullum verbum addidit.* In 8.°..... XI. B. 27.

Sine typographicis notis. Editionem hanc rarissimam *Fossius Tom. III. pag. 91* ad *Udalricum Han*, Typographum Romanum pertinere, nec annis 1468, aut 1469 recentiorem esse asserit. Noster autem *Giustiniano* in suo opere *Saggio Storico-Critico sulla Typografia del Regno di Napoli pág. 39.* sic scripsit : *Questa edizione è senza luogo ed anno, nè nome di Stampatore ; ma i caratteri non ci lasciano cadere in dubbio ch' ella edizione non fosse del nostro Riessinger.* Insuper ab ipso *Giustiniano* f. r. accepi, in Bibliotheca Illustris *Ducis de Cassano Serra*, (quae *Londini* nunc visitur penes Cl. Comitem Spencer) exemplar extare hujus editionis, aureis initialibus venustum ; nec defuere, qui in re Bibliographica summopere versati, exemplar illud haud perfunctorie inspicientes, *Sixto Riessingerio* adscribendam editionem arbitrati sunt, quorum opinioni non solum refragari non audeo, verum etiam libenter ne subscribo. Contuli enim illam cum aliis ejusdem *Sixti*, tantamque characterum, et chartae similitudinem deprehendi, ut nequaquam dubitarim ad ipsum *Sixtum* editionem nostram pertinere. Laudatus Typographus in codice isto imprimendo chartam densam, et compactam elegit, ut in editione *Bartholi* conspicitur ; characteribus usus est minutis, et mediis inter romanam, et gallo-francam formam, hisque lineas 25 in paginis implevit. Prima pagina lineis constat 24 ; ultima 26 Interpunctionis signa sunt interrogationis nota, quae cifram *5* cum puncto subscripto quodammodo repraesentat cola, et puncta ; littera *i* nonnumquam puncto caret. Foliis absolvitur opus 78, quorum postremum vacuum, nec ullum signum marginale, vel titulum *Satyris* praefixum ostendit ; graeci insuper characteres desiderantur spatiis eorum gratia relictis. Nostrum exemplar scatet notulis MSS. charactere minutissimo subalbido, marginalibus, et interlinearibus, quae Iuvenalis textum illustrant.

—— Alia editio, *una cum* Satyris Persii. *Titulus praefigitur* Iuvenali : Iunii Iuvenalis aquinatis liber primus. *Primi versus dispositio haec est :*

EMPER EGO. AUDITOR.
tantum : munquam ne reponam ?

Inter Satyras Iuvenalis, et Persii *extat pagina absque impressis characteribus.* Persii *prologo haec praeeunt verba :* Auli Flacci Persii Satyra prima. *In calce nihil notabile occurrit.* In 4.° majori..... XII. C. 13.

Digitized by Google

Sine notis typographicis. Impressoris artificium in hac elegantissima editione particulatim consideranti, haec notanda obveniunt: Chartae firmae, ac levigatae delectus, typus rotundus et nitidus lineis 32 in paginis distinctus, excepta ultima, quae 33 continet: initiales principes vel parvae, vel nullae, et signaturarum, custodum, numerorumque plagularum praetermissio. *Crevenna Tom. III. pag. 160* editionem hanc principem adpellat, et *Virgilio* anni *1470 Vindelini Spirensis* consonam. *De Bure Tom. II. pag. 102* cum *Iensoniana* editione *Decoris Puellarum* eamdem convenire arbitratur. Emendationes plures ad oram paginarum, et notulae aliquae interlineares MSS. adjectae sunt charactere quidem minutissimo, sed claro, et accurato in hoc splendidissimo exemplari, optime compacto, et conservato.

—— Alia editio, *etiam cum* Persii Satyris. *Praemittitur titulus hoc pacto*: IUNII IVVENALIS AQUINATIS SATYRARUM LIBER PRIMUS. *Ordo versuum hic est:*

SEMPER EGO AVDI
TOR TANTUM?
nunquam ne reponam

In fine Satyrarum Iuvenalis *legitur* FINIS. *Adcedunt* Satyrae Persii, *in quarum calce haec tantum extant verba:* Mediolani. Apud Alexandrum Minutianum. In folio..... XII. F. 28.

Sine nota chronologica. Ex Bibliographorum silentio hujusmodi editionis, quae latuit etiam ipsum *Saxium*, conjicimus raritatem. Nitida editio, quam describere adgredior: nil in amplissimis marginibus expressum refert, praeter signaturas, utpote numeratione, et custodibus destituta. Rotundus character elegantissimus lineis 38 distinctus, paginam integram complet. Pro initialibus spatia reliquit Typographus, excepta prima, quae xylographica est. Primae litterae versuum unciales ab aliis spatio distant, et cuilibet satyrae titulus praefigitur pariter uncialibus elementis. Plura emendata, manu *Iani Parrhasii* in marginibus adjecta sunt: adsunt etiam notulae marginales charactere modo subalbido, modo subrubro eadem manu conscriptae: et ad codicis calcem illud: *Antonii Scripandi ex Iani Parrhasii testamento.*

—— Alia editio *cum* Commentariis Domitii Calderini. *In folio secundo, nam primum vacat, extat Epistola nuncupatoria hoc pacto inscripta:* DOMITII CALDERINI VERONENSIS SECRETARII APOSTOLICI IN COMMENTARIOS IVVENALIS AD CLARISSIMUM VIRUM IVLIANUM MEDICEN PETRI COSMI FILIUM FLORENTINUM. *Hanc excipit* IVVENALIS VITA EX ANTIQUORUM MONUMENTIS. *Sequitur Praefatio cum inscriptione:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici Commentarii In Satyras Ivvenalis. Ad clarissimum Virum Iulianum Medicen Petri Cosmi Filium Florentinum. *In pagina VI.* Satyrae *cum* Commentariis *incipiunt, et post ultimum* Satyrarum *versum legitur:* Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyrarum libri Impressi Venetiis Diligentissime Arte Et Ingenio Iacobi De Rubeis Natione Gallici *VIII. KL.* Maias Anno Christi M. CCCC. LXXV. Invictissimo Et Inclyto Duce Petro Mocenico. *Postremae* Commentariorum *lineae haec verba subjecta sunt:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici In Satyras Iuuenalis Ad Clarissimū vi4 Iulianum Medicen Laurentii Fratem Petri Cosmi Filiū Threntinum Editi Romae: Quom Ibi Publice Profiteretur. K. Septembris. M. cccc. lxxiiii. *Adcedit* Defensio adversus Brotheum grammaticum Commentariorum Martialis calumniatorem. *Ad calcem* Defensionis *haec impressa sunt:* Domitii Calderini Veronēsis cōmētarii in Iuuenalē. cū defensiōe cōmētario4 Martialis et Recrimīatiōe adver-

Digitized by Google

sus Brotheū Grāmaticū. Ad Iulianum Medicen Florentinum. Editi Romae. K. Septēbris. M. cccc. lxxiiii. In folio parvo..... X. G. 28.

Editio prima *Commentar. Calderini* in *Iuvenal.* cum textu. Duplex character rotundus in hac editione adparet; nam *Commentariis*, quae tria latera *Satyrarum* ambiunt, inserviens minor est, et lineas 55 complectitur in paginis integris. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desunt; et pro initialibus spatia relicta sunt. Primae litterae versuum unciales ab aliis spatio distant, et cuilibet satyrae titulus praefigitur. Notulae interlineares MSS. in textu *Iuvenalis* charactere subalbido conspiciuntur incerti auctoris. *Defensio commentariorum Martialis* partem constituit hujusmodi editionis, quae in plerisque exemplaribus omnino desideratur.

—— Alia editio. Satyras *eadem praecedunt, quae in superiori editione vidimus, ut ambae videantur inter se quodammodo convenire. Ad calcem* Satyrarum *Typographus impressionis notitiam hoc pacto excudit:* Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyrarum Libri Impressi Vincentie Diligentissime per magistrum hēricum liberarium (sic) Anno christi M. CCCC. lxxx. *Post* Commentarium *legitur subscriptio ut in praecedenti, sicuti etiam in fine* Defensionis.
In folio parvo..... X. G. 30.

Defensio *Commentariorum* haud pars dici potest hujus editionis, ut ex diversitate typorum, et orthographiae patet. Nec obstat, quod tam in praefatione hujus editionis *Iuvenalis*, quam in calce voluminis, *Defensio* una cum *Iuvenale* impressa dicatur. Id enim verum esse non inficior: suspicor tamen *Defensionem* de industria omissam fuisse a Typographo hac in editione, quod cum exemplaribus *Defensionis* seorsim impressum *Iuvenalem* coniungendum excudisset. Sed de hac re nil certi adfirmare audeo.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti, characteribus exceptis, convenit. Ad calcem* Commentariorum *Typographus seipsum indicavit hoc pacto:* Venetiis per Baptistam de Tortis. M. cccc. lxxxi. die ultimo Octobris. *Post* Defensionem Domitii Calderini adversus Broteum *sequitur subscriptio, quam supra indicavimus.* In folio minori..... X. G. 29.

—— Alia editio, *quae in omnibus praecedenti consonat editioni, excepta typographica nota, quae extat ad calcem* Defensionis. Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxii. die. iii. Augusti. In folio minori..... X. G. 27.

—— Alia editio. *Prima pagina impressis caret litteris.* Satyris *eadem praecedunt, quae in superioribus editionibus vidimus. Ad calcem post* Defensionem Domitii Calderini, *typographica nota haec extat:* Venetiis impressum per Magistrum Thomam de Alexandria M.CCCC.LXXXIII. Die Decimanona Iulii Regnante Inclito Principe Ioanne Mocenigo. *Adcedit* Registrum.
In folio minori..... X. G. 26.

—— Alia editio, *quae eadem continet, quae in praecedentibus notavimus. Ad calcem* Defensionis *legitur:* Impressum Venetiis per Bartolameum (sic) de zanis de Portesio. Sub anno domini. M. cccc. lxxxvii. die vero tertio octobris Regnante domino domino Augustino Barbadico inclyto Venetorum Principe ad honorem dei et totiusq3 (sic) curiae celestis. etc. etc. *Sequitur* Registrum, *et in fine legitur* LAUS DEO. In folio minori..... X. A. 22.

Digitized by Google

—— Alia editio, Iuuenalis cum Commentariis Domitii Calderini et Georgii Vallae. *Is titulus legitur in medio folii primi recti. Aversa pagina complectitur epistolam nuncupatoriam* Domitii ad Iulianum Medicen, *et* Vitam Iuuenalis ex antiquorum monumentis. *Sequitur in folio secundo Praefatio ejusdem* Domitii *ad laudatum* Iulianum, *ut in descriptis editionibus; qua absoluta adcedit* Georgii Vallae *Epistola cum inscriptione:* ILLUSTRI Viro Iohanni Tucci. pannonico Georgius Valla salutem dicit plurimam. *Praefatio ejusdem auctoris occurrit in folio tertio averso, cui praefiguntur verba:* GEORGII Vallae Placentini in Iuuenalis Satyras Commentarii. *Ad calcem* Defensio adversus Brotheum, *ut in editionibus praecedentibus, reperitur, cui subnectitur* Registrum, *cum signo* Octaviani Scoti, *alibi notato. Typographus impressionis notitiam hoc pacto excudit:* Per Bonetum Locatellum Octavo Idus Martii. MCCCCXCII. In folio..... X. G. 25.

In hac editione, quae loci nomine caret, sed *Venetiis* excusa fuit, extant inscriptiones in superioribus marginibus, et in inferioribus signaturae. Initiales xylographicae florentes sunt; custodes, et foliorum numeri desunt. In lateralibus marginibus nomina indicata adparent *Domitii*, et *Vallae*. Character rotundus tam in textu, quam in commentariis occurrit; sed minor in commentariis adest, et paginas replet integras lineis 63.

—— Alia editio. *In prima pagina haec leguntur:*

Iuvenalis cum Tribus Commentariis videlicet.
Ant. Mancinelli
Domitii Calderini
Georgii Vallae

Argumenta Satyrarum Iuvenalis per Antonium Mancinellum.

Prima docet Satyrae causas: formāq3 libelli.
Qui simulant curios satyra patuere secunda.
Ex Vrbe umbritii digressum Tertia narrat.
Quarta quidem crispinū edit calvūq3 neronē
Ganeo quae tolerat parasitus Quinta notavit.
Sexta haec infidas mulieres pandit abunde.
Septima demonstrat Romam nil ferre poetis.
Nobilis Octava propria virtute vocatur.
Turpia qui tolerant Nona carpuntur avari.
Curae hominū Decima rerūq3 libido notantur.
Arguit Undecima uates conuiuia lauta.
Bissena arguitur satyra captator auarus.
Tertia post decimam solatur damna dolentes.
In Decima quarta dant prava exempla parētes.
Numina diversa aegypti Penultima monstrat
Vltima militiae foelicis praemia narrat.

In folio averso adest Antonii Mancinelli Veliterni ad Reverendum Aedis Geminianae Antistitem: Diviq3 marci Canonicum Nicolaum Rubeum patritium Venetum: Omnium bonarum artium et virtutis Cultorem: In Iuuenalis satyrici

Digitized by Google

poetae Commentarios praefatio. *Huic praefationi subiiciuntur* Iuuenalis Commoda per Antonium Mancinellum, *et brevis tractatus* De Satyra per Antonium *ipsum* Mancinellum. *In tertia pagina* loca quedam e plurimis vel intacta vel secus ab aliis q Ant. Mancinello exposita, *notata sunt: et huic notitiae adcedunt emendationes* Carminum Iuvenalis, *quae in sequenti pagina desinunt; easque excipiunt* Domitii Calderini, *et* Georgii Vallae *prolegomena, ut in editione praecedenti; quae omnia usque ad quartum folium inclusive progrediuntur. Adcedit vocum, ac rerum index, qui alia quatuor folia comprehendit.* Satyrae *igitur in folio nono cum* Commentariis *incipiunt. Post* Defensionem Domitii adversus Brotheum, *ut in aliis editionibus, haec extat typographica nota:* Venetiis Impressum est hoc Iuuenalis opus cum tribus commentis per Ioannem de cereto de tridino. M. CCCC. LXXXXII. Die secundo decembris. *In ultima pagina* Registrum *occurrit, et* Excusoris *signum, quod cerrum arborem scutulo inclusam repraesentat inter litteras.* I. . . T. *ejusdemque trunco fascia obligatur cum litteris.* P. C.

In folio..... X. G. 21.

Notulae MSS. marginales, et interlineares quamplurimae extant in hoc exemplari, manu *Antonii Seripandi*, ejusque subscriptio, scilicet *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento*, legitur post notam typographicam. Exceptis initialibus, pro quibus spatia tantum occurrunt, foliorum numeris, et custodibus suo loco impressis; in reliquis omnibus praecedenti quodammodo consonat editioni.

—— Exemplar alterum..... X. G. 22.

—— Exemplar tertium..... X. G. 23.

—— Alia editio. *In primae paginae fronte tabella extat, quae* Iuvenalem *et tres Expositores sedentes, et scribentes repraesentat, scilicet* Antonium Mancinellum, Domitium Calderinum, *et* Georgium Vallam, *ut ex nominibus eorumdem ibidem expressis patet. Huic tabellae argumenta* Satyrarum Mancinelli *subduntur, quae superius retulimus. Prolegomena incipiunt in secundo folio recto, quae cum omnibus editionis superioris usque ad praefationem* Domitii *inclusive adamussim conveniunt. Ad calcem* Defensionis Domitii Calderini *typographica subscriptio haec verba refert:* Venetiis impressum est hoc Iuuenalis op⁹ cum tribus cōmentis per Ioannē de Cereto de Tridino. M. CCCC. XCIIII. Die uero. xxyiii. Ianuarii. *Privilegium Typographo concessum his subnectitur, cui subscribuntur*

Consiliarij
D. Marcus Barbo.
D. Franciscus Fuscharino
D. Nicolaus Trivisanus
D. Franciscus Bernardo.

In sequenti folio recto adcedunt Registrum, *et typographi signum, alibi notatum.* In folio..... X. G. 20.

—— Exemplar alterum..... X. G. 24.

—— Alia editio, *cum* Enarrationibus Georgii Merulae. Enarrationibus in Iuuenalem *praefigitur* Georgii *Praefatio sub hoc titulo:* AD INVICTISSIMUM

Digitized by Google

PRINCIPEM FEDERICUM DE MONTEFERETRO VRBINI DUCEM: GEORGII MERULAE ALEXANDRINI PRAEFATIO IN SATYRARUM IVVENALIS ENARRATIONES. *Huic praefationi Auctor subjecit loca* Iuvenalis, *quae ab aliis Expositoribus vel perperam explicata fuere, vel omnino praetermissa. His adcedunt vita Poetae, et tractatulus cui titulus:* De Satyrica fabula duabusq3 satyris. *Haec omnia excipit* ENARRATIO PRIMAE SATYRAE, *et ad calcem Enarrationis XVI. legitur:* SATYRARUM IUUENALIS ENARRATIONES A GEORGIO MERULA ALEXANDRINO EDITAE: NOMINATIMQUE DICATAE FEDERICO DE MONTEFERETRO URBINI DUCI INVICTISSIMO. *Post tres vacuas paginas alia reperiuntur* Georgii Merulae *opuscula, de quibus in articulo* Merulae; *et ad calcem voluminis Typographus notavit:* Impressa Venetiis per Gabrielem Petri Duce inclyto Andrea Vendramino. M. CCCC. LXXVIII. *Tres paginae adcedunt, quarum duae emendationes errorum continent, tertia autem vacua est.*
In folio minori..... X. G. 21.

Characteres hujusmodi elegantissimae editionis rotundi sunt, et lineas implent 41 in paginis perfectis, Externi margines lati nomina, resque notatu dignas exhibent impressas; custodes, et foliorum numeri desiderantur; initiales parvis designantur litterarum notis: signaturarum series litteris, romanisque numeris constat.

IUVENALIS GUIDONIS, Commentaria in Terentii Comoedias. *Extant cum* Comoediis Terentii, *et aliorum* Commentariis, *scilicet* Donati, Calphurnii, *et* Ascensii. *Duae* Guidonis Iuvenalis *epistolae praecedunt* Commentaria, *quarum prima hac epigraphe praedita est:* Guido iuvenalis Germano de Ganeio uiro senatorio bonarūq3 lr9arū amātissimo. S. P. D. *Altera vero huic subiacet:* Guido Iuvenalis Nicolao de capella uiro multis laudibus efferendo. S. P. D. *Vide* Terentii.

K A

KALENDARIUM. *Vide* Ioh. Regio Montani. *Vide* Ephemerides.
KANAE filii Nehumi Epistola. *Vide* Heredia Pauli de.

K E

KEMPIS THOMAE DE. De imitatione christi. *Vide* Gersonis.
KETHAM IOHANNIS DE. Fasciculus medicine in quo continentur: Videlicet.
Primo iudicia Vrinarum cum suis accidentibus.
Secūdo tractatus de flobotomia (sic)
Tertio de cyrogia (sic)
Quarto de Matrice mulierū et impregnatione
Quinto concilia vtilissima contra epidimia
Sexto de Anothomia mūdini totiu9 corporis humani: Et q̄3 plura alia que hic nō explanantur in tịtulo habentur in hijs (sic) opusculis: ut manifeste-

Digitized by Google

tur legenti. *Haec verba in prima pagina leguntur charactere gallo-franco excusa. In sequenti pagina variae figurae ligno incisae exhibentur, inter quas eminet* icon Petri de Montagnana. *Iterum figurae variorum doctorum, fortasse medicorum, ligno incisae, repraesentantur in prima pagina folii secundi, et in postica ejusdem folii pagina extat schema quatuor complexionum, et figurarum horologii instar, ubi numerorum loco cernuntur XXI. Matulae vitreae, et in medio inscriptio:* Iste ē modus iudicandi urinas p colores earūdem. *In summitate primae columnae folii tertii Opus his verbis initium sumit:* Incipit fasciculus medicine compositus per excellentissimum artium ac medicine doctorem: dominum Ioānem de Ketham Alamanum: tractās de anathomia et diversis infirmitatibus: et corporis humani: cui annectuntur multi alij tractatus per diversos excellentissimos doctores compositi. Nec non anothomia Mundini. Et primo de expositione colorum in vrinis: deinde de eorūdem iudicijs. *In calce secundae columnae ultimi folii sequentia verba leguntur:* Hec Anathomia fuit emendata ab eximio artium: et medicine doctore. d. magistro Petro Andrea Morsiano de Imola in almo studio Bononie cyrurgiam legente coadiuuantibus magistro Ioanne Iacobo Cararia de buxeto. Et magistro antonio Frascaria Ianuēsi cyrurgie stupentibus. Impressum Venetiis per Ioannem et gregorium de Gregoris fratres. Anno dñi. M. cccc. xcv. die. xv. octobris. In folio..... IX. E. 3.

Typus est gallo-francus: pagina quaevis in duas distincta est columnas: initiales litterae xylographicae sunt, et sex aliae Icones, pariter ligno incisae in opere visuntur.

EXPLICIT
VOLUMEN PRIMUM
CATALOGI EDITIONUM SAECULI XV.
QUAE NEAPOLI
IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA
ADSERVANTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

STACKS

019.06
fN162
Tome I

DOES NOT CIRCULATE
BIBLIOGRAPHY
STACKS



Digitized by Google

UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils v.1
Folio 019.06 N162
Biblioteca nazionale (Naples, Italy)
Codicum saeculo XV impressorum qui in Re
3 1951 002 416 104 L

Digitized by Google